BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
34 I
13

~~C. 50. C.~~
C. 63. d.
C. 63. d.
C. 63. d.
C. 50. C.
C. 63. d.
~~C. 50. C.~~

8. 34. I. 13

REVERENDI PATRIS

PETRI THYRAEI

NOVESIENSIS, SOCIE-
TATIS IESV (DOCTORIS) THEO-
LOGI, ET PROFESSORIS HERBIPOLENSIS

OPERA,

DE VARIIS APPARITIONIBVS DEI, ET CHRISTI,
ANGELORVMQVE, PARITER BONORVM ATQVE MA-
*lorum: nec non hominum, tum inter homines agentium, tum
demortuorum, æuumq; agentium.*



COLONIAE AGRIPPINAE
Ex Officina Mater. Cholini, ſumptibus Goſuin: Cholini.
ANNO M. D. CV.
Cum licentia Superiorum & priuil. Cæſ. Maieſt.

Digitized by Google

Digitized by Google

ADMODVM REVEREN-

DIS IN CHRISTO PATRIBVS, ET RE-
ligioſiſsimis viris, Carthuſiarum, in Francia Orientali, Præpoſitis, P. Ioanni Mulnero, Horti Angelorum Herbipoli; P. Sebaſtiano Fiſchero, Cellæ Salutis in Dickelhauſen, & P Ludouico Hagero Pontis MARIAE, in Aſtheim; Prioribus, Dominis omni obſeruantia digniſsimis.

INTER ſumma à Deo Opt. Max. hominum generi collata beneficia, Admodum Reuerendi in Chriſto patres, haud poſtremũ eſt Sacrarum Veteris Teſtamenti Scripturarum theſaurus: non ſolum, quia rerum præclarè geſtarum à ſanctiſsimis Patriarchis hiſtoriam certiſsimam ſaluberrimamq́ue continent, nosq́ue ad virtutum ſtudium excitant: rerum etiam, quia Dei in ipſis conſilia atq; cogitationes veluti in quodam ſpeculo, intuemur. Quãta ſit huius beneficij magnitudo, exiguus animus non concipit: obſcurè ij intelligunt, qui quid ſit ducem itineris ad æternam habere felicitatem, & quid conſiliorum omnipotentis Dei conſcium eſſe, ſecum paulò al-

Digitized by Google

tius voluerint expendere. Expendit hoc Apoſtolus, cùm docet omnem Scripturam, diuinitus inſpiratã vtilẽ eſſe ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne opus bonum inſtructus. Expenderunt illi, qui quãquam doctiſſimi acutiſſimiq; eſſent, lectionis tamen huius ſuauitate, ita capti ſunt, vt optimam vitæ ſuæ partẽ in illa vna conſumſerint. Verùm quemadmodum hoc multi vtiliter: ita non pauci quoq; maxima ſua aliorumq; pernicie præſtiterũt: ex eadem re, tanquã peſſimæ araneæ, venena ſibi colligentes, vnde alij dulciſſima & ſaluberrima mella hauſerunt Docere hoc poſſem omnium, quæ nos anteceſſerunt, ſeculorum hiſtoria, Sed pro omnibus ſeculis primi Chriſtiani ſeculi principem S. Petrum, in theatrum adducam, cuius ſentẽtia tanto grauiùs ferire nos debet, quanto ipſe vir grauior eſt. Nam cùm in altera Epiſtola ſua Cap. 3. priuatam querimoniam de Epiſtolarum D. Pauli deprauatoribus inſtituiſſet, mox eam in omnes Scripturarum falſarios tanquam in omnes libros impune graſſantes, plus quàm tragicè confert. In quibus, inquit, quædam ſunt difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras Scripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. Cauſam coruptelæ certiſſimam adiungit, ignorantiam. Quia enim homines illi indocti ſunt, hoc eſt, vt D. Hieronymus Epiſt. ad Paulinum Presbyterum in claſſes partitur, agricolæ, cæmentarij, fabri,

metal-

Digitized by Google

metallorum lignorumq́; cæſores, lanarij, fullones: idcirco dum ſacros libros, vt raſtra ſua, & malleos verſant, nullo ingenio, nulla ope diuina adiuti, in extrema ſe animarum præcipitia miſeri agunt. Quare ad tanta præcipitia cauenda exiſtimaui ſemper eos bene de proximorum ſalute mereri, qui quæ ad Sacrarum Scripturarum intelligentiam facerent, in medium afferrent. Quod alij quidem magnis longisq́; commentarijs: alij concionibus & exhortationibus, alij notationibus: alij alijs vijs, & medijs, ad eaſdem tamen Scripturas ſpectantibus, præſtiterunt. Ego hoc quem vobis Patres offero, dedicoq́;, de Diuinis veteris Teſtamenti Apparitionibus Tractatu, præſtare conor. Argumentum initio videbitur fortaſſe exile, ſed, ſi conſideretur, eſt quàm latiſſimum, non minus per totum Sacrarum Scripturarum corpus, quàm ſanguis per corpus humanũ, diffuſum. Vix enim vllum dederitis veteris Teſtamẽti librum, qui non Deum Opt. Maxi. producat nunc cum mortalibus ſermones familiares miſcentem, nũc conſilia ſua cogitationesq́; amicè proferẽtem: nunc de rebus grauiſſimis differentem. Neq; hoc vno eodemq́; modo: ſed vario multiplicique. Aliquando ſe ſub humana forma exhibet: aliquando vox ipſius tantùm auribus percipitur mortaliũ, ipſe ſub aſpectũ non venit: nonnunquã dormientibus aſſiſtit, & miras ſpecies rerum atq; ſimulachra offert: nonnunquã etiam menti ſingulari & abditiſſimo quodã modo, illabitur. Qui modi, vt va-

varij ſunt, ita obſcuri & difficiles: indoctisq́ facile occaſionem erroris præbēt, niſi qua ratione Deo conueniant, tribuiq́ debeant, perſpicue cognoſcatur. In vno Diuinarum Apparitionum genere, quàm quidā hallucinati ſint, ſatis demonſtrant Manichæi atque Anthropomorphitæ. De Manichæis refert B. Auguſtinus, lib. contra Adamantium, Cap. 9. eos ex his Apparitionibus impiè concluſiſſe Vetus Teſtamentum cum Nouo pugnare: cùm hoc diſertè teſtetur Deum viſum nunquam: illud ſæpiſſimè eundem mortalium oculis offerat. De Anthropomorphitis habet Nicephorus, lib. 11. cap. 16. quòd tempore Theodoſij Maioris, in Ægypto, magna contentione & furore docuerint, Deum corporeum eſſe, & humanis membris, non ſecus atq́ homines mortales conſtare: hanc præcipue ob cauſam, quòd Scriptura viſum & apparuiſſe aſſerat, eidemq́ membra, oculos, manus, pedes, os, vultum paſſim tribuat. Cùm igitur tot Apparitionibus pleni ſint omnes veteris Teſtamenti libri: & ipſam, quantam quantam poſſidemus, ex Dei Reuelatione, Scripturā habeamus: plurima verò in ijs ſint & perdifficilia & perobſcura: putaui, ſi non magnum, aliquod ſaltem ad Sacrarum Scripturarum intelligentiam lumen afferri poſſe, ſi res tā obſcuras peculiari libro complecterer. Atq́ hæc prima laboris mei cauſa fuit. Altera eſt. Dederam ante aliquot annos, quaſdam de Apparitionibus Spirituum pro more Scholarum noſtrarum, Aſſertiones.

Digitized by Google

nes. In ijs, vt breuiter de humanis & Angelicis Spiritibus, ita breuiſſime de omnium Spirituum authore, Deo: cuius tamen, tam in veteri Teſtamento, quàm Nouo, exſtant Apparitiones tam multæ. Has cùm nouitate ſua placuiſſe Lectori intelligerem (quod facile ex editionibus conieci, quas varij Typographi euulgarunt) incitatus ſum, vt quæ prius indicaram ſolùm, copioſius atq; exactius poſtea explicarem. Dedi igitur duas Diſputationes prolixiores: alteram de Dæmoniacis, alteram de Locis Infeſtis. Sed de Apparitionibus Dei duplex adhuc deſiderabatur Tractatio: vna, quæ veteris Teſtamenti perſtringeret: altera, quæ Noui. In vetus teſtamentum hoc libello inquiſiui: de Nouo alias, ſi Noui teſtamenti authori Chriſto ita placuerit, dabitur diſputandi occaſio. Hic, ne ſine Patrono in lucem prodiret, vos mihi, Patres, occurrebatis, quibus hic, qualiſcunque labor deberetur. Cùm enim omnis occupatio veſtra diuina ſit, atq; in vno ſtudio, lectione & meditatione Sacrarum Scripturarum, quas nocte dieq; ex ſanctiſſimi Inſtituti veſtri præſcripto verſatis, prope tota conſiſtat, iſque ſit veſter cibus, veſtra ſumma voluptas, non debui alijs, quàm Scripturarum talibus Commendatoribus, Scripturæ commentationē dedicare. Priuatas cauſas, ſi percenſere vellem, haberem & honeſtas, & ex Inſtituti ſimilitudine prognatas. Sed quia cum prori æquari non videntur, tametſi ali-

quas vellem, nullas tamen commemorabo. Optimus Maximus Deus, cuius Apparitiones deſcribimus, apparere dignetur in omnium veſtrum cordibus, ſuaq́ue cæleſti benedictione vos, veſtrosq́ue ſanctiſſimos cœtus replere. vt quem nunc, à Chriſto peregrinantes, videtis in ænigmate, reuelata tandem facie in cælis beati contemplemini. Herpiboli ex Collegio Societatis Ieſu, Calend. Ianuarijs, Anno ab Incarnatione Domini

1600.

VV. RR. PP.

Deuotus.

PETRVS THYRAEVS SOCIET. IESV

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAPITVM LIBRI DE APPARITIOnibus Spirituum.

CAp.I. Oſtenditur, quid nomine Spiritus intelligatur, & quot ſint Spirituum genera, de quibus Diſpututio iſtituta eſt.

Cap.II. De natura, ratione, & ſpeciebus Apparitionũ, in genere.

Cap.III. De Apparitionibus Dei, & præcipuè iis, quæ olim in Veteri lege Patribus fuerunt exhibitæ; quarum rationes & cauſæ explicantur.

Cap.IIII. Expenditur modus, quo Deus olim in Veteri lege exhibitus eſt.

Cap.V. De variis Apparitionibus Dei, quæ in Noua lege, & tempore gratiæ fuerunt factæ.

Cap.VI. De bonorum Angelorum Apparitionibus, quas veras eſſe demonſtratur; licet ipſæ non omnibus conueniant.

Cap.VII. Explicantur modi & rationes; quibus Angeli boni apparuerunt.

cap.VIII. Explicantur operationes bonorum Angelorum in aſſumptis corporibus: & inſuper earundem Apparitionum variæ aſſignantur cauſæ.

Cap.IX. De Apparitionibus Dæmonum, ſeu malorum Angelorum, quas variis rationibus oſtenditur à bonorum Angelorum Apparitionibus differre.

Cap.X. De propriis quibuſdam operationibus, & finibus malorum Angelorum in aſſumptis corporibus.

Cap.XI. De humanorum Spirituum Apparitionibus: quas oſtenditur non eſſe fabularum loco habendas.

Cap.X. I. De forma & modis, quibus humani Spiritus apparent, de que eorundem operationibus.

Cap.XIII. De cauſis Apparitionum humanorum Spirituum in genere; itaque item illis, quæ ſingulis Spirituum generibus conueniunt.

Cap.XIV. De temporibus, locis, atque perſonis; quibus humani Spiritus, tam boni quàm mali plerunque ſe exhibent.

Cap. XV. An liceat quouis modo, cum quibuſcunque Spiritibus agere & communicare?

Cap.XVI. Expenduntur rationes, quibus boni à malis Spiritibus dignoſcuntur.

Digitized by Google

Cap. XVII Expenduntur rationes, quibus boni inter ſe ſpiritus dignoſcuntur.

Cap. XVIII Inueſtigantur rationes, quæ malos inter ſe Spiritus diſtinguunt & produnt.

CAPITA APPENDICIS PRIMAE LIBRI DE APPARITIONIBUS Spirituum.

Cap. I. De Imaginibus, quibus apparitiones occaſionem dederunt.

Cap. II. De duplici cultu, qui Dei Imaginibus à Catholicis exhibetur.

Cap. III De Imaginibus tam bonorum quàm malorum Angelorũ, quæ ex ipſorum Apparitionibus profectæ videntur, deque earum ratione & cauſis.

CAPITA APPENDICIS SECVNDAE, AD librum de Apparitionibus Spirituum, qua oſtenditur eſſe locum aliquem Purgatorium, vbi quædam animæ expiantur ad tempus, antequam ad cælum admittantur, & quidem oſtenditur hoc,

Cap. I. Locis deſumptis ex Scripturis Veteris & noui Teſtamenti.

Cap. II. Definitionibus variorum Conciliorum in Eccleſia celebratorum.

Cap. III. Summorum Romanorumque Pontificum ſuffragiis.

Cap. IV. Sanctorum Patrum Græcorum & Latinorum ſententiis.

Cap. V. Rationibus naturalibus, quas Gentiles confirmant.

Cap. VI. confeſſione hoſtium Eccleſiæ Catholicæ.

Cap. VII. Apparitionibus & aſſertionibus ipſorũmet Spirituum.

His ſubiungitur horum Spirituum Categorica diductio, ex qua ipſorum ſtatus & conditio haud obſcurè intelligitur.

Digitized by Google

INDEX CAPITVM LIBRORVM DE DIuinis, Veteris Teſtamenti, Apparitionibus, & Locutionibus, tum externis, tum internis.

CAPITA PRIMI LIBRI, QVI EST de Apparitione Dei Viſibili.

CAp. 1. Quænam dicantur Apparitiones Diuinæ, de quibus præſens Tractatus eſt.

Cap. 2. Diuinarum Apparitionum genera eſſe quatuor, eaque plurimùm inter ſe differre.

Cap. 3. Dari Viſibilem, ſiue Ocularem, Dei Apparitionem, qua ſub externa & ſpectabili forma ſe hominibus exhibuit.

cap. 4. Deum ſub nulla alia, quàm humana forma apparuiſſe, & viſum eſſe, idque iuſtas ob cauſas.

cap. 5. Sub quo ſexu Deus apparuerit olim, quando ſub externa humanaque forma eſt viſus: & cur hunc præ illo elegerit.

cap. 6. Quam ætatem Deus præ ſe tulerit, quando apparuit; & quæ cauſæ fuerint ſimulatæ ætatis.

cap. 7. Qualis fuerit forma, qua Deus exhibitus eſt: eximiane, an deformis.

cap 8. Quis fuerit decor atque maieſtas formæ illius, qua Deus conſpiciebatur, quando apparebat.

Cap. 9. Quomodo decor atque dignitas fuerit in corpore, ſub quo cōſpiciebatur Deus.

cap. 10. Quis corporis, in quo Deus apparuit, fuerit externus habitus atque ornatus.

cap. 11. Verumne, an phantaſticum, aut imaginarium, fuerit corpus, ſub quo Deus apparuit.

Cap. 12 Fueritne verè viuum corpus, ſub quo mortalibus exhibitus eſt Deus.

Cap. 13. An corpus in quo Deus apparuit, fuerit organicum, & humano per omnia ſimile.

cap. 14. An corpus hoc, ſub quo Deus apparuit, fuerit ex nihilo creatū, an potius, ex præiacente, vt loquuntur in ſcholis, formatum.

cap 15 An corpus hoc fuerit allatum ex cælo.

Cap. 16. An corpus hoc fuerit formatum ex corporibus mixtis, iis, quæ ſunt ſub cælo.

cap 17. An corpus illud fuerit conflatum ex elementis, quæ ſub ſunt cælo.

Cap. 18. An omnia & ſola elementa ſeruierint corpori conflando, ſub quo Deus eſt viſus.

Cap. 9. Triplicium rerum cauſas Efficientes inueſtigandas eſſe, in Dei Apparitionibus Viſibilibus,& Ocularibus.

Cap. 20 Quiſnam finxerit Corpus,in quo Deus olim in Veteri Teſtamento eſt viſus.

Cap.21.Quiſnam formæ corporis,in quo Deus Apparuit, fuerit author.

Cap.22.Quomodo corpora atque formæ,quæ Deo in hiſce Apparitionibus ſeruierunt, ſint producta.

Cap.23. An Deus,aut Filius Dei corpus aſſumpſerit , in Viſibilibus his,quæ Deum exhibebant, Apparitionibus.

Cap 24. Deum,aut Dei Filium nunquam corpus aſſumpſiſſe: omneſque Apparitiones per Angelos immediatè factas eſſe.

Cap.25.Nulla aut nō magna eſſe argumenta,quibus aliqui perſuadentur Deum per ſe,in aſſumptis corporibus,apparuiſſe.

Cap.26.Vnde, ſiue ex quibus indiciis conſtare poſſit apparitionem eſſe Diuinam,& non Angelicam,quamuis Angelorum miniſterio omnia peragantur.

Cap.27.Quomodo Deus(aut Dei nomine Angelus)aſſūpſerit corpus, in quo dicitur apparuiſſe.

Cap.28.Quæ cauſa efficiens officiorum,& operationum, quæ in aſſūptis,à Deo Angeliſque,corporibus videbantur perfici.

Cap 29.Quomodo officia atque functiones Angelis authoribus tribui debent,quæ ipſis,Dei hîc perſonam ſuſtinentibus,aſſcribuntur.

Cap.30.An d[illegible] officia functioneſque eodem modo poſſint tribui Deo,quo Angelis.

cap 32. De cauſa finali Diuinarum Apparitionum Viſibilium, quodque ad illos nulla neceſſitate cogatur Deus.

Cap 32. Malè dici idcirco Deum voluiſſe,ſub ſpectabili forma apparere,vt Filius crederetur minor Patre.

cap 33.Malè dici idcirco Deum apparuiſſe,quòd quas apud homines exercere operationes voluit,non niſi per aſſumptum corpus potuit exercere.

cap.34. Multos eſſe fines,quaſi ſecundarios,ob quos videri poteſt Deus apparuiſſe.

cap.35.Quis fuerit præcipuus finis viſibilis Dei,ſub humana forma Apparitionis.

cap.36.De multiplicibus perſonis,quibus Deus ſub humana forma apparuit.

cap.37.Quibus temporibus potiſſimum Deus ſub humana forma,voluerit apparere,quaſue ob cauſas.

cap38.Quibus potiſsimum locis Deus ſit viſus ſub humana forma.

CAPI-

Digitized by Google

CAPITA LIBRI SECVNDI, QVI EST DE vocali Dei Apparitione ſiue locutione.

Cap.1. Vocalis Dei Apparitio ſiue Locutio, in quo propriè conſiſtat.

cap.2. Docetur pluribus Scripturæ exemplis, Deum externa voce locutum fuiſſe aliquando hominibus.

cap.3. Vocalem Dei Apparitionem, ſiue Locutionem octo præcipuè modis accidiſſe.

cap.4. De Diuina Locutione facta per nubem.

cap.5. De Locutione Dei facta per Rubum incombuſtam.

cap.6. De Locutione Dei per ignem.

cap.7. De Locutione Dei per Sibilum.

cap.8. De Locutione Dei per Turbinem.

cap.9. De Locutione Dei ex Propitiatorio.

cap.10. De Locutione Dei de cælo.

cap.11. De Locutione Dei per Vrim & Thummim.

cap.12. De ſubſtantia & conditione vocis diuinæ, quæ Deo loquente audiebatur.

cap.13. De quantitate duinæ vocis, quæ audiebatur.

cap.14. Quo idiomate vſus ſit Deus, quando externa voce hominibus loquebatur.

Cap.15. De proprio authore, & cauſa efficiente vocis, atque orationis Dei, quæ audiebatur.

cap.16. Quem ob finem Deus humana & externa voce, cum hominib. loqui ſit dignatus.

cap.17. Quæ materia, quodúe argumentum fuit Deo, quando externa voce loqui, audiriúe voluit.

cap.18. De vi & efficacitate Orationis & Vocis diuinæ: & quæ eius cauſæ.

CAPITA LIBRI TERTII, QVI EST DE Apparitione Dei Imaginaria.

Cap.1. In quo conſiſtat propriè Imaginaria Dei Apparitio.

cap.2. Varias eſſe diuiſiones Imaginariæ Apparitionis: præcipuè illā, qua diuiditur in eam, quæ in ſomno accidit, & quæ extra ſomnum in Vigilia.

cap.3. Varijs ſacræ Scripturæ exemplis aſtruitur Imaginaria Dei Apparitio.

cap.4. Vnde cognoſcatur Apparitionem Dei eſſe Imaginariam.

Cap.5. Deum non ſolùm vigilantibus, verùm etiam ſomno oppreſſis apparere, eoſque de arcanis rebus inſtruere: idque varias & iuſtas ob cauſas accidere.

Cap.6.De duplici genere Apparitionum Imaginariarum, quæ in ſomnis accidunt; claris, ſcilicet, & obſcuris.

Cap.7.An quibus obſcuræ Dei Apparitiones, & Reuelationes fiunt ipſorum, quæ ſub ænigmatibus latent, ſententia ſemper explicetur.

Cap.8.Aſsignantur cauſæ & rationes, propter quas Deus ſæpe obſcurè & ſub ænigmatibus, ſua hominibus in ſomno reuelet.

Cap.9.Obſcurarum Reuelationum, quæ in ſomnis fiunt, multos naturaliter intelligentiam habere poſſe.

cap.10.Cur quibuſdam præ cæteris obſcurarum Reuelationum, quæ in ſomno accidunt, intelligentia conceſſa.

Cap.11.An quibus facultas à Deo data eſt, obſcura ſomnia interpretãdi, omnia obſcura ſomnia exponere potuerint.

Cap.12.Difficilimum eſſe Diuina à non diuinis ſomniis diſtinguere.

cap.13. quæ prodant ſomnia non eſſe Diuina.

cap.14.Quæ prodant ſomnia eſſe diuina, ſiue à Deo.

Cap.15.Quæ, & an Angelis in hiſce Imaginariis Apparitionibus, quando Deus videri, loqui, audiri dicitur, fiant: & quomodo eadem per eoſdem efficiantur.

cap.17.An Deus aliquando per Angelos malos, ſiue Dæmones diuina ſomnia immittat, an potius bonorum opera vtatur.

Cap.18 An ſaltem per malos Angelos illas Apparitiones perficiat & exequatur, quibus ſupplicia in ſomnis intentantur & inferuntur hominibus.

cap.19 quorum ordinum ſint Angeli, qui Dei perſonam in his, aliiſque apparitionibus ſuſtinent, & munere funguntur.

cap.20. De terrore, trepidatione, animi item atque ſpiritus languore, qui pluribus, quamuis non omnibus, in Imaginariis hiſce, aliiſque Dei Apparitionibus ſolet accidere.

cap.21 Quæ cauſæ terroris huius atque languoris animi: & cur non eadem apud omnes locum habent.

CAPITA LIBRI QVARTI, QVI EST DE Apparitione Dei Intellectuali.

CAp.1.Exponitur propria ratio, & conditio Apparitionis Dei Intellectualis.

cap.2 Dari aliquam Apparitionem ſiue Reuelationem Dei Intellectualem confirmatur exemplis.

Cap.3.Multiplicem eſſe Dei Apparitionem Intellectualem.

cap.4.De Apparitione & Reuelatione Dei Intellectuali, quæ in Ecſtaſi accidit hominibus.

cap.

cap.5. De Apparitione & Reuelatione Dei intellectuali, quæ fit ſine Ecſtaſi.

cap.6. De variis hominum generibus, ſed præcipuè duobus, quibus Deus ſecundùm intellectum, apparuit & locutus eſt.

cap.7. De Apparitione & Reuelatione Dei Intellectuali Sacerdotibus facta.

cap.8. De Apparitione & Reuelatione Dei Intellectuali facta Prophetis.

cap 9. De Apparitione & Reuelatione Dei Intellectuali facta hominibus priuatis.

cap.10. Quomodo fiat Reuelatio & Locutio Dei Intellectualis.

cap. 11. Quomodo mente & intelligentia contingit audire Deum loquentem.

ca.12. An Deus ſemper per ſe loquatur in Reuelatione, atque Locutione hac Intellectuali ſiue Spirituali, an potius per alios, & quos?

ca.13. An loquenti Deo potuerunt atque debuerunt firmam fidem adhibere, & nullatenus de eius dictis dubitare, qui loquentem ſibi audiebant.

Cap.14. Quæ ex diuinis dictis immutabilem continebant ſentententiam; & quæ mutabilem atque variabilem.

Cap.15. An qui Deum loquentem ſibi audiuerunt, non ſolùm firmā dictis eius fidem adhibuerunt, verùm etiam certò cognouerunt Deum eſſe, qui ipſis loquebatur.

Cap.16. Ex quibus indiciis & argumentis colligatur Deum eſſe, qui loquatur, quando Diuinæ, vt creditur, accipiuntur Reuelationes.

Cap.17. An Prophetarum, & eorum, quibus diuinæ Reuelationes factæ ſunt, dictis omnimoda fides adhibenda.

Cap.18. Vnd poſsit cognoſci, Prophetas diuinoſque homines, proprio ſpiritu eſſe locutos, & non ex Dei ſententia.

Cap.19. Vnde cognoſcatur Prophetas diuinoſque homines diuino ſpiritu & non proprio eſſe locutos.

Cap.20. Quibus referentibus Diuinas Reuelationes facilius & tutius fides adhibenda.

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI
DE OMNIS GENERIS SPIRITVVM APPARITIONIBVS

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

CAPVT I.

Oſtenditur quid nomine Spiritus intelligatur, & quod ſint Spirituum genera, de quibus diſputatio inſtituta eſt.

SPIRITVS Latinis, Græcis πνεῦμα, vtriſq; non idem 1.
ſignificat: non apud prophanos ſolùm, verùm etiam ſacros autores. Nam & *halitus* eſt, quo vnà cum a *Ci. de natur.*
cibo & potione vita animantium tenetur (*a*): & *Deor.*
ventus, qui aerem turbat (*b*): & *animi elatio* (*c*). Sed b *Ver.6. Ae-*
& *ſubſtantiam quandam à materia ſeparatam* ſignificat *neid.*
(*d*): quo modo nobis de ipſo ſermo erit. c *Cæſar lib.3.*
2. Eſſe talem aliquam ſubſtantiam, teſtis in primis Deus eſt, qui *belli Ciuilis.*
Spiritus eſt, & incorporeus (*e*). Nam ſi corpus eſſet, nec excelleret d *Pſal.103.*
nobilitate; quia mens omni corpore nobilior eſt: nec motuum principium eſſet: corpus enim non mouetur, niſi ab alio ipſum ſit motum: nec eſſet ſupra humanam cognitionem; quoniam nullũ poteſt eſſe corpus, cui humana cogitatione non adijci aliquid, vel affingi queat. e *Ioan.4.*

3. Sed & præter Deum Spiritus eſſe, ſacra Biblia; & diuini eorum interpretes diſertè oſtendũt fidelibus: & paganis naturæ rationes commonſtrant (*f*): quidquid interim fabulentur Sadducæi (*g*): & nugentur Philoſophi (*h*), qui præter corporale principium, nullam aliam rerum cauſam cognouerunt.

f *Ariſtot.8. Phyſ. & 12. Metaphyſ.*
g *Matt.22. & Actor.13.*
h *Ariſ 1.Phyſic.cap.2.*

4. Cùm enim non poſsint non in vniuerſo hoc, Dei inſigni opere, vniuerſi eſſe rerum gradus; gradum verò triplicem efficiant corpus & ſpiritus: & vnius ordinis ſit corpus ſpiritui coniunctum: alterius, corpus ſine ſpiritu: reliqui ſpiritus citra corpus; huius tertij, quod reliquis duobus illuſtrius, perfectius, magiſque exſpectandum erat, ecquid extabit, niſi aliquod ſit viuentium genus, ſola præditum intelligentia? Deum autem in rerum creatione, quod optimum erat, intermiſiſſe, cui ſuaderi poteſt?

5. Nec perfectum hoc vniuerſum eſſe poteſt, niſi ſuo factori Deo, ea qua fecit ipſum ratione, quantum detur, ſimile ſit. At qui ſimilitudinem hanc rectius aſsignare non poſſumus, quàm ſi illam in na-

Digitized by Google

tura ſeparata ſtatuamus, quæ propius quàm vtralibet alia, ad ipſum accedit.

6. Subſtantiarum igitur nõ vnum eſt genus: ſed aliud quidem prorſus corporeum; aliud prorſus à materia ſeparatum, & ſpiritale, aliud medium, & quaſi ex vtroque compoſitum, ſpiritu ſcilicet & corpore, quale eſt animal.

7. Hinc iam *duo* oriuntur Spirituum genera; quorum alij nullam habent cum materia communionem: alij ita materiæ coniunguntur, vt naturali quadam inclinatione ad ipſam ſemper propendeant, vel ſine ipſa eſſe nequeant.

8. Priores illi, non eiuſdem ordinis ſunt omnes. Deus *pater eſt Spirituum* (a) Angeli cum vniuerſa clamant creatura: *Quoniam ipſe fecit nos, & non ipſi nos:* (b) *nos autem opera manuum ipſius.* Et, Deus actus eſt purus: hoc in Angelos conueniri non poteſt. Licet enim ipſis nulla inſit ex materia formaque concretio, ſed formę ſint abſque materia; ex potentia tamen & actu; ex eſſentia & eſſe; ex ſubiecto & accedente conſtituuntur (c).

a Heb. 12.
b Pſal. 64.
c S. Thom. 1. p. q. 50.

9. Hinc bene D Auguſtinus, (d) *Simplex quidem eſt* (inquit) *ſpiritualis creatura in comparatione corporis: quia ſcilicet mole non diffunditur per ſpatium loci: in ſe tamen multiplex eſt.* Neque quod de Deo dicitur (e) de Angelis affirmari poteſt: *vt ſine qualitate ſint boni: ſine quantitate magni: ſine ſitu dicantur præſidere: ſine habitu omnia continere: ſine loco eſſe vbique; ſine tempore ſempiterni: ſine vlla ſui mutatione mutabilia facere, nihilque pati.*

d Aug. li. 6. de Trini. c. 6.
e Aug. lib. 5. de Trini. c. 1.

10. Et quidem Spiritus eſt Pater: Spiritus eſt Filius: Spiritus, qui ex Patre Filioque procedit, Sanctus Spiritus (f): qui *quoniam communis eſt ambobus* (g), *id vocatur propriè, quod ambo communiter:* vt Auguſtinus loquitur.

f Athanaſ. in Symbolo.
g Aug. lib. 5. de Trin. c. 19.

11. Angelicorum Spirituum quidam Dei gratia felices ſunt, quidã propria malitia miſeri. Hos Dæmones & Diabolos dicere ſolemus, illi commune nomen Angelorum retinent. Hi circumeunt quærentes, quos deuorent (h): illi *adminiſtratorij ſunt ſpiritus:* (i) *in miniſterium miſſi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.*

h 1 Pet. 5.
i Heb. 1.

12. In vtroq; genere varij gradus ſunt. (k) Inter felices enim quidã ſupremum occupant locum, vt Seraphin, & Cherubin, & Throni: quidam infimum, vt Principatus, Archangeli, Angeli: quidam medium, vt Dominationes, Virtutes, Poteſtates. Et hi non minus, quàm ipſi Ordines, inter ſe diſtant.

k Dionyſ. de Hierarch. lib. 1. cap. 6.

13. Sic & inter infelices ordo quidam eſt, quem ipſe ſecum natura adfert, (l) Eſt & conſenſus voluntatum, (m) quo nocere cupiunt

l Tho. 1 p. q. 109 art. 1.
m Ibid.

omnes

Digitized by Google

omnes; licet alioquin *in inferno nullus ſit ordo, ſed ſempiternus horror inhabitet* (*a*). *a Iob. 10.*

14. Nam inter Dæmones quidam præſtantioris ſunt naturæ: quidã nõ ita præſtantis. Et primus quidem (vt authoritatum quorundã(*b*) *b Greg. hom.* eſt opinio) omnibus natura naturæq́; viribus præſtat, etiam ijs, qui *34. in Euan.* felicitatem, Dei gratia, ſuiſque meritis, ſunt conſecuti. Alij item eius *de centum* exemplum imitati, ex ſingulis ordinibus delapſi, eadem retinuerũt *ouibus.* quæ in principio creationis ſuæ à Deo conſecuta fuerunt, naturæ pręſidia (*c*). *c Thom. 1 p.*

15. Sic nocendi libido omnibus ineſt vna: hæcque non ex amicitia, *q. 64. art. 1.* quam inter ſe habent, proficiſcitur; ſed ex nequitia, qua hominum ſaluti inuident, (*d*) & Dei iuſtitiæ repugnant, eiuſque gloriam non ferunt (*e*). Quia verò *inter ſuperbos ſemper iurgia* (*f*), fit vt, præterquam *d 1. Pet. 5.* *e Thom. 1. p.* in hoc vno, ipſorum ſtudia ſemper ſint contraria. *q. 109. art. 2.*

16. Hi Spiritus omnis concretionis ſunt expertes, dicunturque, & *ad 2.* re vera ſunt Spiritus. Verùm alterum illud genus duplex eſt. *Quoddã*, *f Prou. 3.* vt loquitur Beatus Gregorius (*g*) *carne tegitur, ſed carne non moritur; vt* *g Greg. 4. di-* *hominum Spiritus. quoddam & carne tegitur, & carne moritur; vt iumento-* *alog. cap. 3.* *rum omniumq́, brutorum animantium. Homo itaque* (ſubiungit) *ſicut in medio creatus eſt, vt eſſet inferior Angelo, ſuperior iumento: ita aliquid habet commune cum ſummo; aliquid cum infimo: immortalitatem ſcilicet ſpiritus cum Angelo: mortalitatem verò carnis cum iumento.*

17. Sed & hominum Spiritus à cæleſtibus illis etiam hoc differunt; quòd eam habeant ad corpus affinitatem, vt perpetuò illud quaſi appetant: & ſatis factum ſibi nunquam putent, niſi cum ipſo copulētur, & indiuiduam vitæ ſocietatem ineant.

18. Interim verò liberi à corpore eſſe poſſunt, & per ſe ſubſiſtere: quin imò ſuas etiam operationes perfectè exercere: ſed & ſummo infinitoque bono perfrui: ad quod tamen corpori immerſi ſeſe extendere, non, niſi ſummis conatibus, atque Dei gratia, poſſunt.

19. Liberi autem à corporis mole hi Spiritus quandoque ad beatas ſedes tranſuolant: quandoq; ob demerita, vel Dei præſentia & conſpectu priuantur (vt ſunt puerorum Spiritus, qui antequam ex hac vita diſcedant, maculas originalis peccati ſacro fonte non eluerunt:) vel præter hoc etiã æternis cruciatibus addicuntur, (vt ſunt reliquorum damnatorum:) quandoque ob ſordes, quas contraxerunt, & nõdum perfectè cum Dei gratia abluerunt, *igne*, vt vocãt grauiſsimi au- *h Aug. ſerm.* thores(*h*), purgatorio expiantur. *41. de Sanct.*

20. Quocirca quemadmodum cæleſtium Spirituum, poſt Deum *Greg. lib. 4.*

 qui *dialog. ca. 39.*

quidam Angeli ſunt, quidam Dæmones: ita humanorum varia ſunt genera. Aliqui felices ſunt, & cum Chriſto regnant: alij ſunt infelices, & graues pœnas perferunt: denique ſunt quidam nec prorſus miſeri, nec prorſus infelices, qui pro contractis peccatis ad tempus aliquod alicubi ſatisfaciunt. De omnium horum Spirituum (præterquam brutorum qui ſimul cum corpore intereunt) Apparitionibus nobis agendum erit: ſed breuiſsimè.

CAPVT II.

De natura, ratione, & ſpeciebus Apparitionum in genere.

APPARITIONES hoc loco vocamus, Spirituum, de quibus diximus, manifeſtationes: in quibus, præter naturæ ordinem, ex diuina diſpéſatione, ipſi ſe certis modis hominum ſenſibus inſinuant.

2. Quemadmodum verò ſenſuum non vna eademque eſt ratio: ita neque eodem modo ſe ſemper Spiritus offerunt. Quandoque in ſolam mentem illabuntur: quandoque formas quaſdam in interioribus ſenſibus efficiunt, quibus innoteſcunt: quandoque etiam externis ſenſibus percipiuntur, & ſic viuorum rebus interſunt.

a Iſid. lib. 7. cap. 8. 3. Hinc eſt quòd Iſidorus (*a*) *triplex Apparitionum genus conſtituat*: quarum vna corporalis, alia ſpiritalis ſeu imaginaria, tertia intellectualis dicatur. In prioribus duabus omnes omnino Spiritus alienas oportet mutuentur formas, quibus ſe ſenſibus offerunt: in tertia fieri poteſt, vt ſeipſis mentem occupent.

4. Tertia item diuinior eſt, & rarius contingit. Eius quædam imago videtur illa, qua Beati modò perfruuntur, felicitas: vt qui corporis

b i. Cor. 13. mole ſoluti ſpeculantur Deum, ſicuti eſt (*b*), & non ex ænigmatibus quibuſdam eius aliquantulam cognitionem aucupantur. At corporalis & ænigmatica, ex ſe diuinum habent nihil, quicquid in ipſis eſt, quod naturæ leges excedit, hoc totum à Spiritibus, qui percipiuntur, proficiſcitur.

5. Quocirca in his nulla fit homini vis; quandoquidem naturali ſuo funguntur ſenſus officio. in illa verò quandoq; neceſſe eſt altius mens eleuetur, & quaſi à corporeis nexibus abſoluta aliò transferatur, gratiaque diuina adiuuante percipiat (*c*), ad quod proprijs viribus pertingere nequit.

c Thom. 1. p. q. 12. art. 4.

6. Corporalis illa Apparitio, viſus & auditus præcipuè; aliquando etiam aliorum ſenſuum fit miniſterio: ſemperq; contingit hominibus vigilantibus, & Spiritibus ſe ſub corporeis formis exhibentibus, aut certè vehementer ſenſum immutantibus. Imaginaria verò

aut

nunc accidit vigilantibus, nunc ſopore preſsis; ſpiritibus non tam ſe aliena ſpecie inſinuantibus, quàm ſui ipſorum ideas in hominis imaginatione formantibus, & excellentiori quodam modo, quàm in illa corporali nobiſcum agentibus.

7. Sæpiſsimè tamen euenit, vt hęc duo genera confundantur: vt ſcilicet ſe ſenſu aliquo externo percipiẽdos offerant, & quaſi hominem excitent Spiritus; atque ſtatim deinde totam imaginationem, ſenſu relicto occupent. Cuius rei exempla in probatiſsimis hiſtorijs quàm plurima licet obſeruare.

8. Quæ verò in ſomnis contingunt Apparitiones, non vnius generis ſunt omnes. Quædam oracula dicuntur; quædam Viſiones; quædam Somnia (*a*) Oraculum eſt, cùm in ſomnis grauis quædam perſona apparet, & quid euenturum, aut non euenturum; quid faciendũ, aut omittendum, enuntiat. Viſio, cùm id, quod quis videt, eodem modo, quo apparuerat, euenit. Somnium eſt figuris tectum, & ſine interpretatione intelligi non poteſt. a *Aug. li. de ſpiritu & anima c.25. & Brunus de Imag. ca.1. l.4.*

9. Et licet omnes has Spirituum; quibus humanis rebus interſunt, atq; nobiſcum agunt, communiones, Apparitiones dicere poſsimus: in illas tamen magis hoc nomen quadrare videtur, in quibus ipſi ſe ſenſibus externis; & maximè viſui ingerunt: à quo etiam habẽt quòd Viſiones dicantur. Tum deinde proximum ſibi locum vendicant, quas Imaginarias vocamus, de quibus etiam potiſsimum nobis ſermo habebitur.

10. Sed tamen non quandocũque ſe in ſenſus noſtros inſinuant, & præſentes eſſe certis externiſque argumentis declarant, apparuiſſe putandi ſunt ſpiritus. Neque enim apparuit Deus populo legem expectanti, cuius tamen præſentiam mons fumigans, voces, lampades, ſonitus buccinæ teſtabantur (*b*). Neque apparuiſſe dicimus Spiritum ſanctum Apoſtolis; quando in linguis igneis eius gratiam perceperunt (*c*). b *Exod.* 20. c *Actuum* 2.

11. Certa oportet ſit definitaque forma ſub qua appareant: eaque aut naturæ, conditioniq́ue Spirituum; aut officio, quod executuri apparent, conueniens. Talem in Deo, Angelis, hominumq; Spiritibus humanam credimus: in Dæmonibus autem (ni fallimur) quamcumque propemodum cuiuſcunque viuentis, &c.

12. Nempe ſpecies humana naturæ Spirituum humanorum conuenit, eaque, ſub diuerſis formis, in Dei atq; Angelorum, quę apud nos exercuerunt, & exercent officia, quadrat egregiè. At hanc, & quamcunque aliam Dæmones poſſunt induere, vt quorum verſutia & nocendi ſtudium non humanas ſolùm artes, & beſtiarum conatus ac-

a Iob. 41. cedit, verùm multis etiam modis ſuperat (a).

13. Quid quòd nec ſufficiat, vt Apparitio dicatur, ſi quomodocunq; ſe ſub forma certa Spiritus inſinuent? Neque enim qui obſeſſum viderit hominem, ſe Dęmonis viſionem habuiſſe confitetur, Oportet inſuper, vt res, quę ſenſibus ſeſe offert, Spiritus repręſentet, & exhibeat: idem cùm Spiritus nomen habere poſſit, atque nos ipſi idem obſequium & officium, quam ipſiſmet Spiritibus exhiberemus, poſſimus præſtare.

14. Hinc eſt, quòd in Apparitionis genere ſit ſerpentis aſpectus, quo ſe primis parentibus exhibuit Dæmon, eisque, vt legem Dei præuaricarentur, author fuit (b) non autem eſſe poſſit viſio columbæ ſuper Chriſtum. (c) & linguarum ignearum ſuper Apoſtolos, quæ Spiritũ ſanctum teſtabantur. (d) Quoniam quod peccatum Moyſes *ſerpentis aſtutia* in mundum inuectum aſſerit: hoc *inuidia Diaboli* tribuit Sapiens: (e) At linguas igneas, aut columbam neque Spiritum ſanctum dicimus; neque in illis diuinum honorem reuerentiam Spiritui ſancto exhibemus.

b Gen. 3. c Matth. 3. d Actor. 2. e Sapient. 2.

15. Ad Corpoream igitur Viſionem oportet præter ſpeciem concurrat corpus externum, aut certè vehemẽtiſſima ſenſus, alia quadã ratione, immutatio. Oportet quodam modo corpori ſe Spiritus vniat, & non vt rector tantùm aſſiſtat. Oportet ita vniat, vt & operatio corporis Spiritui, & nomen Spiritus ipſi corpori quodam modo poſſit attribui. (f) imaginaria paucioribus eſt contenta. Pauciſſimis illa, quam intellectualẽ vocamus. De his Apparitionibus plura in libro de Diuinis Apparitionibus; vbi multa, quæ hic ſeruire poſſunt.

f Thom. 1. p. q. 51 art. 2. ad. 2

CAPVT III.

De Apparitionibus Dei, & præcipuè ijs, quæ olim in veteri lege patribus exhibita fuerunt; quarum rationes & cauſæ expenduntur.

DIximus aliud eſſe Apparitiones Spirituum, aliud quaſcunque, quibus per certa argumenta præſentiam ſuam teſtantur, manifeſtationes. Quocirca illud primùm hîc conſtitutum ſit; non ſemper Deum apparuiſſe, quãdo præſentem fuiſſe cognouimus.

2. Præſens fuit, quando de *rubo Moyſen vocauit*, &, vt populum in libertatem aſſereret, in AEgyptum miſit (g). quando de *nube loquentem omnis populus audiuit* (h). quando *Abrahamum* manus filij ſanguine cruentare *prohibuit* (i). quando *obedıuit hominis voci*, cæliq; curſum impediuit (k). quando *tot annis in nube populo dux in terram promiſſam fuit*

g Exod. 3. h Exod. 20. i Genes. 22. k Ioſue 10.

fuit (*a*) quando *ante Heliam* pallio vultum ſuum operientem *pertranſijt*(*b*). a *Pſal.* 94. b 3. *Reg.* 19.

3. Neque enim vno,ſed multis modis Deus hominibus præſens eſſe dicitur. Quandoque præſentiæ ſuæ teſtes ſunt ſigna atque portẽta, quæ mirabilia in rebus excitat:aliquando hæc deſunt,quando tamen non minus ipſe nobis,quàm nos nobis coniuncti ſumus.

4. Eſt, inquiunt Theologi, in rebus omnibus *per eſſentiam, præſentiam & potentiam*(*c*). *Iouis* inquit quidam, (*d*) *plena ſunt omnia. In ipſo mouemur, viuimus, & ſumus* (*e*).*cælum*(inquit ipſe) *& terram ego impleo* (*f*). & Thales Mileſius,Phyſicorum vetuſtiſsimus, prudenter obſeruauit non factis modò,ſed & cogitationibus humanis,Dei oculos intereſſe. c *Super* 1. *Sent.* d *Ver. in buc.* e *Actuum* 17. f *Ierem.* 32.

5. Ineſt quidem rebus,ſed tamen vt locum nullũ occupet;quia vacat corpore.Nec loco vllo definitur, quod Angelis accidit. Nec loco continetur; quia continet loca omnia: iiſque tribuit, tum vt ſint, tũ vt res in ſe compræhenſas contineant.

6. Sic eſt in rebus omnibus, vt non ſit qualitas mundi:ſed ſubſtantia,mundi creatrix, ſine labore regens, ſine onere continens mundũ, & omnia ac ſingula,quę in eo ſunt:ineſt non parte tantũ aliqua;quaſi in dimidio mundi ſit dimidiatus, & in altero dimidio altera ſui parte:ſed ſimul in cælo totus,ſimul in terra totus,atque ita in alijs totus, & in ſe ipſo totus.

7. Præter hunc modum, quo omnibus adeſt, ineſt, & præeſt, alius eſt diuinior. *Longè enim eſt ab impiorum cogitationibus* (*g*). *Prope eſt omnibus inuocantibus enim in veritate* (*h*).Pollicetur ſe non cũ omnibus , ſed cum quibuſdam *habitaturum* (*i*) : *inter ipſos manſionem facturum*(*k*). *ambulaturum* (*l*)*&.cœnaturum*(*m*).Quia,ſcilicet,aliquorum defenſionem & tutelam ſuſcipit; aliquorum gratiam conatusq; promouet. Veruntamen quibus non adeſt per gratiam, adeſt per vindictam. g *Prou.* 15. h *Pſal.* 144. i *Leuit.* 36. k *Ioan.* 14. l *Leuit.* 26. m *Apocal.* 3.

8. His modis Deus præſens eſt. Apparet verò,cùm aut diuiniore ratione menti illabitur: aut (de quorum Apparitionum genere nobis ſermo eſt)ſub certa definitaque forma ſe ſpectandum exhibet.Priori modo viſus eſt paucis,poſteriori pluribus.

9. Apparuit in humana ſpecie teſte D. Auguſtino(*n*),primo parẽti *Adam*: quando, poſt præuaricationem diuini præcepti, venit exactu rus rationem tranſgreſsionis (*o*). Apparuit *Noe*; ipſi ſecreta cordis ſui expoſuit: modum conſtruendæ arcæ edocuit:& tandem in conſtructam incluſit(*p*). Apparuit in ſpecie trium virorũ *Abrahæ*, in conualli Mambrę ſedenti(*q*). Apparuit in Sodomis *Lot*, ipſumque vnà cum filiabus ab incendio liberauit(*r*). Apparuit *Iacob* redeunti ex Meſopotamia, n *Aug. l.* 2. *de Trinit. c.* 10. o *Geneſ.* 3. p *Geneſ.* 7. q *Geneſ.* 18. r *Geneſ.* 19.

a Geneſ.2. potamia, & inſignes poſteris ipſius fecit promiſſiones (*a*). Apparuit & *Moyſi*, vt quidam exiſtimant, quando in nebulam eſt ingreſſus, & populo à longè ſtante, atque montem fumantem cóſpiciente, ſecretorum Dei factus eſt conſcius (*b*). b Exod. 20.

10. Sed & viſus eſt, licet alia quadam, & quæ alterius eſt loci, ratione, ſanctis Prophetis. c Iſaiæ 6. Iſaias vidit ſedentem in throno altiſsimo (*c*). d Ezech. 10. Ezechiel ſuper Cherubim (*d*): *Aſpiciebã*, inquit Daniel (*e*), e Daniel. 7. *donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierum ſedit. Veſtimentum eius candidum, quaſi nix; & capilli eius, quaſi lana munda. Thronus eius flammæ ignis: rotæ eius ignis accenſus.*

11. Et alia quidem atque alia forma ſe exhibuit Deus. Nempe hac ratione vel ſe cognoſcendum præbuit: vel voluit nos animi ſui cogitationes, & conſilia animaduertere. Nam maieſtatis ſapientiæque inditia ſunt thronus, in quo viſus; cani capilli & vultus grauis: animi verò ſenſa & cogitationes licebat obſeruare, quando Adamum ob violatam legem (*f*), f Geneſ. 3. Cain ob cædem fratris (*g*) grauiter perſtringebat: g Geneſ. 18. quando Abrahamo familiariſsimè vtebatur (*h*): h Geneſ. 18. quando cum Iacob luctabatur (*i*), &c. i Geneſ. 31.

12. Etenim quò rudis ætas aſſurgere per ſe non potuit, eò externis figuris erat adducenda: vt mente cognoſceret, reuereretur, diuinoſque honores conferret, quem oculis corporalibus præſentem intuebatur: cuius nutu cuncta adminiſtrari, prouidentia gubernari, virtute ſuos fines conſequi obſeruabat.

13. Voluit & ſingularem animi candorem, & quo humanum genus ſtudio proſequeretur, Deus hac ratione oſtendere, & (vt ita dicam) quaſi aliquid de iure ſuo atque maieſtate remittere, & ad noſtræ naturæ conditionem deſcendere: vt tanto magis ſibi hominum corda deuinciret; quanto plura diuinæ liberalitatis erga ſe argumenta experirentur.

14. Voluit & attentiores reddere, atque vt in ſalutem ſuam diligentius incumberent, diuiniſque præceptis ſatisfacerent, his externis apparitionibus efficere: quando ſcelerum ſuorum vltorem etiam oculis corporeis conſpicerent, eumque ſuis actionibus præſentem, & ſecretorum cordis inſpectorem haberent oculatum.

15. Nec mouere debet, quòd, cùm inuiſibilis ſit Deus, ſæpe Patribus viſibiliter appáruiſſe memoretur. *Sicut enim ſonus, quo auditur ſententia in ſilentio intelligentiæ conſtituta; non eſt hoc, quod ipſa: ita & ſpecies, qua viſus eſt Deus, in natura inuiſibili conſtitutus, non erat, quod ipſe. Veruntamen ipſe in eadem ſpecie corporali videbatur, ſicut illa ſententia in ipſo ſono vocis auditur*, Verba ſunt B. Auguſtini li. 10. de Ciuitate Dei, cap. 13.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT IV.

Expenditur modus, quo Deus olim in veteri lege exhibitus eſt.

APPARVIT igitur Deus: & nō vno, ſed varijs modis, varijſque hominum generibus apparuit, & iuſtiſsimis de cauſis apparuit. Verùm, Sitne Deo tribuendum corpus, tanquam proprium in quo apparuit; deinde, ſi proprium non fuit, Sitne Angelorum miniſterio effictum atque formatum, ipſique Angeli Dei perſonam ſuſtinuerint, & Dei officio functi ſint: denique, Quanam ratione in effićto corpore Deus fuiſſe putandus ſit, eſt quæſtio.

2 Fuerunt olim, qui Deo proprium tribuerunt corpus (*a*) partim propterea quòd mens eorum altius, quàm ſenſus exurgere non poſſet: partim quòd primus homo, corpore ſcilicet & anima conſtans, ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus dicatur (*b*): partim etiam quòd paſsim humanis membris DEVM Sacræ litteræ deſcribant (*c*).

a Anthropomorphitæ apud Epiphanium.
b Geneſ. 1.
c Gen. 8 Pſal. 32. Iſai. 25. &c.

3 Verùm opinio hęc vel ſola verbi Diuini authoritate concidit. B. Pauli vox eſt (*d*) *Beatus ſolus potens, Rex regum, & Dominus Dominantium: qui ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſsibilem; quem nemo hominum vidit: ſed nec videre poteſt.* Idem docet, *Regi ſeculorum inuiſibili & immortali, ſoli Deo tribuēdam gloriam & honorem* (*e*) Et vterque Ioannes teſtantur, *Deum viſum nunquam* (*f*).

d 1. Thim. 6.
e 1. Thim. 1.
f 1. Ioh. 4. Ioan. 1.

4. Quòd ſi corpore quodam circumſcriberetur Deus; figuramque referret humanam, eſſet finitus. At *excelſior eſt cælo*, inquit Iob, (*g*); *& ſuper ſtellarum verticem collocatur*. Et, *Magnus* (clamat Propheta) *& laudabilis eſt nimis, & magnitudinis eius non eſt finis* (*h*).

g Iob. 22.
h Pſal. 144.

5. Præterea neque vbique poterit eſſe (*i*): neque cælum & terram implere (*k*): neque à concretione aliqua ſe vindicare: ſed & compoſitionem ſubſtantiæ & accidentium, aut certè multarum partium ſubire debebit. Quę quia in rebus his creatis imperfectionis argumēta ſunt, non poſſunt in diuinam illam naturam conuenire.

i Pſal. 138.
k Iere. 23.

6. Quocirca meritò reijcitur figmentum Tertulliani, qui Deum aliud quoddam, quàm noſtra hæc ſunt, corpus finxit (*l*). Exploſa quoque iuſtiſsimis de cauſis hęreſis Vadianorum, qui ab errore Anthropomorphitæ dicti: quòd humanis Deum membris, non ſecus atque homines mortales, præditum eſſe, pernitioſè & impiè docuerint (*m*).

l Aug. de hæreſ. c. 82.
m Niceph. l. 8. cap. 14.

7. Neque enim idcirco corpus eſt Deus, quia mens noſtra corpori,

tanquam carceri, incluſa, aut Spiritum non concipit, aut corporeũ
fingit: quoniam ſi quales formas mens noſtra conciperet, tales eſſent
ipſarum rerum; nequaquam is eſſet huius vniuerſitatis, quem con-
ſpicimus decor & pulchritudo. *Videmus nunc* (inquit ille) *per ſpeculum*
in ænigmate; tunc autem facie ad faciem. Nunc cognoſco ex parte; tunc cognoſ-
a 1. Cor. 13. *cam ſicut & cognitus ſum*(a).

8. Imago & ſimilitudo, ad quam formati ſumus, non corporis, ſed
b Aug. li. 14. de Trin. c. 18. mentis eſt. Pulchrè Auguſtinus (b): *Imago Dei, quo nihil melius eſt, ibi*
quærenda & inuenienda eſt, quo noſtra natura nihil habet melius; id eſt, in
mente. Eo enim ipſo imago Dei mens eſt; quo eius capax eſt, eiusq; particeps eſſe
poteſt.

9. Præterea, mens ipſa Trinitatem quodã modo effingit. *In ipſa*, in-
c Aug. li. 11. quit Auguſtinus (c), *eſt Trinitas memoriæ, intelligentiæ, & amoris: Atq; hæc*
de Trin. c. 11. *tria, non ſunt tres vitæ, ſed vna vita: nec tres mentes, ſed vna mens, vna eſſen-*
tia: Atque ſingula, non ſingulis ſolùm, ſed & ſingula omnibus æqualia ſunt. Deni-
que & à ſingulis ſingula, & à ſingulis omnia capiuntur, vt pulcherrimè idem
Auguſtinus explicat.

10. Nempe eam perfectionem præ cæteris omnibus, in prima ſui
creatione, conſecutus eſt homo: vt omnium omnino rerum, etiam
Creatoris ſui, quaſdam imagines contineat. Vt non immeritò à Phi-
loſopho *Rerum ſimilitudo* ſit definitus; & in mundi meditullio prop-
terea conſtitutus, quòd omnium, quæ in mundo ſunt, ſit particeps.

11. Quòd verò certis definitiſque membris Deus deſcribatur: quòd
d Pſal. 33. nunc *vultus* eius ſuper facientes mala(d): nunc *oculi* ad fideles terræ (e):
e Pſal. 100. nunc *os* locutum (f): nunc *manus* extenſa (g): nunc caligo ſub *pedibus*
f Iſaiæ 1. eius (h): nunc *palpebræ* interrogent filios hominum (i), nunc ex *vtero*
g Exod. 3. ante Luciferum gignat(k), hiſque ſimilia ipſi tribuantur: non infirmi
h Pſal. 17. tatis diuinæ ſunt argumentum; ſed noſtræ imbecillitatis ſubſidium.
i Pſal 10. Sic, nimirum ad maieſtatem illam cognoſcendam quoquo modo
k Pſal. 109. promouemur.

l Threnor. 3. 12. Niſi fortè Deum velis dicere vrſum: quia clamat propheta (l):
Factus eſt Dominus mihi vrſus. Niſi vermem: quia in perſona Chriſti lo-
m Pſal. 21. quitur Dauid (m): *Ego autem ſum vermis, & non homo*. Niſi agnum quaſi
n Apocal. 13. occiſum: quia ita ſe dilecto Ioanni exhibuit(n). Niſi ſexcenta his ſimi-
lia velis affirmare, à quibus S. Scriptura non abhorret.

13. Ergo *caput* cùm Deo tribuitur, ipſam diuinitatis eſſentiam, cui
tanquam capiti ſubiecta ſunt omnia, intelligimus. Sic *os* Dei ſermo-
nem ſignificat. *Palpebræ* occulta & incomprehenſibilia iudicia. *Facies*
o Pſal. 79. cognitionem diuinitatis, quam expetebat, qui dicebat: *Oſtende nobis*
p Ierem. 18. *faciem tuam* (o). *Manus* nunc ipſius poteſtatem (p), nunc flagellum &

gra-

Digitized by Google

grauem animaduerſionem (*a*). Sic *aures* habere dicitur, quia audit omnia: *oculos*, quia nihil occultum ipſi, nec vlla coram eo inuiſibilis creatura(*b*).

a *Sophonia* 1.
b *Hebr.* 4.

14. Eadem analogia, qua membra, etiam actiones, quæ non niſi corporibus conuenire poſſunt, Deo tribuit Scriptura. Dicitur *abſcondere* faciem(*c*): *ſedere* ſuper ſedem ſanctam ſuam (*d*); *deſcendere* ad homines (*e*) *ambulare* inter bonos (*f*): &c. quibus noſtræ magis infirmitati conſulitur: quam Dei natura & con[illegible]io exprimitur. Vnde bene B. Ambroſius (*g*) *Non iraſcitur*, inquit, *Deus, quaſi mutabilis: ſed iraſci dicitur, vt exprimatur peccatorum noſtrorum acerbitas, quæ diuinam meruit offenſam: tanquam eo vſque increuerit culpa: vt etiam Deus, qui naturaliter non mouetur aut ira, aut odio, aut paſſione vlla; prouocatus videatur ad iracundiam.*

c *Exod.* 1. 3
d *Pſal.* 46.
e *Geneſ.* 18.
f *Deut.* 23.
g *Ambr. l. de Noe & arca.*

15. In his omnibus atq; ſimilibus locum habere debet, quod Eucherius his verbis habet(*h*). *Vbicunq;*, inquit, *ſacra Scriptura ſparſim per diuinos libros in Deo motus animæ: ſeu humana membra deſcribit: id eſt, caput, capillos, oculos, palpebras, aures & cætera membra: ſiue motus animæ: id eſt, iram, furorem, obliuionem, pænitentiam, recordationem, & alia his ſimilia: non carnaliter iuxta hiſtoriam à rectè intelligentibus ſcienda ſunt, ſed ſpiritualiter omnia de Deo intelligenda & confitenda.*

h *Brun. de Imaginib.*

16. Hinc pulchrè Chryſoſtomus(*i*) omnes Apparitiones veteribus factas diuinę permiſſionis, non ipſius ſubſtantię docet fuiſſe. *Quoniam* (ſubiungit) *ſi ipſam vidiſſent, nulla ex parte differentem vidiſſent: quippe quæ ſimplex & pura eſt, non compoſita, non deſcriptibilis; Non iacet, non ſtat, non ambulat. Hæc enim omnia corporis ſunt*. In eandem ſententiam Auguſtinus(*k*), *Omnes*, inquit, *Viſiones Dei, quæcunq; mortalium præbebantur aſpectibus; & ex quibus fiebat ſonus, quo mortalis attingeretur auditus; ſic exhibebantur aſſumpta, ſicut Deus ſpecie qua volebat; vt non in iis ipſa vllo ſenſu corporis ſentiretur diuina natura, quæ inuiſibilis vbique tota eſt, & nullo continetur loco.*

i *Chryſ. ſuper Ioan. hom.* 14 *in illud, Deum nemo vidit.*
k *Aug. qq. ſuper Exod. l.* 2.

17. Proprium igitur corpus Deus non habet, ſed alienum; quando apparuit. Quæris vtrum per ſe alienum aſſumpſerit, & negotio ſuo aptarit, an Angelorũ hic miniſterio vſus, per ipſos fecerit, quicquid per ſe feciſſe voluit dici? Certè nobis illorum probatur ſententia, qui omnes has Dei, de quibus egimus apparitiones Angelorum miniſterio exhibitas eſſe, & perfectas aſſerunt.

18. Huic ſententia facit fidem ſacra Scriptura; quę in his eadem nũc Angelis, nunc Deo tribuit. Legitur *Deus* apparuiſſe Abrahæ in conuallo Mambre(*l*), hoſpitioq; exceptus: eodem exemplo hoſpitalitatem ſuadet Apoſtolus, quaſi *Angelis* ſit præſtitũ beneficiũ (*m*): Exhibuit ſe

l *Geneſ.* 18.
m *Hebr.* 13.

Digitized by Google

a *Exod.* 24. quando Moyſi legem tradidit (*a*): & B. Stephanus Iudæos legem in b *Actor.* 7. diſpoſitione *Angelorum* accepiſſe pronuntiat (*b*). Audiuimus *Dominũ* c *Geneſ.* 22. primùm loquentem Abrahamo (*c*): *Accipe filium tuum dilectum, quem diligis*, & cæt. & paulo poſt obſeruamus *Angelum* dicentem: *Ne extendas manum tuam ſuper puerum* (*d*). d *ibid.* Vbi, quia nõ prohibet Angelus, quod pręcipit Dominus: non prohibitionem ſolùm, verùm etiam præceptum ab Angelo profectum eſſe putamus.

e *Aug. contra Adamantum Manichæi diſcip. cap.* 9. 19. Quocirca bene D. Auguſtinus (*e*) eadem in Angelos quadrare, & Deo conuenire oſtendit. *Quemadmodum enim* (inquit) *Verbum Dei, quod eſt Chriſtus, in Propheta loquitur veritatem: ſic & in Angelo ipſe loquitur: quando veritatem Angelus annuntiat. Et rectè dicitur, Deus dixit: & Deus apparuit. Et item rectè, Angelus dixit: &, Angelus apparuit: cùm illud dicatur ex perſona inhabitantis Dei, hoc ex perſona ſeruientis creaturæ.*

20. Sed & Scripturæ mos eſt, vt rerum imagines iiſdem nominibus inſigniantur, quibus ipſęmet res appellari ſolent. Cæleſtium poteſtatum imagines, quæ ex metallo formatæ, & ſuper arcam teſtamenti f *Exod.* 25. collocatæ erant, nomen *Cherubim* retinent (*f*). Rex Pharao, qui ſpicarum atque boum imaginem, futuræ ſterilitatis nuntias viderat g *Geneſ.* 42. dormiens; nihil ſe, niſi *ſpicas & boues* vidiſſe teſtatus eſt (*g*). Et Pincerna Pharaonis in carcere, cum Ioſeph, exiſtens, *vitem* ſe in ſomnis vidiſſe dixit, in qua eſſent tres propagines; & tamen nec vitem, nec prop h *Ibidem.* pagines, ſed rerum illarum imagines vidit (h). Et nos cùm pictam videmus tabulam, eorum ipſam nominibus compellamus, quorũ formas & ſpecies refert.

21. Non tamen dicimus hæc Dei potentiam excedere: aut diuinam eius maieſtatem minimè decere: aut nobis obeſſe potuiſſe. Nã quod per Angelos potuit; quod prohibuit, quin per ſe ipſe potuerit? Et quæ maieſtas integra manſit, quando in vnitatem ſubſtantiæ humanas miſerias ſuſcepit, violata fuiſſet, ſi in aſſumpto corpore ſe hominibus exhibuiſſet? Tantum verò abeſt, vt hæc nobis diuina obfuiſſet dignatio, vt pluribus nos ſibi liberalitatis argumentis deuinxiſſet.

22. Corpus ergo nõ fuit Dei, in quo eſt viſus: Sed nec ipſius, verùm Angelorum opera effictum. Qua verò (dicit aliquis) ratione in effi-cto corpore fuiſſe putandus eſt? Certè longè alia, quàm Angeli: longè alia, quàm humani Spiritus; qui ſe aliquando exhibuerunt. Fuerunt illi ita corpore, in quo apparuerũt, definiti, vt extra illud non eſſent: at Deum non ſolum non poſſumus corpore aliquo, ſed neque toto mundo definire.

23. Quid, quòd nec vlla actione alia huic, in quo apparuiſſe dicitur, corpo-

corpori, Deus affuit, quàm quibuſcunque alijs naturalibus ſubſtantijs adeſſe ſolet? Quidquid in hoc negotio factum eſt, Angelorum perfectum eſt opera. Id ſolum habet Deus, quod apparere dicatur. Quocirca ſicut Imperator in ſua ipſius imagine, quam pictor exhibet, efficit nihil; cùm tota, quanta eſt, opus ſit pictoris, Imperatorem exhibens; ita in ſuis Apparitionibus, (quæ quædam ipſius imagines ſunt) Deus ſingulare per ſe fecit nihil.

24. Angelorum ergo, dicis, potius, quàm Dei Viſiones eſſe dicendas, quibus Deus ſub humanâ forma conſpicitur. Eſſent, ſi res ab effectoribus, non autem à formis, & ipſarum imaginibus nomina ſortirentur. At non res id dicuntur, à quo fiunt: ſed quod ſunt, quodúe repræſentant. Imago Imperatoris non pictor, ſed Carolus V. dicitur. Quòd ſi idcirco Angelorum Apparitiones has dicere volumus; quia Angelorum in his opera non minima eſt; omnes omnino oportet eſſe dicamus, cùm ſine ipſis vix vlla perficiatur. Vide cap. 23. de Locis Infeſtis.

25. Interim tamen, etſi in corpore, quo apparuiſſe dicitur Deus, per ſe efficiat nihil: in illo tamen, quod ſeſe exhibet, ſuæ præſentiæ teſtimonia quandoque obſeruantur talia, quæ non Angelorum; ſed Dei tantùm opera, effici poſſunt. Talia ſunt intellectus illuſtrationes, affectus inflammationes, mirabiles animorum motus, miraculorum effectus, aliaque his ſimilia, quæ nulla, niſi diuina virtute perficiuntur. Quæ hoc atque præcedenti Capite de Dei in veteri Teſtamento Apparitionibus breuiter ſunt dicta, fuſius, per Capita triginta octo, explicantur in libro de diuinis Apparitionibus Veteris Teſtamenti.

CAPVT V.

De varijs Apparitionibus Dei, quæ in noua lege, & tempore gratiæ fuerunt facta.

ET hactenus de ijs Apparitionibus, quæ quondã exhibitæ fuerunt. At, qui multifariam, multiſque modis olim locutus Patribus; hic nouiſſimis diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio (a). *Apparuit enim gratia Dei Saluatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos; vt abnegantes impietatem, & ſecularia deſideria, ſobriè & iuſtè & piè viuamus in hoc ſeculo* (b). Ita Apoſtolus. a *Hebr.* 1. b *ad Tit.* 2.

2. Apparuerunt etiam diſpertitæ linguæ Apoſtolis, tanquam teſtes certiſſimæ Spiritus ſancti præſentiæ (c). Et apertis cælis, Deo Patre teſtimonium Filio perhibente, viſus eſt idem Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum à Ioanne baptizatum (d). c *Actor.* 2. d *Matth.* 3.

Digitized by Google

3. Verùm has qualeſcunq; manifeſtationes, quibus ſe vel filius, vel Spiritus ſanctus exhibuit; non eodem modo, quemadmodum illas ſuperiores (de quibus diximus (ad Apparitiones Spirituum referri putamus: licet & Filius Dei Spiritus ſit, & S. Spiritus, ſit Spiritus.

4. Certè Chriſtus non ea ſe ratione corpori coniunxit, qua Patriarchis olim ſe exhibuit in corpore Deus, Neque enim Deus in vnitatem hypoſtaſis vnquam aſſumpſit corpus; neq; ita ſibi vniuit, vt reuera, quod videretur, eſſet. Sed neque vitales erant, quæ in ipſo obſeruabātur operationes: neque indiuiduam ſocietatem cum corpore inibat:

a Ioan.1. & c Quæ tamen, vt de Chriſto confiteamur omnia, & S. Scriptura (*a*), &

b Nicænū etc. grauiſsimorum Conciliorum authoritas (*b*), & ſanctiſsimi Patres v-

c Pleriq; om. nanimi couſenſu docuerunt (*c*).

d Athanaſ. in Symbolo. 5. *Quemadmodum* (inquit Athanaſius) (*d*), *caro & anima vnus eſt homo: ita Deus & homo vnus eſt Chriſtus. Vnus non conuerſione diuinitatis in carnem: ſed aſſumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino, non confuſione ſubſtantiæ, ſed vnitate perſonæ.*

6. Hinc eſt, quòd nec ad Spirituū Apparitiones referamus illas Chriſti manifeſtationes; quibus ſe multis modis poſt reſurrectionem in glorioſo corpore, & Apoſtolis, & ſanctis mulieribus ſpectandum tangendumq; exhibuit. Quoniam qui prius, vt verus homo, apparuit in noſtra carne mortalis: ille, poſt triumphatum diabolum, idem in eadem carne viſus eſt immortalis. *Videte*, inquit, *manus meas & pedes, quoniam ego ipſe ſum* (*e*).

e Luc. 24. 7. Illa vna, qua nouiſsimè poſt reſurrectionem Paulo tanquam abortiuo ſe oſtendit (*f*), in Apparitionem numero à quibuſdam repo-

f 1. Cor. 15. nitur. Neque enim putant potuiſſe fieri, vt aut eodem tempore, vnum idemq; numero Chriſti corpus in duobus locis extiterit: in cælo ſcilicet, (quod fides docet,) & vbi ab Apoſtolo videbatur: aut quod Apoſtolus in terra exiſtens acie oculorum cælos penetrarit, & ad dextram Dei Patris ſedentem Filium conſpexit.

8. Nos quamuis horum ſententiam temerè non damnemus; illorum tamen magis probamus, qui hanc Chriſti, Apoſtolo factam, manifeſtationem eodem modo, quo alias perfectam eſſe arbitrantur: & idcirco quemadmodum nec alias, ita nec hanc ad Apparitiones, de quibus diſputatio eſt referimus.

9. Omnino, vt Chriſtum in propria perſona, hoc eſt, in ſuo corpore atque anima ſeſe Apoſtolo exhibuiſſe dicamus, veritas reſurrectionis, quam hac manifeſtatione idem Apoſtolus aſtruit, poſtulare videtur. Quem enim primum aſſerit *ſecundum ſcripturas* reſurrexiſſe: & poſtea docet viſum eſſe Cephæ atque vndecim; præterea quingentis

ſimul

Digitized by Google

ſimul fratribus; Iacobo item & Apoſtolis omnibus: eundem ipſum ſibi nouiſsimè viſum eſſe affirmat.

10. Hanc ſententiam confirmat modus loquendi, quæ hæc Chriſti Apoſtolo facta manifeſtatio deſcribitur. Barnabas narrat Apoſtolis quomodo *in via Dominum viderit Paulus* (*) Ananias, *Saule frater*, inquit, *Dominus miſit me Ieſus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas*. Ipſe demum Apoſtolus Apoſtolatum ſuum ab iſto vero veri Domini aſpectu comprobans ait: *Nonne Dominum vidi?* Corinth. 9.

* *Act 9.*
Ibidem.

11. Interim tamen modus Apparitionis, quo in veteri Teſtamento Deus vſus eſt, à Chriſto non omnino eſt alienus: quin ſæpiſsimè, ni fallimur, frequētatus. Sic apparuit Petro Romam relinquenti, & necem iam ſibi paratam fugienti, ſi Athanaſio, Egeſippo, & Ambroſio credimus (*a*). Apparuit poſt grauiſsimas à dæmonib. inflictas pœnas magno Anthonio, & ſe certaminis, quod cū Diabolis ſuſceperat, ſpectatorem extitiſſe, teſtatus eſt (*b*). Apparuit inter horrenda ſacrificij nouæ legis myſteria Gregorio Magno (*c*). Apparuit in tribunali ciui Hipponenſi, & ab ipſo graues pœnas, quod iuſiurādum illi detuliſſet, quem peieraturum nouerat, exegit (*d*).

12. Hoc modo putatur abſtitiſſe Apoſtolo Paulo, vt Actuum habet hiſtoria (*e*): eique animam ad omnia fortiter ſubeunda, quæcunque ab aduerſarijs inferentur, addidiſſe. Eodem modo, & Stephanus intendens in cęlum, vidit gloriam Dei, & Ieſum ſtantem à dextris eius (*f*).

13. Verùm in effictо ſic Angelorum opera corpore, præter nomen & formam reprę ſentantem, nihil fuit, quod Chriſti eſſe dicere poſsimus. Cùm enim in ipſo ſint diuinitas, corpus & anima, diuinitas efficto corpore non potuit definiri: corpus peregrinum Angelorum eſt opera effectum: proprium manet ad dextram Dei Patris, anima ab hoc ſeparari non poteſt. Quidquid igitur hic eſt, Angelorum opus eſt.

a *Athan. Apolog. de fug. Amb. orat. de Baſili traden. Egeſ lib. 3. de excid. Hier.*
b *Athan. in vita Anton.*
c *Molan. de pictur ca. 61.*
d *Au. ſer. 117 in ſer. Louanij nuper impreſ.*
e *Actuum 23.*
f *Actuum 7.*

14. Hinc eſt quod Angeli, atque humani quidam ſpiritus multo rectius apparuiſſe dici poſsint, quàm vlla diuinarum Perſonarum. Quoniam quod in has non conuenit, vt προσώπως adſit corporibus, in quibus exhibentur: hoc in Angelorum ſemper: in hominum verò Apparitionibus plerumque vſu venire poteſt.

15. Sed & alijs modis ſe Chriſtus pijs hominibus ſpectandum exhibuit: & non in externa ſolùm, aſſumptaq; forma: nempe ſui ſpeciem in hominis imaginationem (licet etiam Angelorum miniſterio imprimens, & ſic ſe cognoſcendum prębens. In hoc genere illę videntur reponendæ Apparitiones, quæ in Apoſtolorum Actis referūtur: vbi per

noctem

noctem Dominus viſus eſt & Paulo (a), & Ananiæ (b) Et hunc quidem miſit, vt Paulo myſteria religionis Chriſtianæ exponeret: illum verò hortatus eſt, nil metueret aduerſarios; audacter verbum Domini prædicaret; eſſe multos, quos oporteret Chriſtianis Sacramentis initiari.

a Actuum 18.
b Actuum 9.

16. Vtrum verò Filius Dei vnquam, ante aſſumptam carnem, apparuerit, diſputant plerique. Illud certum, grauiter cæcutiuiſſe Arianos, (vt B. (c) Ambroſius & Auguſtinus teſtantur) quando olim in ſubſtantia ſua viſum, & in varijs ſe figuris hominibus exhibuiſſe, idcirco docuerunt: vt Chriſtianis imponerẽt, & Filium mutationi ſubiectum, atque Patri non per omnia æqualem aſtruerent.

c Ambroſ. lib. de fide contra Arianos c. 9. Aug. de Trin. lib. 2. cap. 9.

17. Placet autem, quod idem Auguſtinus his verbis ſic habet (d). *Ipſe Filius, qui eſt verbum Dei, non ſolum nouiſſimis temporibus, cùm in carne apparere dignatus eſt: ſed etiam prius à conſtitutione mundi, cui voluit de Patre annuntiauit, ſiue loquendo, ſiue apparendo: vel per Angelicam aliquam poteſtatem, vel per quamlibet creaturam.* Hoc confirmat quod Pater dans regnum, Filius verò accipiens, apparuerunt Danieli (e) in ſpecie corporali (f). *Aſpiciebam,* inquit, *donec throni poſiti ſunt, & vetuſtus dierum ſedebat.* Et paulo poſt. *Aſpiciebam in viſu noctis, & ecce cum cæli nubibus, quaſi Filius hominis (veniens) erat, & vſque ad veterem dierum peruenit.*

d Aug. contra Adamantium Manichæi diſcip. cap. 9.
e Dani. l. 7.
f Aug. lib. 2. de Trinit. ca. 17. & 18.

18. Apparuit igitur olim Deus Pater: apparuit quoque ſubinde Filius: verùm Spiritum ſanctum vix vnquam apparuiſſe reperimus: Neque enim ſibi vllo modo columbam, quæ ſuper Chriſtum deſcendit (g), neque linguas igneas, quæ ſuper Apoſtolos ſunt viſæ (h), vniuit, aut his exhibitus eſt; vt apparuiſſe dici poſsit. Inditia hæc erant ipſius præſentiæ, &, quodã modo, quid in hominibus operaturus erat, demonſtrabant. De hac re, vide cap. 23. de Diuinis veteris Teſtamenti Apparitionibus lib. 1.

g Matth. 3.
h Actuum 2.

19. *Venit* (inquit B. Bernardus) (i), *ſuper Apoſtolos, in linguis igneis: vt verba ignea loquerentur, & legem igneam lingua ignea prædicarent.* Et alibi (k): *Spiritus ſuper Apoſtolos in igne apparuit propter lumen pariter & ardorem. Quos enim repleuerit, & ſpiritu feruere, & in veritate cognoſcere facit.*

i Bern. ferm. 2. in feſto Pentecoſt.
k De eod feſto ferm 2.

20 Sic quòd in ſpecie columbæ ſuper Chriſtum viſus ſit deſcẽdere, admyſterium, inquit Chryſoſtomus (l), *pertinet omnium, qui poſtmodum fuerunt baptizandi: vt ſcirent ideo corporali ſpecie ſpiritum ſanctum deſcendiſſe ſuper Chriſtum: quia poſt in omnes baptizandos inuiſibiliter ſua dona eſſet effuſurus.*

l Chryſoſ. homil. 4. in Mattheum in Opere Imperfecto.

21. Vtramq; ſpeciem pulchrè & breuiter, explicat S. Auguſtinus, his verbis

Digitized by Google

erbis (*a*): *Duobus*, inquit, *modis oſtendit viſibiliter Dominus Spiritum ſanctum, ſcilicet per columbam, ſuper Dominum baptizatum; & per ignem, ſuper diſcipulos congregatos. Ibi ſimplicitas, hic feruor oſtenditur. Ergo, ne Spiritu ſanctificati dolum habeant, in columba demonſtratus eſt: & ne ſimplicitas frigida remaneat, in igne demonſtratus eſt.* Hęc breuiter de Chriſti Apparitionibus. Plura in libro de apparitionibus Diuinis noui Teſtamenti.

a *Aug tract. 6. in Ioan.*

CAPVT VI.

De bonorum Angelorum Apparitionibus, quas veras eſſe demonſtratur: licet ipſa non omnibus conueniant.

1\. DE Angelorum Apparitionibus multiplex quæſtio eſt. Cùm enim ipſorum Ordines varij ſint (*b*): hoc primū quæritur, Vtrum ex ſingulis Ordinibus, an tantum ex certis aliquibus ſeſe hominibus exhibeant. Quæritur, Quot ſe modis atque formis offerant. Quas qualéſue operationes in aſſumptis corporibus exerceāt: & Quibus de cauſis, prę ter naturæ ſuæ ordinem, rebus humanis interſint.

b *Thom. 1. p. q. 108.*

2\. Nam rebus noſtris in aſſumptis corporibus quandoq; intereſſe extra cōtrouerſiā eſt. Id Scriptura clariſsimis verbis docet. Teſtatur id experientia. Ratio certiſsima cōfirmat. Denique probat omnium rectè philoſophantium ſenſus atque conſenſus.

3\. Scriptura Apparitionum Angelorum non vno in loco, ſed varijs mentionem fecit. Et omni tempore, omni loco, omniumque generū hominibus ipſos apparuiſſe, tot ſuggerit exempla; quot poſſunt ſufficere ad hanc rem etiam Barbaris perſuadendam.

4\. Apparuerunt ſtatim ab orbe condito primis humani generis, poſt Deum, authoribus; quando Dei perſonam ſuſtinuerunt, & varijs rationibus cum Patriarchis egerunt (*c*). Et lex Dei, non hominum tantùm, ſed & Angelorum miniſterio ad Iudæos perlata eſt (*d*). Deniq; Actuum Hiſtoria (*e*), atque Euangelia (*f*) (quæ principium temporis gratiæ explicant) docent plurima per Angelos præſtita eſſe, & perfecta.

c *Geneſ. 18. 28 32 &c.*
d *Actuum 7.*
e *Actuum 5. & 8 &c.*
f *Luc. 12. etc.*

5\. Et nunc quidem ruri apparuerunt (*g*): nunc inter priuatos parietes domi (*h*): nunc in templo (*i*): nunc in hortis (*k*): nunc in fornace accenſa (*l*): nunc in carceribus (*m*): nunc in ſepulchris mortuorum (*n*): nunc in locis deſertis, & ab omni hominum frequentia ſeparatis (*o*).

g *Geneſ. 32.*
h *Iudic. 6.*
i *Luc. 1.*
k *Luc. 22.*
l *Daniel 3.*
m *Actuū 12.*
n *Matth. 28.*
o *Geneſ. 21.*

6 Sed & omnium generum hominibus ſeſe ſpectandos exhibuerunt Gentibus inquam (*p*), Iudæis (*q*), & Chriſtianam fidem profitē-

p *Acto. 10.*
q *Luc. 1.*

tibus (*a*):mulieribus(*b*),& viris(*c*): hominibus integræ & inculpatæ vitæ)*d*),atque barbaris(*e*):ætate prouectis (*f*), & quorum adhuc tenerior eſt ætas(*g*): nobilibus & generis ſplendore claris(*h*), atque ignobilibus(*i*).

a *Act.12.* b *Math. 28.* c *Act.13.* d *Lucæ 1.* e *2. Mach.3.* f *Geneſ. 18.* g *Daniel 3.* h *2. Mach.3.* i *Geneſ 21.* k *Surius tom. 5. Michael.*

7. Confirmant hanc rem non ex ſacris ſolùm fontibus hauſtæ, verùm etiam aliunde petitæ hiſtoriæ. Gelaſio primo Pontifice,in Apulis,ad radices Gargani montis (quem locum incolunt Sipontini) Archangeli Michaelis fuit illuſtris apparitio(*k*),eumque ſæpius hominibus viſum, veteri Sanctorum traditione comprobat Romana Eccleſia. Cæcilia Angelorum viſione fruens, roſarum liliorumque media hyeme vernantium odoramentis,quæ ipſi de Paradyſo allata fuerant,Valerianum & Tiburtium conuertit (*l*). Mariam Magdalenam ab Angelis in cælum tolli, & iterum loco ſuo reſtitui, ſolitarius quidam vidit Presbyter(*m*). Prætextata nobiliſsima quondam fœmina,iubente viro Hymetio, qui patruus Euſtochij virginis fuit, *habitum eius cultumque mutauit*, (verba ſunt Hieronymi) (*n*) *& neglectum crinem mundano more pexuit, vincere cupiens & virginis propoſitum, & matris deſiderium, & ecce tibi,eadem nocte cernit in ſomnis veniſſe ad ſe Angelum terribile voce minitantem pœnas,& hæc verba frangentem: Tu ne auſa es viri imperium præferre Chriſto? Tu caput virginis Dei tuis ſacrilegis attrectare manibus? Quæ iam nunc areſcent,vt ſentias excruciata,quid feceris,& finito menſe quinto ad inferna duceris. Omnia per ordinem expleta ſunt,& ſeram miſeræ pœnitentiam velox ſignauit interitus.*

l *Marulus li. 6.cap 16.* m *Marulus l. 10.cap.16* n *Hierony.ad Letã de inſtitut. filiæ.*

8. Res hæc vires Angelorum non excedit: vt qui in corpora vim habent ſummã.Neque minuit dignitatem,ſed illuſtrat maximè;quando hac ratione primùm illorum poteſtas; deinde ſtudium bene de nobis merendi illuceſcit. Neque rebus humanis incommodat;quando grauiſsimæ cauſæ ſunt(vt dicemus) cur hoc Angelorum miniſterio Deus vti decreuerit.

9. Rebus igitur humanis Angelos intereſſe poſſe, atque identidem in aſpectabili forma interfuiſſe,extra controuerſiam eſt. Omnibus verò num hoc conueniat, ex miſsionibus, quas Scriptura ipſis tribuit (*o*),colligi poſſe videtur. Certè cum ad externa munia obeunda non mittantur omnes(*p*), ſed quidam in vnica Dei contemplatione atque fruitione occupentur; alios apparere poſſe putamus, alios verò omnino mortalium conſpectum fugere.

o *Exod. 23.* p *Dionyſ.c.8. cœleſt.hierar.*

10. Et quidẽ inferioris Ordinis omnes,atque etiam medij,ſeu ſecũdæ hirarchiæ,mitti, præter illos quos Dominationes vocamus, ratio nominum, quibus compellantur, inſinuat: quæ, quod quædam in

his in-

his inferioribus exerceant, & mortalium cauſa occupentur, importat. Reliquos autem ab hoc officij genere immunes eſſe, tum eadem nominis ratio, tum grauiſſima B. Dionyſij commonſtrat auctoritas(a). a *Ibid.*

11. Quamobrem ex ſuperiorum quatuor ordinum Angelis nulli corpora aſſument. Sed neque ex inferioribus Ordinibus omnes. Licet enim nullos aſſumere putemus, quos non item mitti ſit neceſſe, non tamen quicunque mittuntur, corpora aſſumere dicendi ſunt: quoniam in rebus noſtris adeſſe poſſunt, & pro officio ſuo illas adminiſtrare, licet ſe mortalium oculis non offerant.

12. Angelos apparuiſſe legimus atque Archangelos(b): Principatus verò Virtutes atque Poteſtates non item. Et Angelos quidem cõmuniora magis officia ſubiuiſſe(c), ſecretiora autem Dei conſilia per Archangelos patefacta eſſe & perfecta, ſacra perhibent eloquia(d). b *cap. praeſ. 4.5.6.7.* c *Ibid.* d *Luc. 1. Daniel. 10.*

13. Quòd ſi (quo diuinius nullum opus habet Chriſtianitas) Incarnationis myſterium Archangeli miniſterio, qui ſe Virgini in humana ſpecie exhibuit, Deus voluit reuelare(e): quid opus eſt aſſerere, ad inferiora minuſque excellentia munia ſubeunda, ſuperiorum Ordinum Spiritus in humanis corporibus apparere? e *Greg. hom. 34. in Exod.*

14. Niſi fortè, quia Seraphim miſſus dicitur ad Prophetæ labia purganda(f): idcirco etiam ſupremos quis mitti, & externa ſpecie ſe ſpectandos exhibere arbitretur. Verùm doctiſsimus vir Dionyſius(g) hunc etiam inferioris Ordinis Angelum fuiſſe confitetur; nomenque ſuperiorum cõſequutum aut ab officio, quod ad incendendum Prophetæ labia acceſſerit; aut quòd ſuperioris Ordinis Angeli auctoritati in hoc negotio functus ſit. f *Iſaiæ 6.* g *Dionyſ. ca. 13. cœl. hierarch.*

15. Verùm quod quibuſdam tribuimus, vt noſtris rebus interſint, non ita de alijs negamus, quaſi hoc vel viribus ipſorum repugnet, vel conditionem nequaquam deceat. Poſſunt profectò omnes apparere: vt tamẽ omnes appareant, diuinæ prouidentiæ ratio rebus inſita permittere non videtur.

CAPVT VII.

Explicantur modi & rationes, quibus boni Angeli apparuerunt.

MODVS, quo apparent Angeli, varius eſt. Nam vel in aſſumpto corpore ſe exhibent, vel propria vi, qua pollent, maxima, ſui ſpecies in ſenſibus efficiunt, & in ijs ſe nobis offerunt.

2. Fuerunt, qui primum Apparitionis genus reijcerent(h), nullamque putarent cõtigiſſe, per corpoream viſionẽ, qua id, quod cernitur h *S. Thom. 1. p. q. 51. art. 2.*

extra videntem eſt. At vera fuiſſe corpora, in quibus quandoq; Spiritus cæleſtes, hominum ſe ſenſibus obtulerunt, docet B. Auguſtinus (*a*) illorum exemplo, qui Abrahæ in conualli Mambre (*b*); & item Lot in Sodomis (*c*) apparuerunt; & ab illis hoſpitio excepti, Dei conſilia patefecerunt.

a *Aug. l. 15. de Ciuit. Dei. cap. 23.*
b *Geneſ. 18.*
c *Geneſ. 19.*

3. Sed & quæ ſub imaginationem cadunt, ita illi, cui reuelatio contingit, exhibentur: vt ad aliorum notitiam peruenire non ſit neceſſe. Iam verò Abrahæ ita ſe exhibuerunt Angeli; vt & tota familia ipſos intueretur: & qui Lot authores fuerunt, vt Sodomorum conſuetudinem relinqueret, impiorum conſpectum non fugerunt.

4. Vtrum verò ex inferioribus elementis peregrina corpora aſſumant, eaque in quaſlibet corporales ſpecies vertant; an potius propria quædam ſua transforment, & ad id quod agunt, accommodent, à ſe non vult quæri D. Bernardus (*d*), mauultque ignorantiam ſuam fateri, quàm temerè in re difficili quicquam definire. Sed & id vires ingenij ſui excedere putat beatus Auguſtinus (*e*); vt qui grauiſsimos authores ſecutus (*f*), tam bonos, quàm malos Spiritus ſubtilia corpora & quæ magis ad agendum, quàm patiendum ſint apta, dicat habere (*g*).

d *Bernar. ſer. 5. in Cantica.*
e *Aug lib. 3. de Trini. c. 1.*
f *Philò. lib. de Opificio 6. dierũ Orig. in 1. lib. Periarch. Lactant. Baſiliũ, & omnes ferè ſui temporis.*
g *Aug. lib. 2. de Geneſ. ad lit. cap. 7.*

5. Verùm qui ab hac ſententia, cum non minus inſignibus authoribus (*h*) diſcedunt, & idcirco omni corpore exuunt Angelos, quia neq; ſubſiſtendi, neque intelligendi, neque ſe ipſos mouendi gratia, vllo indigent: non ipſorum tenuiora indenſari, & ſic ad hominum ſenſus accommodari; ſed aliena ſiue peregrina ex elementis formari magnis rationibus commonſtrant.

h *Dyoniſ. cæl. hie. c. 1. Chryſ. hom. 22. in Geneſ. Cyril. lib. 4. com. in Ioan. cap. 10.*

6. Vera igitur, licet peregrina fuerunt corpora, in quibus Spiritus Angelici hominibus viſi ſunt. His autem non eo coniunguntur modo, quo ſe noſter animus corpori vnit, tanquam ipſorum eſſent formæ (non enim corpora, ſed Spiritus diximus eſſe (*i*) Angelos). Neque in vnitatem hypoſtaſis, quo modo Chriſtus humanam naturam, illa aſſumunt (non enim Angelos dicimus eſſe homines, quãdo in humana ſpecie apparent). Sed neq; ita naturaliter illis adhærent, vt vicem naturæ quaſi ſubeant: quemadmodum Intelligentias cum cælo coniungimus. Adde, quod neque vt motor tantùm ei, quod mouetur adſunt (*k*): niſi omnia ab Angelis aſſumi velimus dicere, quæcunque ab ipſis mouentur corpora. Vniuntur vt motor, quem ipſum quod mouetur quodam modo repræſentat, & cognoſcendum exhibet.

i *Cap. 3.*
k *Tho. 1. p. q. 51. art. 2. ad 2*

7. Aſſumpta verò corpora non prius, ea ſpecie atque forma fuerunt, qua poſtquam aſſumpta ſunt, exhibentur: ſed ſimul & aſſumuntur & figuran-

figurantur (*a*): atque ab eodem, à quo aſſumuntur, formas figuraſque recipiunt.

a Thom. 1. p. q. 51. art. 2 ad 3.

8. Figurantur autem & efficiuntur, plerunque, non ex aqua & terra: quia non ita ſubitò ex hominum ſenſibus ſe ſubducere poſſent, quemadmodum ſe noſtris ſenſibus ſubtrahunt Angeli. Neque ex igne: quia circumquaq; cuncta depaſcerent: ſed ex aere, quem ſua virtute condenſant, & ad quaſcunque formas volunt, componunt (*b*). Vide Cap. 16. & cætera, de Diuinis Vet. Teſtam. Apparitionibus lib. 1.

b Thom. 1. p. q. 51. art. 2. ad 3.

9. Vbi verò ſemel aſſumpta fuerunt corpora, non perpetuis temporibus retinentur; ſed ſtatim, poſtquam munia ſua expleuerunt, deponuntur; & in priorem formam, non iam Angelorum, aut Dei virtute, ſed naturali prorſus redeunt; non ſecus, atque calefacta aqua infrigeſcit.

10. Poteſt nihilominus fieri; vt perpetuis temporibus illa retineant. Poſſunt & ex alijs elementis aſſumere. Poſſunt quoque talia aſſumere; quibus ipſi non ſua virtute formas dent, ſed à quibus mutuentur. Hic primus modus.

11. Alter modus, quo ſe non in aſſumptis corporibus exhibent, ſed ſenſibus tantùm inſinuant, duplex eſt: quemadmodum & duplex ſenſuum, in quos vires ſuas exercere poſſunt, ratio eſt. Quandoque interioribus ſenſibus imaginationem intelligo: quandoque exterioribus percipiuntur.

12. Cùm enim in corpora poteſtatem habeant Angeli (*c*), & Apparitiones imaginarias ex horum motu frequentiſsimè oriri etiam Ariſtoteles doceat (*d*): cumque ſenſus non ſolùm ab eo moueatur; quod extra ipſum eſt; verùm etiam à varijs formis, quæ ſimul cum perturbatis Spiritibus atque humoribus in ſenſus illabuntur: ſequitur Angelorum vires non excedere, vt & in imaginationem hominis ſe inſinuent, & item in honoribus ſui formas imprimant, ſicq; ſenſus exteriores occupent (*e*).

c Thom. 1. p. q. 110. ar.
d Ariſt. li. de ſom. c. 3.
e Thom. 1. p. q. 111. art. 3. & 4.

13. In imaginationem nunc, dormientibus nobis, ſe inſinuant: cuius exemplum ille præbet, qui Ioſeph apparuit: eique, vt Herodis furorem declinaret, author fuit; nunc vigilantibus: vt docetur illorum exemplo, qui, phreneſi capti, res miras præſentes eſſe ſibi certiſsimè pollicentur (*f*) At in exteriores ſenſus nunquam illabuntur, niſi omnis procul abſit ſomnus. De hac re vide, quæ de Imaginaria Appar. Dei in Vet. Teſt. dicta.

f Aug. de cura pro mortuis agenda, c. 12.

14. Quandocunque verò, & quomodocunque in aſſumptis corporibus apparent, ſuamque, & non Dei perſonam ſuſtinēt: dignam ſem-

BIBLIOTECA ROMA

per ſe ſuoque munere exequendo formam aſſumunt: humanam di-co,& non aliam. Conuenit hæc ipſis: quia inter omnes præſtantiſſima eſt. Conuenit & ipſorũ officijs: quia in corporibus talia exercent, quæ aut per ſolos homines debẽt, aut per ſolos poſſunt, optatos fines conſequi.

15. Eandem officiorum rationem eſſe putamus, cur non in ſpecie muliebri, ſed virili: non infantis aut pueri; ſed maturioris ætate, ipſos ſemper apparuiſſe legamus.

16. Quando verò in viri figura ſe aſpectabiles exhibent; non ſimili ſemper forma vtuntur. nunc hanc habent, nunc illam: prout officiorum diuerſitas requirit. Huius argumentum eſt, quos alios obſtupuiſſe legamus ad primum Angelorum intuitum (*a*): alios nihil commotos (*b*): alios non ferentes ipſorum conſpectum in terram corruiſſe, licet etiam leonibus fuerint formidabiles (*c*).

a *Lucæ* 1. b *ibid.* c *Daniel* 10.

17. Angelus, qui apparuit Ezechieli (*d*), videbatur vir indutus lineis, & atramentariũ ſcriptoris habere in lumbis. qui mulieribus, poſt glorioſam Chriſti reſurrectionem, in veſte fulgenti (*e*). qui Machabæo, in veſte candida, auream haſtam vibrans (*f*). qui ſalutaturus intrauit Virginem (ſi Auguſtino credimus) (*g*), facie rutilanti, veſte coruſcante, ingreſſu mirabili, aſpectu terribili.

d *Ezech.* 9. e *Lucæ* 24. f 2. *Mach.* 11. g *Aug. de nati. Dom. ſerm.* 14.

18. Scilicet hoc ipſo habitu muneris ſui, atque officij nos commone facere videntur. Sic Lot in habitu peregrini volunt mutare ſolũ (*h*). ſic *feſtiuitatis noſtra gaudia annunciant* (verba ſunt B. Gregorij) *quando ipſo reſurrectionis die in candida ſtola apparent* (*i*).

h *Geneſ.* 19. i *Grego. hom. ſuper Mar.* 16.

19. Quocirca, quod Damaſcenus habet (*k*) *transformari Angelos quomodocunq; dominator iuſſerit Deus*, & ſic hominibus apparere, atque diuina reuelare myſteria; non eum habet ſenſum: quod vtriuſq; ſexus formas aſſumant; omneſque ætatum gradus, in aſſumptis corporibus, effingant; ſed vult ſignificare vir doctus, non vnam eandemque eſſe, quæ in omni hoc negotio ipſis deſeruire debeat.

k *Damaſ. l.* 2. *de fide ortho. cap.* 3.

CAPVT VIII.

Explicantur operationes bonorum Angelorum in aſſumptis corporibus, & inſuper earundem Apparitionum variæ aſſignantur cauſſæ.

MVLTIPLICES ſunt operationes Angelorum in aſſumptis corporibus. Quædam in ipſis: ſed non per ipſa: quædam etiam per ipſa exercentur corpora. Illæ liberæ ſunt, nec corporum indigent miniſterio: hæ non item.

a. Prio-

2. Prioris generis ſunt viſio Dei: ſui ipſorum, rerumque naturaliū omnium continua contemplatio: quorundam diuinorum conſiliorum cognitio: &, vt vno verbo dicam, illæ omnes, quæ voluntatis atque intellectus opera perficiuntur. Poſterioris ſunt, cum hominibus ſermocinari, itineri ſocios ſe præbere, ſumere cibum, legationes ſuas quadam lucis claritate cohoneſtare, alięque huiuſmodi, quibus ſe viuis exhibent.

3. Non enim quia nobiſcum conuerſantur Angeli, felices eſſe deſinunt; & de ſuo, quod illis vel gratia, vel natura contulit, exercitio, quidquam remittunt. Neque propterea procùl à diuino ſunt conſpectu; quia noſtris rebus interſunt. *Angeli*, inquit Saluator (*a*) *eorum ſemper vident faciem Patris, qui in cælis eſt.* a Matth. 18.

4. Ad liberas operationes nihil prorſus cōfert corpus aſſumptum; ſed nec quicquam impedit. Quamobrem non tunc ratiocinantur more noſtro: non phantaſmatum inſpectione rerum cognoſcunt naturas: non agentis intellectus operam requirunt: non cunctantius de rebus definiunt, quæ in nobis, ob corporis molem, fieri obſeruamus omnia.

5. Sunt præterea hæ operationes verè viuentis naturæ: vitaleſque dici debent, & quidem multo magis, quàm noſtræ; quarum animus eſt principium & cauſa. At aliæ illæ, neque ſunt, neque dici debent vitales (*b*): propterea, quòd principium ſui non in ſe, ſed extra ſe habeant; non ſecus atque lapis, qui à proijciente impellitur. b Thom. 1. p. q. 51. art 3.

6. Eſt tamen inter has non vitales diſcrimen. Quædam ſi naturam ipſarum conditionemque in ſe ſpectes, non niſi animante principio efficiuntur: vt ſunt videre, audire, &c. quędam ex ſe animans quidam principium habent; ſed tamen ex parte, earum rationem ſubeunt, quæ ſine anima poſſunt perfici: quales ſunt cibum ſumere, ambulare, & his ſimiles. Hæ Angelis tribui quodam modo poſſunt, illæ nequaquam (*c*). c Ibid.

7. Quocirca Angeli in aſſumptis corporibus poſſunt dici ſonos formare, locumque mutare: videre autem, audire, loqui, guſtare, non item. Et motus reuera in ipſis eſt, quæ moueri videntur, corporibus: viſio autem atque auditio, viſque loquendi & audiendi nequaquam (*d*). *Cùm eſſem vobiſcum,* (inquit illorum quidam), (*e*), *videbar quidem manducare & bibere, ſed ego potu inuiſibili & cibo vtor.* b Thom. 1. p. q. 51. art. 3. ad 2. e Tobiæ 12.

8. Neque tamen ob id putare debemus, oculos aliorumque ſenſuum organa, ſuum munus non habere in Angelis: quoniam non hęc,

vt per

vt per illa ſentiant, conſequuta ſunt: ſed partim propterea vt intelligeremus, illis non deeſſe vim cognoſcendi, aliaque opera, quæ nos ſenſuum miniſterio exequimur, perficiendi (a) partim ne, ſi abſque his membris apparerent, neſcio quæ monſtra Angelos eſſe ſuſpicaremur.

a Dionyſ. de cæleſt. hierar. cap. 15.

9. Ex iam dictis ſequitur, nec ſitim, nec famem in aſſumptis corporibus Angelos pati; etiamſi ab alimentis diutiſsimè abſtineant: nec ſatiari atque inebriari, etiamſi nimio vel potu vel cibo obruantur. ſed nec fatigantur longitudine difficultateque itinerum, quæ conficiunt: nec difficilius eſt ipſis breue ſpatium longo: quàm longiſsimum breuiſsimo tempore conficere: licet & reuera corpora moueantur, atque ipſi item in corporibus non ſecus atque motor cum mobili ferãtur.

10. Sequitur & illud, non eſſe neceſſe fateamur, eandem prorſus illorum corporũ conſtitutionem eſſe, quæ eſt noſtrorum: ſcilicet vt interiorum viſcerum eadem ſit neceſsitas, ratio, compoſitio. Sufficit, vt quæ ſenſibus ſe offerunt membra, à noſtris non diſcrepent. quoniam corpora hæc, non vt opera vitæ exerceant, ſed vt ſignificẽt ſolum, Spirituumque præſentiam teſtentur, & diuinæ prouidentiæ conſilia clarius manifeſtent, aſſumi diximus.

11. Cauſas reſtat inquiramus, ob quas Angeli in peregrinis ſe corporibus exhibẽt. Illæ & magnæ, & multæ ſunt, quia & varias Angelorũ Apparitiones legimus: & naturæ ordinem excedit, quod noſtris ſenſibus ſe offerunt.

12. Et primò quidem propter ſe his corporibus non indigent. Non feliciores ſunt cùm habent. Non deterioris conditionis, cùm carent. Sed nec propterea conſecuti ſunt, quaſi facilius hac ratione, vel Dei conſilia hominibus innoteſcant; vel ipſius decreta finem ſuum commodius conſequantur. Omnis ex hominibus, quòd appareãt, quodúe his vel illis formis appareant, ratio petitur.

13. Placet S. Thomæ (b) vt veteris legis Apparitiones quoddam inditium eſſe dicamus, aſſumendæ olim per Dei Filium naturæ humanæ: quaſi his, tanquam obſcuris ſignis, antiquitas illa fuerit inſtruenda: vt de Filio Dei crederet, quod Angelici Spiritus quodam modo effingerent & demonſtrarent.

b Thom. 1. p. q. 51. art. 2. ad 1. & Aug. li. 3. de Trinit.

14. Sed & futuræ ſocietatis, quæ nobis in illa vita communis eſſe debet cum Angelis, non leuia fuerunt argumenta: ne impoſsibile iudicaremus: quòd cum Angelis communem quandoque in cælis vitam acturi eſſemus immortalitatem: quando & ipſi cum hominibus

eandem

Digitized by Google

eandem quaſi vitæ conditionem in hoc infelici rerum ſtatu ſubire voluerunt.

15. Quid, quòd naturæ noſtræ conditio id poſtulare videbatur, vt mens noſtra corpori, tanquam carceri, incluſa, corporeis etiam argumentis promoueretur; eoque duceretur & aſſurgeret externo Angelorum miniſterio, quò per ſe vix penetrare poſſet?

16. Accedit, quod & religionem, & ſynceram pietatem hæc ratio apparendi non parum promoueat; diuinamq́ue clementiam, & erga genus humanum liberalitatem egregiè commonſtret; quando naturæ ordo quaſi interturbatur, vt rebus noſtris commodius cõſulatur.

17. Vide quæſo, quot quàntiſq́ue de cauſis, Spiritus illi, quædam quaſi (vt ita dicam) corpora eſſe voluerunt. Viſi ſunt in corporibus, (vt ex multis pauca afferam) vt afflictos erigerent & conſolarentur: (a) vt itineris ſe duces & comites præberent (b): vt vim elementorum, ne pijs obeſſent, frangerent (c): vt impiorum conatus retardarent, & peccata vlciſcerentur (d): vt Dei voluntatem hominibus reuelarent (e).

a *Geneſ. 21.* b *Tobiæ 6.* c *Daniel. 3.* d *4. Reg. 16.* e *Luc. 1. Actuum 8. &c.*

18. Et tamen hæc omnia per ſe potuit Deus. Potuit & occulto quodam Angelorum perficere miniſterio. Potuit animos noſtros ingredi, informare, & quocunque liberet impellere. Sed quod potuit, noluit; ne fortè mens humana ſibi tribueret, quod Deo erat tribuendum: aut tardius negligentiúſue aduigilaret, quando non externis quaſi machinis impelleretur; ſed interno ſolùm ſpiritu ageretur.

CAPVT IX.

De Apparitionibus Dæmonum, ſeu malorum Angelorum, quas varijs rationibus oſtenditur differre à bonorum Angelorum Apparitionibus.

DÆMONVM Apparitiones multa habent cum Angelorum communia. In quibuſdam verò ab illis diſcrepant. Quocirca longiore hic opus non eſt diſputatione. Communia habent quòd in effictis & efformatis corporibus appareant: quòd vi ſua illa figurent: quòd, quando placet, deponere poſsint: & id genus alia. Diſcrepant verò nunc formis, nunc functionibus, nunc finium diuerſitate: denique quòd plerique omnes ex his, rebus humanis intereſſe ſoleant.

2. Apparuiſſe, & viſos eſſe, ipſa Scriptura ſacra teſtis eſt. Et olim quidem primis parentibus, in ſerpentis forma (f); Sauli verò (vt quorundam eſt opinio) in ſpecie Samuelis Prophetæ ſeſe exhibuerunt (g). tempore verò gratiæ, ita Chriſtum, tentatum à Diabolo, noſtris

f *Geneſ. 3.* g *1. Reg. 28.*

D oculis

Digitized by Google

a Matth. 4. oculis obijcit Matthæus (*a*), vt vix aliam quàm viſibilem formam habuiſſe, conijcere poſsimus.

3. Atque, vt vetera relinquamus infinita, & quæ apud prophanos auctores plurima inueniuntur: noſtra ſane ætas eiuſdem argumenti
b Math. lib. de abroganda Miſſa. non pauca ſuppeditat exempla. Fatetur Lutherus (*b*), ſe diſputatione victum à Diabolo, priuatam Miſſam aboleuiſſe. Fatetur alibi (*c*), ſe Diabolum bellè nouiſſe, & multum ſalis cum eo comediſſe. Volunt
c Luth in ſer. quadam. Baſilienſes Eccleſiaſtæ (*d*), virum grandem Carolſtadio concionante, in templo viſum, (Diabolum dicunt,) ædes ipſius intraſſe: ac filio, vt
d Baſilienſ. in quadã Epiſt. patri, quòd per ſe poſt triduum auferendus eſſet, indicaret, imperaſſe. res verbis fidem fecit, ſublato tertio die è viuis Carolſtadio.

4. Apparuerunt autem in alienis formis & corporibus, quoniam cùm ſint ſpiritus, propria non habent, nec formas: ſimilique poteſtate, eadem, qua Angeli, aſſumunt, figurant, ad officia quędam peragenda vtuntur, atque deponunt.

5. Adde, quemadmodum illi non infelicioris ſunt conditionis, quando nobiſcum conuerſantur; ita hos perpetuò ipſis decreta ſupplicia non deſerunt, quantumcunque ab inferno remoti eſſe videantur.

6. Et nunc quidem in externa ſe ſpecie exhibeant; nunc ſenſus alia quadam ratione occupant. nunc in vigilijs adoriuntur; nunc ſomno preſsis illudunt. Cùm enim opera hæc gratiæ non ſint, ſed naturæ: illa verò vires ſuas, per peccatum, non amiſerit: non minus Dæmonum, quàm Angelorum virtute hæc effici poſſe, fateamur neceſſe eſt.

7. Primùm differe à bonis Spiritibus in hoc Apparitionum genere Dæmones videntur: quòd illi omnes in corporibus ſeſe exhibeant,
e Cap. 6. quemadmodum ſupra demõſtratum eſt (*e*): inter hos nullus eſſe credatur, qui hanc conditionem quandoque non ſubeat, vel affectet; vel quem ſtatus ratio, ne ſubeat, impediat.

8. Quocirca non illi ſolùm ſe exhibere ſpectãdos, putandi ſunt; qui eorundem cum Angelis & Archangelis Ordinum fuerunt: verùm etiam, quos ob grauiora & naturæ & gratiæ dona, ſuperioribus Ordinibus aſſcriptos fuiſſe credimus.

9. Nec mirum, ſi quam natura ſecum afferebat, & gratia erat confirmatura, vitæ conditionem, non obſeruent: ſed ſe ſuaque natura aliquid (vt ita dicam) indignum tentent: quando iam olim, qua perpetuo frui potuerunt, felicitatem ſuperbè reiecerunt, naturæ ſimul atq; gratiæ iura violantes.

10. Quo-

Digitized by Google

10. Quocirca non probatur illorum ſentẽtia, qui Dęmones ita partiuntur; vt ſuperiorum Ordinum omnes velint in infernum detruſos, ibique, pro meritis, æternas perſoluere pœnas: inferiorum verò in aere verſari, olim prioribus illis coniungendos: & hos ſolùm ſe ſenſibus noſtris offerre; illos omnino conſpectum noſtrum fugere.

11. Non enim in aere illos tantùm errare putamus, qui inferiorum ſunt Ordinum: nec credimus omnes inferni locis detineri, qui ſunt ſuperiorum. Arbitramur & horum aliquos aerem; & illorum quoſdam infernum inhabitare: licet demerita poſcere videantur: vt illi, quia plus potuerunt, ſed noluerunt; minus iam poſsint, quàm velint: hi verò, quia minus potuerunt, plus iam & velint & poſſint.

12. Formis etiam differunt in ſuis Dæmones Apparitionibus ab Angelorum. Angelis vna eſt, eademque; humanam dico, & quidem virilem: Dęmonibus varia; nunc humana, nunc quadrupedum, nunc volatilium, nunc reptilium, nunc aliarum beſtiarum.

13. Et inter brutorum rationeque carentium formas, quædam ipſis magis ſunt familiares, quędam minus. Frequentius habitum canis induunt, & ſerpentis & hirci, & capri, & araneæ: in quorũdam verò ſpecie aut nunquam, aut certe rariſsimè innotuerunt.

14. Certè in columbæ figura, aut ſimilitudine agni Diabolos viſos nullus, quod ſciam, teſtatur: non quia non poſsint illas formas, quemadmodum alias, induere: ſed, vel quia non permittuntur; vel quia nõ volunt. Siquidem vel diuina maieſtas prohibet, ne quæ ſpecies ſunt Dei, eas nequam Spiritus aſſumant: vel tantùm ipſorum eſt erga Creatorem ſuum odium, vt ne communem quidem, cum Deo, velint habere formam atque ſimilitudinem.

15. Sed nec brutorum tantùm ſunt contenti formis, ignotas quoque effingunt atque monſtroſas, Centaurorum, Scyllarum biformium, Lernorum, Chimerarum, Gorgonum, Harpeyarum, Eumenidum, Tricipitis Cerberi, & mille aliorum portentorum.

16. Horum omniũ exempla plurima ſunt. Apparuit quidam in forma viri, purpura & diademate ornati, Martino(*a*): alius in mulieris, Hilarioni(*b*): alius in pueri, Macario(*c*): in nigri Mauri, puero cuidã, quinque annorum(*d*): in horrendi Draconis, cuidã Theodoro: viſuſque eſt cauda pedes, manuſq; miſeri ſtringere (*e*). Quos terrores Antonio ſub varijs formis maligni Spiritus incuſſerunt? Nam *& beſtiarũ* (verba ſunt Athanaſij) (*f*) *& ſerpentum formas induentes, omnia, vbi vir ſanctus agebat, protinus repleuere phantaſijs leonum, taurorum, luporum,*

a *Sulpic. in vita Martin.*
b *Hieron. in vita Hilar.*
c *Pallad. in vit. Mac. Aegypt.*
d *Greg 4. dialog. cap. 18.*
e *Greg. 4. dialog. cap 37.*
f *Athanaſ. in vita Anton.*

aſpidum, ſerpentum, ſcorpionum, nec non & pardorum atque vrſorum. **Et hæc** *ſingula ſecundum ſuam fremebant naturam. Rugiebat leo occidere volens: taurus mugitu & cornibus minabatur: ſerpentes ſibilo perſonabant: luporum impetus inhiabat: pardus diſcolor aut horis ſui calliditates varias indicabat. Truces omnium vultus: voces horridæ: dirus auditus.* Sed & Cornelius Agrippa ſemper dæmonem ſecum in ſpecie canis circumduxiſſe dicitur (*a*), quem tandem Araris fluuius, cùm ille Lugduni animam egiſſet, excepit.

a Iouius in Elogijs.

17. Nempe quemadmodum Angelorum natura & officijs vna humana conuenit ſpecies; ita conditio Dæmonum, & ſtudiorum ipſorum ratio poſtulare videtur, vt quaſcunque formas effingant, & in ijs humanis ſe aſpectibus obijciant.

18. Porrò corpora, per quæ ſe inſinuant, ex aere condenſant atq; efformãt plerumque. Et hoc eſt illis commune cum bonis Spiritibus. Quandoq; verò, quod in bonos quadrare non putamus, demortuorũ aſſumunt, & ijſdem, prout libuerit, abutuntur.

19. Atque hinc ritus cœmiteria conſecrandi, aliquam cauſam traxiſſe videtur: vt ſcilicet, per orationem, & Dei verbum, Nequam illis Spiritibus, omnis facultas in demortuorum corpora eſſet oblata: quã habere poſſent maiorem, in illorũ; qui ob demerita ſacris locis prohibentur.

20. Quibus verò ſic abutuntur, non illorum putarem corpora, quæ in hac vita de Diabolo triumphârunt, quiq́ue ſancti Spiritus viua quædam templa fuerunt, quoniam hanc iniuriam illis inuri non permittit Deus, in cuius manibus corpora Sanctorũ ſunt (*b*): & ipſimet Dæmones hæc eadem deteſtari videntur, non ſecus, atque canis baculum, quo percuſſus eſt.

b Sapient 3.

21. Non credibile eſt, quòd illorum corporibus abutentur, quos in corporibus Deus honorat, vt notat Hieronymus (*c*): quorum vmbræ ipſis fuerũt graues & intolerabiles, vt habet Chryſoſtomus (*d*): quos ad ſepulchra Prothaſij rugire, audiente toto Mediolanenſi populo, teſtatur B. Ambroſius (*e*): quorum viliſsimo ſæpe torti ſunt cinere, vt idem Hieronimus loquitur (*f*): & quos ad ſepulchrum Cypriani expulſos, grauiſsimus teſtis eſt Gregor. Nezian. *Pretioſa* (inquit Chryſoſtomus) *ſunt corpora Martyrum, quoniam plagas pro Domino ſuſceperunt, & quia ſtigmata propter Chriſtum membris ſuis impreſſa ferunt. & ſicut corona regalis vndiq; decorata, fulgores varios emittit: ita & Sanctorum Martyrum corpora, ſicut pretioſis lapidibus acceptis pro Chriſto vulneribus diſtincta, omniũ Regum diadematis ſunt pretioſiora* (*g*).

c Hieron. cõt. Vigil.
d Chryſ. in vit. Babyle.
e Ambr. ſer. 91.
f Hierony. cont. Vigil.
g Chryſ. 7. homil. de Nati. 7. Machab.

22. In illorum corpora putamus Dæmones aliquid poſſe, qui dum

viuo

viuerent, ipſis fidele præſtiterunt obſequium: & in quorum iam animas crudelem exercent carnificinam. quales ſunt, non ij ſolùm, qui Deum verùm non agnouerunt; verùm etiam illi, qui poſtquam agnouerunt, non quo decebat religionis cultu atque honore proſecuti ſunt.

23. Verùm boni Spiritus mortuorum corpora vix aſſumunt. Impiorum enim, vt mores; ita meritò deteſtâtur corpora: bonorum verò in honore habent idcirco; quòd & Deus in ipſis habitârit (*a*): & ad a 1. *Corint.* 6.
ſummam immortalitatis gloriam quandoque ſint aſſumenda (*b*): & b *Iob.* 19.
digna cenſeantur quiete, quę in obſequio Chriſti ſe fatigârunt (*c*). At- c *Apoc.* 14.
que hoc tertium ſit diſcrimen.

CAPVT X.

De proprijs quibuſdam operationibus, & finibus malorum Angelorum in aſſumptis corporibus.

QVAE de operationibus bonorum Angelorum ſùpra diximus (*d*): eadem in malos conueniunt pleraque omnia. Hoc ferè ſolo hi ab illis differre videntur; quod quædam operentur, quæ cæleſtes Spiritus minimè deceant: id eſt, in aſſumptis corporibus ſuccubi ſint ad viros, incubi verò ad fœminas. 1. d *Supra ca.* 8.

2. Fuerunt qui nullo modo credendum putarint, ſpirituales naturas coire cum hominibus (*e*), Alij, vel id opinari rem dementia ple- e *Ioan. Caſ.* l.
nam docuerunt (*f*). Quidam etiam, vt hæreſim, damnarunt (*g*). Ad 12. *coll. cap.* 8.
horum ſententias libenter accedimus, ſi vel hæc officia ita à Dæmo- f *Chryſ. hom.*
nibus ſeparant, quomodo in viuentes conueniunt; vel natura ſua tales 3. *in Geneſ.*
eſſe pernegant, vt generationi vacare poſsint. g *Phil.-St.*
Brix ca. 108.
aduerſus hæreſ.

3. Alioquin congreſſus hos Dæmonum cum vtriuſque ſexus hominibus negare, ita temerarium eſt, vt neceſſarium ſit ſimul conuellas, & ſanctiſsimorum & grauiſsimorum hominum grauiſsimas ſententias, & humanis ſenſibus bellum indicas, & te ignorare fatearis, quanta ſit illorum Spirituum in hęc corpora vis atque poteſtas.

4. B. Auguſtinus (*h*) contrarium aſſerere, docet ſummæ eſſe impu- h *Aug. li.* 15.
dentiæ: quando incubos mulieribus ſæpe improbos, & importunos *de Ciuit. Dei*
extitiſſe, atque ipſarum etiam expetiuiſſe, & peregiſſe concubitum, *cap.* 23.
ſuo tempore, innotuerit illorum confeſsione, qui aut hunc congreſſum experti fuiſſent; aut ab expertis poſsibilem eſſe credidiſſent. Et hodie nonnullæ gentes extant, quæ originem habere ſe glorientur à

Digitized by Google

Dæmonibus qui coierunt cum fœminis virili forma, aut cum viris fœminea(*a*).

5. Præterea Innocentius eius nominis octauus, grauiſsimè in illos ſtatuit aduertendos, qui conſuetudinem hanc cũ Diabolis haberent. *Non ſine ingente moleſtia* (inquit) *ad noſtrum peruenit auditum, complures vtriuſque ſexus perſonas, propriæ ſalutis immemores, & à fide catholica deuiantes, Dæmonibus incubis & ſuccubis abuti. Quapropter ne labes huius hæreticæ prauitatis in perniciem animarum ſua venena diffundat, oportunis remedijs, prout noſtro incumbit officio, prouidere volentes, ſtatuimus; vt inquiſitores per nos deputati, debitum inquiſitionis officium in huiuſmodi perſonas exequantur* (*b*). Qua animaduerſione quid opus erat, ſi aut non fuerunt, aut eſſe non potuerunt, qui cum Dæmonibus congrederentur?

6. Norunt nequà Spiritus vires naturæ: & quidem perfectius multo, quàm qui multos annos in ſtudio rerum naturaliũ poſuerunt (*c*). Et ea eſt ipſorum in corpora poteſtas, vt ad quemcunque locum etiã breuiſsimo tempore illa transferre poſsint(*d*). Quando verò ad hæc duo firmiſsima præſidia (poteſtatem dico atque ſcientiam) malitia, quæ certè ſumma eſt in ipſis(*e*), accedit: quid quæſo non futurũ quis exiſtimaret?

7. Quanquam non negauerim fieri poſſe, vt in fœdo hoc negotio quibuſdam, & in primis mulierebus, illudatur; dum aut per ſomnia decipiuntur; aut vigilantes ex vehementi libidinis imaginatione, verè contigiſſe arbitrantur, quæ ſola imaginatione perfecta fuerunt.

8. Geniti verò ex his incubis, non Dæmonum dicendi ſunt filij(*f*), ſed eius, à quo illi ſemen ſubtraxerunt. Sed neq; deterioris ſunt hi ab alijs hominibus conditionis, niſi quod aliquam affricet proli inſolentiam, quod cum maiori libidinis ardore, quæ in hoc blaſphemo congreſſu accidere ſolet, concipiatur.

9. Hoc igitur fœdę libidinis exercitium proprium ſibi habẽt in aſſumptis corporibus Dæmones. Ab hoc abhorrent illi, qui cum Deo felicem agunt vitam, beati Spiritus. Neque enim hac ratione hi, vel Dei gloriam, vel hominum ſalutem(quæ duo ſtudioſè quærũt) promouerent: & illi non parum hoc ſtudio in Deum ſunt iniurij, & grauiſsimè hominum animas illaqueant.

10. Quocirca quod alicubi dicitur (*g*) *filios Dei ingreſſos ad filias hominum, illaſq; genuiſſe gigantes*: non oportet de Angelis intelligas, quaſi illi mulierum concubitum expetierint & peregerint. Filij Dei dicuntur, qui à Seth ortus ſui initium habentes, in veri Dei cultu perſeuerau-

a *Cõmẽtarius in Auguſt. vbi ſu. Vide Naucle 2 p. gene-rat. 15.*

b *Vide Alphõ de iuſta hæret punit li. 1. cap. 16.*

c *Thõ. 1. p. q. 57. art. 1.*

d *Thõ. 1. p. q. 110. art. 2.*

e *Thom. 1. p. q. 63. art. 4.*

f *Thom. 1. p. q. 51. art. 1. ad 6.*

g *Geneſ. 6.*

rauerunt: qui ad filias hominum ingreſsi dicuntur, quando cum filiabus Cain conſuetudinem habuerunt (a). a *Ita Auguſt. Chryſoſt. Gennadius. Theodo &c.*

11. Eſt & aliud diſcrimen in hoc Apparitionum genere, inter bonos & malos Spiritus; quod à finibus deſumitur. Alios habent boni, alios mali. Illorum vnus præcipuus eſt, Dei gloria: alter huic deſeruiens, mortalium ſalus. Horum ſimiliter duplex eſt; Dei contemptus, & ſummum nocendi ſtudium. Vtrique quę ad illos fines conſequendos facere poſſunt, non prætermittunt.

12. Ad ſuos varijs medijs & rationibus in aſſumptis corporibus tendunt Diaboli. Nunc ſibi diuinos vſurpant honores: nunc in Dei ſeſe officia ſcelerarè ingerunt: nunc ſe ſimulant cogi ignotis ſignis, tanquam quibuſdam ſacramentis: nunc neſcio quod ſeruitij genus perditis hominibus exhibent.

13. Diuinos honores ipſis impendunt illi maximè, quos maleficos, Sagas, Strygas ſeu Lamias vocamus: quibus etiã alto in throno ſe ſpectabiles offerunt, bona plurima pollicentur, & patronos defenſoreſque promittunt; ſi abiuratis Chriſtianæ religionis exercitijs, ſe ſuaq; ſtudia ipſis conſecrent, &, quem Deo vero ſolent, in ſuum honorem conuertant.

14. In Dei officia ſe ingerunt, quando occultiſsimarum rerum ſibi tribuunt cognitionem, eaſque prædicunt. Tales ſunt, quæ vel à ſolius Dei, vel ab humana tantùm pendent voluntate atque arbitrio. Eſto res illas certiſsimè cognoſcant, & prædicant; quarum neceſſarias cauſas, ſemperque ſuos effectus producentes, intuentur: cõiectura etiam probabili aſſequantur, quæ non ad ſuas cauſas ſemper ſequuntur (b). at quarum cauſæ ex ſe dubiæ ſunt & liberæ: neq; ad ſuos effectus producendos coguntur; illi ſolùm manifeſtæ ſunt, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt (c). b *Thom. 2.2. q.95.* c *Rom.5.*

15. Sed & certis ſe verborum formis atque figuris cogi ſimulant: & coacti nunc in aqua, nunc in igne, nunc in aere, nunc in terra eorum ſimulachra exhibent, qui occultum quippiam perpetrarunt. Quandoque etiam ſpecies eorum, qui olim ſunt vita functi, Imperatorum atque principum obijciunt oculis. Verùm ſimulata eſt hæc neceſsitas. Abſit credamus paucis verbis, aut figuris cogi poſſe: qui ſacris literis edocti, ſcimus non eſſe poteſtatem, quæ cum Dæmonum conferri poſsit.

16. *Delectantur* (inquit Porphyrius) *atque alliciuntur varijs generibus lapidum, herbarum, lignorum, animalium.* Sed bene reſpondet beatus Auguſtinus (d), *non tanquam animalia cibis; ſed tanquam ſignis: quæ ipſis tanquam* d *Aug. li.21. de ciuit. ca.6.*

Digitized by Google

tanquam diuini honoris (cuius ſunt cupidiſsimi) *argumenta exhibentur.*

17. Sic certis conſtellationibus euocati, facilius comparent: non quòd aliàs inferior ſit ipſorum virtus, ipſiſque aſtra dominentur: ſed occultum nocendi ſtudium produnt; quo errorem afferre noſtris mentibus cupiunt, vt diuinum quid in ipſis ſuſpicaremur aſtris ineſſe(*a*).

a *Thom. 1. p. q. 51. art. 5. ad 2.*

17. Idem nocendi ſtudium ipſos vrget, cur ijs noctibus, quæ inter diem Veneris & Sabbati mediæ ſunt, frequentius ſe exhibeant(*b*), & nefandos conuentes, cum perditis hominibus, exerceant: licet Abraham Aben Eſra(*c*) diuina id velit fieri diſpenſatione, Dæmonibuſque illo tempore maiorem mortalibus nocendi factam eſſe poteſtatem aſſerat.

b *Vt habet Ioan. Bodin. l. 3. c. 1. de dæmon. Maleſic.*
c *Abraham in art. 4. ſup. 10. præc.*

19. Quandocunque verò certorum hominum ſpecies exhibent, nō putandum in ipſis, quæ ſpectantur, ſimulachris, eorum hominum animas latere, ipſaſque motus qui obſeruantur, exhibere: ipſæ vel non ſunt præſto ſuis corporibus animæ, vel ſi quando Deo permittente ex inferno educuntur, corporibus nequaquam, vt veræ ipſorũ formæ, vlla Dæmonum vi coniungi poſſunt(*d*).

d *Abulenſ. ſup. 1. Reg. c. 28. q. 24.*

20. Denique ſeruitij genus quidam Dæmonum, quos Martinellos, ſiue Martinetos vocant, præſtāt. hi ſinguli ſingulis illis ad cuſtodiam deputantur, quos Sagas & Maleficos dicimus. Horum officium eſt, horrendos illos & ſceleratos nocturnos conuentus indicere: &, vbi ſpeciem hirci induerint, eodem velociſsimè homines per aeré tranſportare(*e*).

e *Alphon. à Caſtro de iuſta hær. punit. lib. 1. c. 16.*

21. Omnia hæc in Dei cedunt grauiſsimum contemptum, & horrendis ſupplicijs vindicanda eſſent. Neque enim mortales poſſunt (niſi inſigniter impij eſſe velint) aut diuinum honorem his ſpiritibus tribuere: aut futurorum ab ipſis cognitionem expetere(*f*): aut certis definitiſque ſignis in occultorum notitiam peruenire: vel vllam ipſorum operam, in quocunque tandem negotio, amicè implorare & experiri(*g*).

f *D. Thom. 1. p. q. 114. ar. 4.*
g *D. Tho. 2. 2. q. 90. ar. 2.*

CAPVT XI.

De humanorum Spirituum Apparitionibus, quas oſtenditur non eſſe fabularum loco habendas.

DE humanorum Spirituum Apparitionibus multiplex & difficilis eſt diſputatio. Præcipua illa eſt, qua quæritur. Vtrum rebus humanis quandoque interſint. Cum hac coniunctæ ſunt, quæ de ſpirituum, qui apparent,

condi-

conditione, operationibus, rationeque cum iiſdem agendi, definiũt: & quæ loca, tempora, cauſas, propter quas apparent, & his ſimilia aſſignant.

2. Sunt, qui, neſcio quas, obſcœnas fabulas effingunt, vt vniuerſum Apparitionum genus ſuſpectum reddant (*a*). Sunt, qui præter illas, quas à Chriſto & Angelis factas eſſe diximus, alias nullas admittunt (*b*). Sunt, qui ad ſuperſtitionem omnia reuocant, quæcunque in hoc genere accidunt; & tanquam muliercularum ſomnia explodunt (*c*).

a *Melanth. in Calend. Manlij 23. April.*
b *Marbach l. de mirac. aduerſ Iſing.*
c *Ioan Riuius de veteri ſuperſtit.*

3. Et aliquibus hæc aſſerere, pro ſua auctoritate ſatis eſt. Alij ſunt, qui rem ſpecioſam faciunt, neſcio quibus, malè intellectis Scripturis. Quia enim mortui dicuntur dormire(*d*): negant noſtris rebus adeſſe poſſe. & : *Puluis ſumus* (inquit Propheta) (*e*) *homo ſicut fœnum, dies eius tanquam flos agri efflorebit, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet locum ſuum amplius.* Sed & *Omnes morimur*(*f*), *& velut aqua dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.*

d *2. Pet. 3. 1. Cor. 15. 1. Theſſ. 4.*
e *Pſalm. 102.*
f *2. Reg. 14.*

4. Accedit, quòd B. Athanaſius (*g*) animas corpore exutas, nihil amplius commune cum mortalibus habere, ſed ab hominum conſortio ſeparatas manere, ex eo colligit, quòd dicatur (*h*), *homo ſpiritus vadens & non rediens.* Sed & Abrahami oratio Chriſti eſt auctoritate confirmata; qui non mortuos mittendos docet (*i*), *ſed Moyſen & Prophetas audiendos.* Neq; enim mortuis habenda fides; ſi Moyſes & Prophetæ non audiantur.

g *Athan. lib. qq. q. 11.*
h *Pſalm. 77.*
i *Luc. 16.*

5. B. Auguſtinus alicubi ſic argumentatur(*k*): *Si rebus viuentium intereſſent animæ mortuorum: & ipſæ nos, quando eas videmus, alloquerentur in ſomnis, vt de alijs taceam, me ipſum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra mariq; ſecuta eſt, vt mecum viueret. Abſit enim vt facta ſit vita feliciore crudelis. Sed profectò, quod facer Pſalmus* (*l*) *perſonat, verum eſt: quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me. Si ergo dereliquerunt nos patres noſtri, quomodo noſtris rebus & curis interſunt? Si autem parentes non interſunt; qui ſunt alij mortuorum, qui nouerint quid agamus, quidue patiamur?* Hæc Auguſtinus.

k *Auguſt. li. de cura pro mort. cap. 13.*
l *Pſalm 26.*

6. Quid, quòd fieri non poſſe videatur, vt vel corpora animæ rurſus aſſumant: vel ea ſint virtute; vt, quemadmodum Angeli, ſpecies ſui, in ſenſibus noſtris efficere queant? Adde quòd neque res hæc poſſit promouere gloriam Dei; neque vllum fructum vel mortalibus hominibus, vel immortalibus animabus afferre?

7. Verùm enimuerò, cùm Apparitionibus his multa faciant fidem; Scriptura ſcilicet tam noui, quàm veteris Teſtamenti: probatiſsimæ hiſtoriæ: grauiſsimi & de re Chriſtiana optimè meriti viri: quoti-

Digitized by Google

diana item experientia: atque etiam ratio, & inſignis vtilitas: non poſſumus, niſi ſummè impudentes eſſe velimus; quin ijſdem aſſentiamur.

8. Defunctus Propheta Samuel viuo apparuit Sauli (*a*); & ipſi finem vitæ ſuæ prædixit (*b*). Scimus Anaſtaſium Epiſcopum Nicænum (*c*), & Cyrillũ (*d*) aſſerere, totam hanc viſionem Diaboli eſſe illuſionem: ſed non latet nos quoque, quòd grauiſsimus auctor B. Auguſtinus (*e*) vtrumque ſenſum admittat, vt & verè, & nõ verè excitatus Propheta credi poſsit.

9. Potuit profectò verus fuiſſe Samuelis ſpiritus; qui humana forma ſe exhibuit, & diuina potentia, qui Dæmonem Pythoniſſamque lateret, exhibitus (*f*): vt Sauli diuinæ iuſtitiæ, iam in ipſo ob demerita complendæ, certiſsimus teſtis eſſet.

10. Verùm eſto, hoc vel illudatur, vel reijciatur exemplum. Libri Machabæorum (*g*), quorum auctoritas grauiſsima eſt (*h*), clariſsimè docent Oniam ſacerdotem, & Hieremiam Prophetam, longè poſt mortem, Iudæ Machabæo per viſum ſe obtuliſſe, eidemque ad debellandos impios patriæ hoſtes, animum addidiſſe.

11. Euangelium eſt, quod de Moyſe & Helia fertur, quorum ille iam olim mortem ſuam obiuerat; hic verò è terra ſubductus, aut potius raptus, exceſſerat. Vterque tamen Chriſto ſe præſentem in monte Thabor præbuit (*i*): vterque cum eo collocutus: vterq; quibuſdam, & non infimis, Apoſtolis ſeſe exhibuit.

12. Quid, quòd & ipſis Apoſtolis defuncti apparuerint? ipſique rurſus, poſtquam è vita diſceſſerunt, viuorum rebus intereſſe voluerint? Refertur (*k*) in ripa fluminis Ebri, prope Cæſar Auguſtam, Aragonum vrbem, B. Iacobo virginem Mariam apparuiſſe: eumque, vt ſacellum ſibi, quod poſtea multis claruit miraculis, conſtrueret, admonuiſſe. Petrus & Paulus apparuerunt Conſtantino, vt morbi incurabilis remedium præberent (*l*). Philippus & Ioannes Euangeliſta Theodoſio (*m*). Idem Ioannes Gregorio Taumaturgo, eique vigilanti myſterium pietatis aperuit & declarauit (*n*). Extruxit templum Apoſtolis Iuſtinianus Imperator (*o*); & Apoſtoli beneficij memores ad Regis honorem hominibus apparuerunt. Hortatus Carolum Magnum B. Iacobus, Galiciam ex Saracenorum poteſtate in Chriſtianorum vſum vindicet: eique in hoc negotio inſignem operam præſtitit (*p*).

13. De B. Virginis Apparitionibus, quæ plurimæ referuntur, tanto minus dubitare oportet, quanto grauiores ſunt auctores, qui has probant.

a *1. Reg. 28.*
b *Eccl. 49.*
c *Anaſt. li q. in ſcrip. q. 37.*
d *Cyril de adorat. ſpirit.*
e *Aug. de cura pro mort. c 10.*
f *Alph. l. 1. de iuſta hæ. pun. Abulenſ. in 1. Reg. 28. q. 28.*
g *2. Mach. 15.*
h *Cartha. 3. c. 47. Florẽt. & Tridẽt. Inno. 1. ad Eu. Gelaſ. in Cõc. Rom. Cypria. li. 1. Epiſt. & Aug. l. 18 de Ciu. c. 16 &c.*
i *Matth. 17. Luc. 9.*
k *Petrus Antonius Beuterus in Chron. Hiſpa. ca. 23.*
l *7. Syno. act. 2.*
m *Theod li. 5. cap. 34.*
n *Greg. Nyſſ. in vita eius.*
o *Procop. lib. de ædif. Iuſt.*
p *Ludol. Bebẽburg. de veterum principum Germa. Zelo cap. 14.*

probant. Narrat Gregorius Niſſenus (a) Gregorio Taumaturgo beatam Virginem apparuiſſe, ea ſpecie; quam vix oculi illius ferre poſſent. Refert Gregorius Magnus (b) Muſam quandam fuiſſe, cui poſtquam beata Virgo chorum inſignium virginum exhibuiſſet, author fuit ſanctioris vitæ. B. Damaſceno eadem Virgo apparuit (c), & manum, quam Leo Iſaurius impiè præſcindi iuſſerat, rogata reſtituit. Fidem rei fecerunt grauiſſimus author Ioannes Hieroſolymitanus Patriarcha, & in brachio relicta ex vulnere liniola. Cyrillus Alexandrinus redit in gratiam cum B. Chryſoſtomo, admonitus ab eadem Virgine (d). Narſes ob belli gloriam, & deuictum Totilam inſignis, nullum committit prælium, niſi Deiparæ Virginis manifeſtè apparentis monitis excitatus (e). Cyriacus Abbas, & Presbyter Lauræ Calamonis, vnà cum Dei genitrice vidit vtrumque Ioannem, Baptiſtam & Euangeliſtam; & ſcripta Neſtorij, non retinenda, ſed exurenda cognouit (f). Conſtruit templum Virgini Matri Conſtantinus Magnus: & ipſa Architecto apparet, quáque ratione maximæ columnæ erigi in eodem poſſint, oſtendit (g). Puer quidam vitriarij Iudæi, à patre in ardentem fornacem inijcitur: quòd cum Chriſtianis Euchariſtiam in æde B. Virgini ſacra, ſumpſiſſet: ſed illæſus egreſſus, ab illa, cuius in templo imaginem viderat, Virgine; ſe contra vim ignis defenſum fuiſſe teſtatus eſt (h). Apparuit Ioanni Patritio, ſimulque monuit, qua ratione opes ſuas optimè collocaret; ſicut ille iam pridem deſiderabat. atque vt fides certior apparitioni conſtaret, eadem nocte, Liberio Pontifici aſtitit, & ſimilia monita repetiuit (i). Ruperto Tuitienſi adeſt in ſomnis: promittit & præſtat, quod ille ſingulari ſtudio implorauit, docile ingenium, & diuinorum intelligentiam (k). Idem obtinuit Vdoni Magdenburgenſi: licet ille tanto muneri ingratus, & admonitus, peccandi finem noluerit facere, ſed horrenda morte turpiſsimam vitam elegerit concludere (l).

14. Nec deſunt aliorum Sanctorum Apparitiones. Docet Ambroſius Agnetem apparuiſſe Conſtantiæ Conſtantini Imperatoris filiæ, atque item parentibus ad ipſius monumentum pernoctantibus (m). Teſtatur Oroſius Geruaſium & Prothaſium viſos Ambroſio (n). Potamianam Virginem Origenis diſcipulam Baſilidi tortori, non apparuiſſe ſolùm, ſed & coronam capiti impoſuiſſe, & futuram martyrij gloriam prædixiſſe, authores ſunt Euſebius (o), & Nicephorus (p). Probus Rheatinæ vrbis Epiſcopus, vidit Iuuenalem & Eleutherium Martyres, vt habet Gregorius Magnus (q). Felicem Nolanum viſum eſſe, & mirabiliter ciuitatem defendiſſe, author eſt

a Greg. in eius vita.
b Greg. 4. dialog. cap. 14.
c Ioan. Hier. in vita eius.
d Niceph. li. 14. cap. 28.
e Niceph. lib. 1. cap. 13.
f Prat. Spirit. cap. 46.
g Greg. Turo. de glo. mar. cap. 8.
h Greg. Turo. vbi ſu. c. 8. & Glyca. 4. par. Annal.
i Anton. p. 4. titulo 15.
k Trith. lib. de Monaſt. Hirſaug.
l Naucl. 2. p. g. 34.
m Amb. ſer. 90. de paſſione Agnetis.
n Oroſius li. 7. ca. 36.
o Euſebius li. 5. hiſt. cap. 5.
p Niceph. lib. 5. cap. 7.
q Greg. lib. 4. dialog. ca. 12.

Digitized by Google

Auguſtinus (*a*). Theodorum Martyrem apparuiſſe, & Euzoium Epiſcopum admonuiſſe, ne populus eſculentis, Deorum ſacrificio pollutis vteretur, poſt Nectarium habet Nicephorus (*b*). Coſmas & Damianus periculosè ægrotantem, & (vt Procopius loquitur) morituri ſpeciem præbentem, & medicis deſperatum, per ſomnum & viſum apparentes, ſanârunt Iuſtinianum (*c*). Nota eſt hiſtoria, quæ refert Attilam Hunnorum Regem, Italiam ingredi & vaſtare parantem; (cùm Leo Pontifex, calamitatem Reipub. Chriſtianæ miſertus, obuiam ipſi factus, oratione eundem exterruit) inter alia, id quoque confeſſum fuiſſe; non Pontificis ſe ſolùm vultu, & oratione permotum; ſed vidiſſe quoque duos ſenes, dimiſſa barba, ac venerando & horribili vultu ſupra caput aſtitiſſe, & diſtrictis gladijs pacem extorſiſſe (*d*).

15. Longum eſt recenſere, quæ habet Baſilius de Mamante (*e*): Nazianzenus de fratre Cæſario, & varijs Martyribus (*f*): Hieronymus de Paulo (*g*): Paulinus de Ambroſio (*h*): Euodius de Stephano Protomartyre (*i*): Prudentius de Fructuoſo, & eius ſocijs (*k*): Lucianus de Gamaliele (*l*): Palladius de Colluthо Martyre (*m*): Theodoretus de S. Ioanne Baptiſta, (*n*): Athanaſius de Ammone (*o*).

16. Et ne quis propterea minoris ponderis putet eſſe Apparitiones, quia hæ quaſi priuatę ſunt, & non pluribus, ſed vni exhibitæ: audiat is B. Auguſtinum (*p*). *Non ſolu* (inquit) *beneficiorum effectibus: verùm etiam ipſis hominum aſpectibus, Confeſſorem apparuiſſe Felicem, cùm à Barbaris Nola oppugnaretur, audiuimus; non incertis rumoribus, ſed teſtibus certis.* Quid, quòd Elias & Moyſes, non vni Apoſtolorum, ſed Petro, Ioanni, & Iacobo, ſe ſpectandos exhibuerunt (*q*)? Samuelis verò ſpiritus non Pythoniſſæ ſolùm, ſed & Sauli viſus eſt (*r*).

17. Verùm opus non eſt exemplis in re certa pluribus. Habet hîc locum, quo B. Hieronymus Vigilantium perſtringit (*ſ*): *Tu*, inquit, *Deo leges ponis? Tu Apoſtolis vincula injicis? vt eſſe ad diem iudicij cogantur in cuſtodia?* Et illud; *Cùm Diabolus & Dæmones vbique toto orbe vagantur, quare Martyres, poſt effuſionem ſanguinis tenebuntur incluſi?*

18. Quòd ſi ſancti homines, dum viuerent, quibuſdam apparuerũt, à quibus tamen longiſsimè aberant; cur ſimili ratione, poſt mortem ad viuos redire non poſſunt? Atqui Vitus apparuit Cõſtantino Magno (*t*): Melitius Antiochenus Theodoſio Magno (*u*): quem nũquam antea viſum, in Epiſcoporum Synodo vltrò agnouit (*x*): Sed & Auguſtinus apparuit in Eulogio (*y*): Nicolaus Cõſtantino iam dicto (*z*:) Ioannes monachus cuidam mulieri religioſiſsimæ, impatientereum vide-

a *Aug. lib. de cura pro mor. cap. 16.*
b *Simeon Metaph. in Theo. martyr. & Niceph. li. 10. ca. 12.*
c *Procop. in ædif. Iuſtinia.*
d *Platina in vita Leonis.*
e *Baſilius in vita Mam.*
f *Nazianz. orat. 1. in Iulian.*
g *Hierony in vita Pauli.*
h *Paulinus in vita Ambroſ.*
i *Euod. l. 1. de miraculis Ste.*
k *Prudentius in vita Fruct.*
l *Lucian. de miraculis Ste.*
m *Pallad. in vita Salomo. & aliorum.*
n *Theod. l. 5. Hiſto. cap. 24*
o *Athanaſ. in vita Antonij.*
p *Aug. li. de cura pro mor. cap. 16.*
q *Matth. 17.*
r *1. Reg. 28.*
ſ *Hieronym. contra Vigil.*
t *Sozom. l. 6. cap. 33.*

u *Theod. l. 5. c. 6. & 7.* x *Ibid.* y *Aug. de cura pro mort. c. 10.* z *Metaph. in vita Nicolai.*

Digitized by Google

videre cupienti (*a*), Paulus item Apoſtolus vidit virum Ananiam nomine ſibi manus imponentem (*b*). *a Aug. lib. de cura pro mor. cap. 10.* *b Actuum 9.*

19. Eſt ergo ſua authoritas Apparitionibus: ſiue dignitatem attendas Spirituum, qui apparuerunt: ſiue authoritatem & ſplendorem eorum, quibus ſe exhibuerunt: ſiue grauitatem teſtium, qui nobis tanquam poſteris has per literas tradiderunt. Vt mirum ſit, poſſe inueniri homines, qui in tanta teſtium, & exemplorum lumine cæcutiant, & Spirituum Apparitiones nullo loco habendas cenſeant.

20. Nimis fortè multa de bonorum Spirituum Apparitionibus: cùm tamen de toto genere ſit Diſputatio. Sed hoc eò fecimus libentius, quòd & hæc aſſertio toti argumento fidem faciat; & qui Apparitionibus bellum indixerunt, in his ferè ſolis expugnandis, licet fruſtra, fatigentur.

21. Verùm non hi tantùm Spiritus viuorum rebus interfuiſſe putandi ſunt, qui cum Deo perpetuam felicemque agunt vitam: ſed cùm Spirituum humanorum genera tria præcipua ſint, vt dictum eſt (*c*): præter beatos illos, etiam perpetuò damnatos atque eos, qui igne purgatorio expiantur, ad nos rediſſe, atque adeò redire, libenter fatemur. *c Cap. 1.*

22. Damnatorũ Spirituum duo genera poſſumus conſtituere, quidam ſunt, qui præter pœnam damni, experiuntur etiam pœnam ſenſus: quidam (vt infantium non renatorum) ſolam damni ſuſtinẽt. hos hominum colloquijs ſeſe miſcere, compertũ eſt nemini: poſſe, ſi is, qui omnia poteſt, ita iubeat, nemo dubitat. Veriſimile tamen putamus, Deum id nunquam, vel rariſsimè, iubere; & ipſos id nunquam expetere: vt qui nullum ex hac re ipſi fructum capere, nec alijs, niſi raro admodum, afferre poſſunt.

23. Alios illos hominum obtutibus ſe exhibuiſſe plurima probant exempla, à grauiſsimis authoribus, monumentis tradita: quibus fidem in vniuerſum abrogare, nihil aliud eſſet, quàm venerandam antiquitatem aperti mendacij inſimulare. Elias quidem in deſerto Aegypti vitam agens, teſte Cyrillo, vidit animam cuiuſdam Anconitani Epiſcopi, diuino tribunali ſiſti, ſtatimque poſt ad grauiſsima ſupplicia rapi (*d*). Viſus Theodoricus Rex, Arianus, inter Ioannem Pontificem, & Symmachum Patricium vinctis deduci manibus, & detrudi in ollam Vulcani, vt loquitur beatus Gregorius (*e*). Viſa monialis in Eccleſia ſancti Laurentij Romæ ante altare per medium ſecari (*f*). Et damnatorum Spiritus fuiſſe, quos certiſsimis teſtimonijs *d Marulus li. 5. cap. 11.* *e Gregor. dia. 4. cap. 30.* *f Greg. 4. dialog. 51.*

Digitized by Google

viſos eſſe confirmat Alexander ab Alexandro, vix poſſumus dubitare (a).

a *Alex. li. 5. cap. 23. & li. 2. cap. 9.*

24. Ad hanc claſſem (vel certè ad præſtigias Dæmonum) etiam illi Spiritus referri videntur, quorum apud prophanos authores fit mētio. Refert Plinius ſpectrum quoddam Athenis ſe exhibuiſſe, ſpecie ſenis, macie & ſqualiore confecti, promiſſa barba, horrenti capillo, cruribus compedes manibus catenas gerentis (*b*). Vidit Iulius Proculus, apud Capream Paludem, Romulum, auguſtiore forma Deum factum, ſuoſque admonentem, vt Deos colerent, & virtutem ſequerentur (*c*) Homeri vmbram Cynocephalea herba euocauit Appion Grammaticus; & ab ea patriam, quibuſue parentibus ortus eſſet, didicit (*d*). Achillis ſpiritus apparuit Apollonio (*e*). Seubri parentis Antonio Heliogabulo (*f*), Pollucis & Caſtoris in bello Latino apud lacum Iuturnæ.

b *Plinius li. 8. Epiſtola.*
c *Plinius de viris Illuſt. cap. 2.*
d *Plinius lib. 30. cap. 2.*
e *Philoſtrat. in vita Apollon.*
f *Xiphilinus in Antonino.*
g *Valerius l. 1. cap. 6.*
h *Greg. lib. 4. dialog. c. 40.*
i *Greg. lib. 4. dialog. ca. 55.*
k *Greg. lib. 4. dialog. ca. 55.*

25. Viſi ſunt & illi, qui purgatorio igne expiantur. Paſchaſius Apoſtolicæ curiæ Diaconus, poſt mortem, in Angulanis termis, à Germano Capuano inuentus eſt luere pœnas, quas contraxit (*h*). Iuſtus quidam ob retentas pecunias, graue ſupplicium pertulit: qui tandem Commodo fratri apparens, ſe ab illo ſanctis ſacrificijs liberatum eſſe expoſuit (*i*). Fuit & Presbyter, qui Centumcellis in balneis frequentiſsimè reperit, qui ſibi operam gratuitam, ſi quando lauaret, præſtabat. Pro quo, vbi, quemadmodum rogârat, Deo ſacrificia obtuliſſet, ſpiritum fuiſſe cognouit; cui diuina miſeratione hoc modo pro peccatis ſatisfacere & iuuari contigit (*k*).

26. Probabile verò eſt, defunctorum Spiritus, cuiuſcunque demum ſtatus, vel conditionis extiterint; ſedes ſuas, quas pro meritorum ſuorum ratione, perpetuò, vel ad tempus aſsignatas habent; naturali inſtinctu appetituúe nunquam deſerere; propterea quòd ſecundùm naturæ ſuæ ſtatum cauſam, propter quam eiuſmodi mutationem affectare magnopere debeant, nullam habeant. Siquidem motus omnis plerunque ſuſcipitur propter indigentiam. At animæ beatæ nullius indigent: damnatæ pluribus egent, ſed nullius ſubſidij participes fieri valent: iuſtæ pœnitentes indigent & iuuari poſſunt; ſed ijs rebus, quas expetendas ipſis & deſiderandas natura dictare non poteſt (*l*).

l *Aug. lib. de cura pro mor. cap. 16.*

27. Verùm quia *alij ſunt fines rerum humanarum, alij diuinarum; animæ quæ ſecundùm naturalem conditionem ſuas ſedes non relinquunt; ſecundùm ſecretam diuinæ ſapientiæ diſpoſitionem, & ordinem, aliquando inde egrediuntur, & ſe hominibus offerunt.* Ita B. Auguſt.

28. Beatæ animæ quotieſcunque libitum fuerit, è cælo ad nos deſcen-

cendere poſſunt. Si enim quod vellent non poſſent; aliquam ægritudinem animo conciperent, & beatæ non eſſent. Damnatæ id nequaquam poſſunt: neque enim ſi poſſent, ad horam in inferno hærerent, etiamſi ſuum ſemper ſecum ferant carnificem. Siquidem, quæ illorum eſt ſuperbia, gaudent vagandi libertate, & locorum varietate: quemadmodum & ipſi Dæmones infernum horrent, & metuunt: nõ quia inibi grauius ipſorum ſupplicium; ſed quia vni loco adhæreſcere refugiunt.

29. At *dormiunt* (dicis) *mortui*. Sed per dormientes mira fieri, quotidiana docet experientia. Præterea, dormiebant Moyſes, Onias, & Hieremias (mortui enim iam fuerant multis ſeculis): & tamen ille cum Chriſto viſus eſt multa loqui (*a*): hi ſua præſentia animos addunt Iudęis (*b*). Quod ſi ipſorum dormire vocas, nunquam in hominum conſpectum redire; corporum tollis reſurrectionem: ſi otium & ſenſuũ omnium quietem; in omnes prorſus animas, ne Deum dicam, es iniurioſus. Somnus hic, huius, quam circumferimus, ſarcinæ eſt depoſitio, & ipſamet mors: cuius imaginem quidam ſomnum eſſe dicebat (*c*). *Supra Theſ.3.* a *Matth.17.* b *2.Mach.15.* c *Ouidius 2. amor. el. 9.*

30. Sic *omnes morimur, & veluti aqua dilabimur* (*d*). & certè, ſi illæ non reuertuntur; nos quandoque ſumus reuerſuri. Neque enim errabat, qui dicebat (*e*); *Scio, quia redemptor meus viuit, & in carne mea videbo Deum Saluatorem meum, quem viſurus ſum ego ipſe*. Certum eſt, omnes animas ad iudicium olim eſſe prodituras (*f*). Certum eſt, veterum Patrum ſpiritus, qui ante Chriſtum natum & paſſum in limbo detinebantur, ibi iam amplius non detineri (*g*). Similitudine inconſtantiã humanæ vitæ oſtendit ille locus: quam non oportet, vt per omnia cum eo, ad quod probandum affertur, conueniat. Habet hîc locum, quod in parabolis obſeruãdum notauit B. Chryſoſtomus (*h*), vt quid per parabolam intendatur, inſpiciamus, non ſingulorum rationes curioſè ſcrutemur. d *Sup. Theſ. 3.* e *Iob 19.* f *Corinth.5.* g *Pſalm. 67.* h *Chry. hom. 48. in Matth.*

31. Eadem ratione & *ſpiritus vadens, atque non rediens*, homo dicitur, (*i*) quia ſcilicet aeri leuiſsimo comparatur: quo quemadmodum nihil eſt inconſtantius; ita neq; hominum vita quicquam magis eſt incertum. Sed & *vadens, & non rediens ſpiritus* dicitur; quia, vbi ſemel egreſſus è corpore: non iterum per ſemetipſum, (ſed tamen diuina virtute) reuerti poteſt. *Vadens* etiam eſt homo, *& non rediens ſpiritus*; quia per ſe quidem poteſt à Deo recedere: verùm per ſe ipſum à malo ad bonum redire non poteſt. Ex ſe habet, quòd peccare poſsit: vt autem bene agat, non niſi ex Deo. i *Sup. The. 4.*

32. Abra-

Digitized by Google

a Ibidem. 32. Abrahami vox & oratio (*a*), tantum abeſt, vt hanc noſtram aſſertionem euertat; vt vel maximè confirmet. Neque enim negat fieri poſſe, vt ad viuos redeat Lazarus, qui Epulonis fratres admoneat; ſed iudicat non expedire: quando omni exceptione maiores teſtes ſunt, quibus credere poſſunt, Prophetæ & Moyſes.

33. B. quoque Auguſtinus non reijcit Apparitiones Spirituum (*b*), ſed pluribus exemplis confirmat (*c*). Petebatur à quodam debitum, quod defunctus pater perſoluerat, anxio ipſe apparuit in ſomnis, cautionemq́; , qua perſolutum oſtēdebatur, indicauit. Carthaginis Rhetor Eulogius, cùm in Ciceronis libris locum obſcuriorem reperiſſet; & tota nocte, qua ratione eundem explicaret, ſolicitus hæreret: in ſomnis cernit Auguſtinum ſibi præſentem (qui tamen longè trans mare aberat) & locum egregiè explicantem. Cum a quidam municipij Tullienſis, vir pauper, cùm aliquot dies quaſi mortuus iaceret, mirabilia ſe vidiſſe, vbi ſanitati reſtitutus eſt, certiſsimis argumentis confirmauit: hæc Auguſt. omnia (*d*).

b *Supra Theſi 5.*
c *Aug. lib. de cura pro mor. cap 11.*
d *Aug. de cura pro mort.*

34. Non negat D. Auguſtinus Apparitiones: ſed modum, quo rebus noſtris interſunt; num videlicet αὐτοπροσώπως, an ἑτεροπροσώπως, difficulter ſe aſſequi fatetur (*e*). *Res*, inquit, *hæc altior eſt, quàm vt à me poſſit attingi: & abſtruſior, quàm vt à me valeat perſcrutari: & ideo quid horum duorum ſit, an verò fortaſſis vtrumq; ſit, vt aliquando iſta fiant per ipſam præſentiam Martyrum; aliquando per Angelos ſuſcipientes perſonam Martyrum; definire non audeo: mallem à ſcientibus iſta perquirere.*

e. *Auguſt. vbi ſupra.*

35. Credit plerumque Angelicas eſſe hîc operationes: interim tamen aliquando mitti ad viuos, quoſdam αὐτοπροσώπως diuina (inquit) *teſtatur Scriptura. Nam Samuel Propheta defunctus, viuo apparuit Saul, quemadmodum liber Eccleſiaſticus indicat* (cap. 26.) *qui continet in laude Patrum, quòd Samuel etiam mortuus prophetauerit. Et* (ſubiungit) *ſi huic ex Hebræorum, quia in eo non eſt, Canone contradicitur; quid de Moyſe dicturi ſumus: qui certè in Deuteronomio* (*f*) *mortuus, & in Euangelio* (*g*) *cum Helia, qui mortuus non eſt, apparuiſſe legitur viuentibus?* Refert huc viſionem Felicis, quem hominum multorum conſpectibus apparuiſſe, certiſsimis argumentis confirmatum eſt.

f *Deut. 34.*
g *Matth. 17.*

h *ſup. The. 5.* 36. Itaque quod de *matre* dicit (*h*), naturæ leges concernit: quod de Spiritibus docet, opus eſt diuinæ virtutis. *Alia* (inquit) *ſunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt. Alij ſunt rerum humanarum limites, alia diuinarum ſigna virtutum: quamuis & natura Deus adſit, vt ſit: &*

Digitized by Google

ſit: & miraculis natura non deſit, Et hoc Auguſtinus ca. 16. li. de Cura pro mortuis.

37. Duobus reſtat reſpondeamus capitibus: Poſsit ne fieri, vt ad viuos ipſimet per ſe αὐτοπροσώπως defuncti redeant; atque vtrum ex re vel noſtra, vel ipſorum ſit; vel Dei gloriam promoueat; quòd ſedes ſuas relinquant, & noſtris rebus adſint. Et breuis quidem eſt reſponſio affirmans: ratio verò modúſque paulo latius explicanda videntur.

CAPVT XII.

De forma, & modis, quibus humani Spiritus apparent, deq; eorundem operationibus.

DVOBVS modis defunctorum Spiritus hominum rebus adeſſe poſſunt. Aut enim ſignis quibuſdam præſentiam ſuam teſtantur tantùm; aut etiam cognoſcendos ſe exhibent. *Præſentiæ* indicia ſunt, verbera, quæ quandoq; infligunt triſtis gemitus: ſternutatio: manuum comploſio: tumultus excitati, & his ſimilia. Cognoſcendos ſe exhibent, quando formas ſui in ſenſibus noſtris relinquunt.

2. Formarum non vna eſt ratio ſed multiplex: nempe quæ viuentibus reſpondeat. Itaque nunc virilis eſt, nunc fœminea: nunc ætate prouectioris, nunc minus prouecti, hoc & exempla commõſtrant, & ratio poſtulare videtur.

3. Nouit Samuelem adeſſe Saul; quando nondum viſus à pythoniſſa deſcribitur vir ſenex, amictus pallio (*a*). Oniam & Hieremiam *a 1. Reg. 28.*
cognouit Iudas (*b*). Petrum & Paulum ſibi apparuiſſe affirmat Con *b 2. Mach. 15.*
ſtantinus, quando ipſorum imagines exhibitæ fuerũt à Syluestro (*c*), *c 7. Synod.*
&c. *act. 2.*

4. Et certè ſic conuenit. Cùm enim plerumque idcirco noſtris rebus interſint Spiritus, vt cognoſcantur: cogniti verò, vel ſuam, vel noſtram agant cauſam; ea oportebat apparerent forma, qua à quibuſcunque alijs diſtinguerentur, & nos in ipſorum notitiam perueniremus.

5. Triſtiorem tamen vultum ſimulant illi, qui pœnas adhuc perſol uũt; hilariorum ij, qui à pœnis liberi, felicem agũt vitam. Et damnati identidem nigro, cæteri candenti colore, vel certè, qui viuis reſpondeat, conſpiciuntur.

6. In his verò formis dupliciter ſe cognoſcendos præbent. Aut enim in externa, & quæ plerumque extra ſenſum eſt, in aſſumpto cor

Digitized by Google

pore agnoſcuntur à vigilantibus: aut interiori ſenſu conſpiciuntur etiam à dormientibus. Priori modo ſe exhibuerunt, Ioannes Euangeliſta Gregorio Taumaturgo: Iacobus Apoſtolus Carolo Magno: Felix Confeſſor ciuibus Nolanis: aliiq́; complures. Poſteriori verò Petrus & Paulus Conſtantino: B. Virgo nunc Ioanni Damaſceno, nunc Ioanni Patritio, &c. Cap. præcedenti de his.

7. Poſterior hoc modus difficultates habet pauciores: prior ille plures. In illo quæritur, Vtrum Spiritus humani imaginationem hominis ſuis viribus informare poſſint: in hoc diſputatur, Vtrum ipſi per ſe Spiritus corpora effingant: an potius Angelorum, in hoc negotio, opera vtantur: Diſputatur, Vtrum iam in Angelorum opera effictis & formatis corporibus, ipſi noſtri Spiritus ſint αὐτοπροσώπως, an ἑτεροπροσώπως: Diſputatur, Vtrum reuera ipſorum ſint, vel ſaltem eſſe poſſint corpora, in quibus ſe exhibent: Diſputatur, Quales ſint operationes, quas in peregrinis corporibus efficiunt.

8. Ad ſpecies in hominis imaginatione, (quoquo tandem modo) formandas, & ſcientia ſumma, & egregia requiritur poteſtas. Hæc cũ non tanta ſit in hominum Spiritibus, quanta in Angelis & Dæmonibus: opera vel malorum vel bonorum Spirituum nequaquam fieri poſſe putamus, vt defunctorum animæ hac ratione ſenſus noſtros occupent & informent.

9. Sic nec corpora, in quibus humanis rebus interſunt, effingunt: Neque enim vi ſua poſſunt elementa condenſare, & vſibus ſuis aptare: neque ſua, quæ aliquando depoſuerunt, valent in priſtinam formam reſtituere. Angelorum opera fit, quicquid in hoc negotio conſpicitur.

10. An verò in iam Angelorum opera efformatis corporibus, ipſi Spiritus degunt? Fieri poſſe non negamus, Factum quandoque teſtatur B. Aug. exemplo Samuelis & Moyſi(a). An plerunque fiat, is ſcit, qui ad inferos ducit & reducit(b), & (vt loquitur B. Auguſtinus) *cui data eſt diiudicatio Spirituum*(c).

11. Semper fieri, id prohibere videtur: quòd, eodem Auguſtino teſte(d), eundem Spiritum quandoque, eodem tempore, in diuerſis maximeque diſtantibus locis apparuiſſe, certa experientia probatum ſit: in quibus tamen locis ipſummet reuera fuiſſe, non facile quis dixerit.

a *Aug. de cura pro mort. cap. 15.*
b 1. Reg. 2.
c *Aug. vbi ſupra.*
d *Aug. vbi ſupra cap. 13.*

12. Licet verò nõ ſemper ſciatur, an Spiritus αὐτοπροσώπως adſint: de quibuſdam tamen certo affirmari poſſe exiſtimamus, quòd nunquam iis, quæ ipſos repræſentant corporibus, adſint, & per ſe viuorũ

rebus

rebus interſint. Tales ſunt, qui non iam Spiritus tantùm ſunt, ſed ſuis corporibus rurſus coniuncti, cum Chriſto felicem agunt vitam in cælis.

13. Idem de ijs iudicium ferimus, qui modò quidem nondum beati; alicubi tamen ſingulari Dei prouidentia, in ſuis adhuc corporibus vitam agunt amœnam; futuriſque olim temporibus, in Euangelio Chriſti prædicando, aduerſus impotentiſſimum Chriſtianæ religionis hoſtem, Antichriſtum, fidelem nauaturi ſunt operam.

14. In priori genere ſunt Beatiſſima Dei Genitrix quam cum corpore & anima in cælum aſſumptam eſſe, libenter cum grauiſſimis au-
ctoribus (*a*) credimus atque illi, qui cum Chriſto reſurgente ad pro- *a Vide Mart.*
pria corpora redierunt, & vnà tandem cum ipſo ad cælum tranſlati, *Caniſij lib. 5.*
inſigne reſurrectionis teſtimonium præbuerunt (*b*). Ad poſterius ve- *cap. 5.*
rò pertinent Enoch, Elias, &, vt quidam (*c*) cenſent, diſcipulus ille, b *Matth. 27.*
quem diligebat Dominus. *Anſelmus ibi.*
Sophro. de aſ-

15. Hos αὐτοπροσώπως rebus humanis non putamus intereſſe: pro- *ſumpt. B. Vir.*
pterea, quòd iam ea neceſſitate ſuis adſint corporibus, vt relinquere c *Vide Mart.*
illa nequaquam poſſint. Quocirca aut neceſſe eſt, ſua ſecum deferant *Caniſij ibid.*
corpora, & ſic Noſtris aſpectibus ſe offerant, (quod quis fieri credat) *circa finem.*
aut non per ſe adſint; ſed Angelorũ opera ipſorum nobis ſimulachra offerantur. De Moyſe aliàs dictum.

16. Obſeruaſſe hoc videtur B. Auguſtinus (*d*). qui cùm Samuelem d *Aug. vbi*
αὐτοπροσώπως adfuiſſe oſtendiſſet, & deinde rem non quaſi ſatis cer- *ſup. cap. 15.*
tam (quòd hoc exemplum reijci poſſet) Moyſis argumento confirmaſſet: ita Heliæ, qui ſocius Moyſis fuerat, mentionem facit; vt eius exemplo nihil probaſſe ſit viſus. Sic enim loquitur: *Quid de Moyſe di-*
cturi ſumus, qui certè & in Deuteronomio mortuus (e), & in Euangelio cum He- e *Deut. 34.*
lia (f) qui mortuus non eſt, legitur apparuiſſe viuentibus. f *Matth. 27.*

17. Horum igitur Apparitiones eandem conditionem & ratio-
nem ſubeunt, cum Apparitionibus Chriſti (*g*): eandem item, cum il- g *Sup. cap. 5.*
lis, in quibus viui quandoque abſentibus viſi ſunt (*h*): vbi, præter h *Sup. ca. 11.*
rerum imagines, nihil fuit, quod ipſi ſibi Spiritus vendicare potuerunt.

18. Si qui igitur αὐτοπροσώπως Spiritus noſtris rebus interſunt, oportet alij ſint à iam dictis. Credimus verò frequentius eos corporibus, in quibus conſpiciuntur, adeſſe, qui igne purgatorio expurgantur; quoniam locis non ſunt definiti: eos rarius, qui aut perpetuum cruciantur; aut Dei præſentia & conſpectu cum ſumma voluptate perfruuntur.

F 2 19. Qui-

Digitized by Google

19. Quicunque verò apparent, non ob id feliciores ſunt, aut deterioris conditionis. Nam & beati illi non faciunt ſuæ felicitatis iacturam: vbique enim Deum præſentem habent, quem intueantur. damnati verò, & Purgatorijs cruciatibus mancipati, ſuas ſecum vbiq; pœnas circumferunt.

20. Quando verò non ipſi in efformatis ſunt corporibus; ſed quicquid eſt, Angelorum opera efficitur; non nobis illudunt: Nec malè dicimus nobis S. Petrum aut Paulum apparuiſſe; niſi & Deum ab hominibus viſum eſſe negare velimus: & aſſerere, alienum eſſe à ſacræ Scripturæ conſuetudine, rerum ſimilitudines ipſarum rerum nominibus compellat (*a*).

a *Sup. cap.* 4.

21. Quæris, poſsitne fieri, vt quando ipſi per ſe Spiritus rebus noſtris adſunt, in ſuis, quæ olim habuerunt, corporibus appareant? Fieri poſſe, demonſtratur illorum exemplo, qui poſt Chriſti mortem Hieroſolymam ingreſsi, multis in ſpectandos exhibuerunt: quos propria corpora aſſumpſiſſe, propterea credimus; quia non rurſus illa, quæ aſſumpſerant, depoſuerunt; ſed ad cælos ſecum transſtulerunt.

22. Attamen nunquam factum eſſe ratio demonſtrat: quod non, vt tales ſint, quales apparent. Spiritus redeã; ſed vt ſe ſolùm quibuſdam fig[illegible] exhibeant, ad ipſorum proprium, vel noſtrorum viuentium, commodum? hoc verò nõ minus efficitis, quàm proprijs corporibus præſtari poteſt.

23. Cùm autem adſunt corporibus, non eodem modo ad ipſa ſe habent, quemadmodum cùm olim communem agerent in ſuis vitam. Prioribus illis, vt formæ vtebantur: his, vt motores tantùm; & quibus præſentiam ſuam teſtentur. Hinc eſt, vt non naturalis ipſarum ad hæc ſit affectio: non cum voluptate illis vtantur: non cum difficultate & lucta deponant: non aſſumpto nutriant alimento; non negato cauſa ſint, vt diſſoluantur. Sed & mutuam ſibi olim præſtabant operam. Et anima quidem corpori vitam, ſenſum & motum conferebat: corpus verò animæ functiones, in intelligendo, non parũ promouebat: at nunc corpus animæ confert nihil; anima verò corpori motum tantum.

b *Thom.* 1 *p. q* 77. *ar.* 8. *&c.*

24. Quocirca nulli in aſſumptis corporibus ſunt ſenſus: nullæ vitales operationes. Adde, quod neque Animabus ipſis, cùm adſunt, ſentiendi ſunt facultates: niſi velis dicere, in ſemine eſſe germen, & fructum: quia vim habet illa producendi. Hoc non Theologi ſolùm (*b*); verùm etiam Ehtnici Philoſophi cognouerunt (*c*).

c *Ariſt. de ſomno & vigilia c.* 1. 12. *de anima. tex.* 21. 12. *Metaphy. tex* 17.

25. Cæterùm nullus dubitat, quin animæ ſuperiores illas facultates, intel-

intellectum, ſcilicet, & voluntatem, retineant. Atque hinc eſt, quòd pro natura illarum virium, quas ſecum differunt, & operari poſsint, & operentur.

26. Quia verò alius eſt ſtatus ipſarum, quando corporis mole ſunt liberatæ; alius, quando corporibus vtuntur: alius quoque modus eſt intelligendi In aſſumpto corpore nó ſpeculantur phantaſmata, quòd neceſſe eſt nobis, dum viuimus(*a*). Sed neque per ſenſus, quibus tunc carent, phantaſmata poſſunt colligere. a *Thom. 1. p. q.54. art. 4.*

27. Intelligunt nihilominus. Et quidem beatorum Spiritus Deum vident, & cum Deo abſolutam habent rerum omnium, prout ſtatus illius conditio poſtulat, cognitionem. Intelligunt & qui deterioris ſunt conditionis: verùm illa; quæ per ſpecies, hîc, per ſenſus, acquiſitas, in intellectu vnà cum ſcientijs retinent & conſeruant. Sed & de nouo quædam intelligere non negamus: verùm id fit non corporis, in quo ſunt ſubſidio; ſed per ſpecies aut de nouo acquiſitas, aut alia ratione ſubminiſtratas.

28. Quærenti, Vtrum ea, quæ à nobis, ipſis per corpora præſentibus, peraguntur, cognoſcant: Reſpondemus, quòd cùm ſingulari fiat Dei diſpenſatione; vt rebus humanis interſint; conditioneſque ſuas non ob id mutent: ipſas non ſuis viribus, ſed Angelorum opera, non ſecus atque per interpretem cognoſcere, quæcunque nos vel ipſis dicere, vel præſtare arbitramur. Huc facere videtur, quod B. Gregorius (*b*) habet: *Mortui* (inquit) *vitam in carne viuentium, poſt eos qualiter diſponatur, neſciunt: quia vita ſpiritus longè eſt à vita carnis. Et ſicut corporea, atque incorporea, diuerſa ſunt conditione: ita ſunt diſtincta cognitione.* Facit & illud Auguſtini (*c*). *Neſciunt mortui, etiam Sancti, quid agant viui, & eorum filij.* b *Greg. 12. moral. ca. 13.* c *Aug. de cura pro mort. c 16.*

29. Sed & id libenter, cum S. Thoma, fatemur(*d*), quandoque ipſos Spiritus latere, quòd noſtris rebus interſint: quemadmodum & viuêtes alijs in ſomno apparere docet B. Auguſt. ſuoque exemplo confirmat; & tamen nihil horum ſcire (*e*). d *Thom. 1. p. q.89. ar.8. ad 2.*

30. Hoc verò damnatis Spiritibus frequentius putamus accidere: rarius ijs; qui in purgatorio ſatisfaciunt: rariſsimè aut potius nunquã beatis; quorum conditio poſtulare videtur, vt quę circa ipſos, & ipſorum nomine peraguntur, cognoſcant (*f*). e *Aug. de cura pro mort. cap.10.*

31. Sed non intelligendi ſolùm vi valent Spiritus hominum, qui apparent. Inſuper & actus virtutum exercent illi, qui felicem agunt vitam, quique nondum pro peccatis ſatisfecerunt. At qui æternis ſupplicijs ſunt addicti; nihil prorſus faciunt bene: peccant ſemper. f *Thom 1 p. q. 89. art. 8.*

Digitized by Google

32\. Verùm tamen nec illi ob hoc merentur quidquam: nec hi pœnas ſuas hac ratione augent. *Vbicunq́, ceciderit lignum, ibi manes* (*a*). *Venit nox, quando nemo poteſt operari* (*b*). *Tempus ſementis, eſt præſens vita*, inquit Hieronymus) (*c*). & D. Auguſtinus *hic omne vult meritum comparari, quo poſsit poſt hanc vitam quiſq́; grauari vel releuari* (*d*).

a *Eccleſ.* 11.
b *Ioan.* 9.
c *Hieronym.*
d *Aug. in Enchyri. c.* 100.

33\. Quare errauit Lutherus, aſſerens Animas in Purgatorio perpetuò peccare; quamdiu requiem quærunt, & pœnas horrent: quòd quærant quæ ſua ſunt, non autem Dei voluntatem. Si ſemper peccant; quis aliquando finis purgationis? Non ſemper peccatum eſt, pœnas horrere; & requiem quærere. An Chriſtum peccaſſe dicemus, quando à ſe rogauit *transferri calicem* (*e*)? & Apoſtolum, quando *cupiuit diſſolui, & eſſe cum Chriſto* (*f*)? quod eſt ſua quærere.

e *Matth.* 26.
f *Philip.* 1.

34\. Negauimus Animas mereri, vel demereri; dum in aſſumptis corporibus benè vel malè faciunt: at ſatisfacere pro peccatis quaſdam non negamus. Non enim illa vita ſatisfactionem, quemadmodum meritum excludit, licet alia huius vitæ, quàm illius, in ſatisfaciendo ratio.

35\. Habent igitur Animæ in peregrinis corporibus, ſuperiores, quas diximus, facultates. Sed & habent poteſtatem ſe, ſuaque in quibus apparent corpora, mouendi. Si enim ſe mouere non poſſent, miſerabiliores eſſent, etiam imperfectiſsimis, quibuſque animantibus; quibus vt ſe moueant, conceſſum eſt. Inanis eſſet in ipſis naturalis appetitus; quo vtique ad locum ſe transferre deſiderant. Et in vno loco exiſtentes, citra externum adminiculum, inde auelli non poſſent. Denique cùm corpus, quod informant, de loco in locum moueri poſsint; cur non poterunt & ſe ſolas aliò tranferre? Præſertim quando mouendi facultatem per ſeparationem non amittunt?

36\. Quòd ſi & ſuum, & aliud ſeiunctum, per ſuum potuerunt magna facilitate, quocunque liberet, impellere; hanc verò vim, dum hinc diſcedunt, integram conſeruant: quis non videt, ipſas etiam aliquod corpus, quod non informant, moueri poſſe?

37\. Sed, licet mouendi facultas Animabus ſeparatis non debeat adimi: non tamen par ipſis cum Angelis: ſed neque par in vtroque ſtatu tribuitur. Eſt multo minor, quàm Angelis: quia illi naturæ perfectæ ſunt, non naturæ partes. Eſt multo etiam minor, quàm in hac vita habuerunt; quoniam vnio formæ cum propria materia multo eſt naturalior, multoque validior, quàm cum aliena. Sed nec eſt tanta in ipſis vis, cùm ſunt motores tantùm: quanta eſt, cum & motores, & formæ ſunt ſimul.

38\. Sequi-

Digitized by Google

38. Sequitur hinc errare eos, qui Animas corpora vaſtiora ſuis ingredi poſſe arbitrantur, illaque quo libitum eſſet, impellere docent. Sequitur & illud ipſas vel non poſſe, vel certè expeditè nō poſſe, mouere ſua, quæ ſemel deſeruerunt corpora; ſi diuina diſpenſatione ad ipſa redire contingeret.

39. Fatendum verò eſt, quod quamuis & ſe, & alia moueant Animæ; non eodem tamen modo ſe mouent; quo corpora; ſed quo ſpiritualia & corporis expertia. Sed neque eodem modo corpora ſua mouent ſeparatæ ſeiunctæ. In corpore enim vt formæ adhuc exiſtentes, non totam corporis molem ſimul impellunt: ſed dum vnam mouent partem, altera quieſcit: & quieſcens virtute ex Animabus accepta, mouet deinde aliam. Dum autem extra corpus agunt, non partem poſt partem mouēt, ſed totam ſimul molem impellunt: licet præſtigijs quibuſdam aut alia ratione, eiuſmodi corpus organicè moueri, poſſet videri.

CAPVT XIII.

De cauſis Apparitionum humanorum Spirituum in genere, atq; item illis, quæ ſingulis Spirituum generibus conueniunt.

CAVSARVM genera quatuor ſunt (*a*). Ea in Spirituum humano- 1.
rum Apparitionibus inueniuntur omnia. Ipſarum materia a *Ariſtotel. 3.*
plerumque eſt aer condenſatus. Efficiens, Angelus nunc bonus, *Phyſic.*
nunc malus. Forma, ſpecies quæ ſe ſenſibus offert. Finis, multiplex. De
prioribus dictum eſt ſatis. De fine nunc præcipua eſt inquiſitio.

2. Certè multis magiſque de rebus Apparitiones nos admonent: ſiue vniuerſum ipſarum genus attendas: ſiue cauſas, ob quas Spiritus diuerſi, ex diuerſis ſedibus ad homines reuertentur, conſideres. Nempe & nobis egregriè in fide, & vitæ integritate conducunt: & ſuam ipſi Spiritus quandoque cauſam agant; & denique in vtroque, Dei glorla non parum promouetur.

3. Genus Apparitionum primùm omnium docet, Animam homi- b *Matth. 22.*
nis non interire cum corpore, brutorum more: vt impiè docuerunt c *Vide Aug.*
Saraceni (*b*). & Arabici quidam (*c*): ſed corporis ergaſtulo exutam *lib. de hæreſ.*
(quod diuinæ (*d*) habent literæ), aliam vitam viuere, longè ab hac di- *cap. 83.*
uerſam. d *Matth. 25.*
& 10.

4. Docet ſecundo, non impoſsibilem eſſe corporum reſurrectio- *Luc. 16.*
nem, cuius quædam ſimilitudines ſunt hæ Spirituum Apparitiones. *Sapient 3.*
Eſto, alia ſit illorū corporum, alia aſſumptorum ratio; certè diffici- *Apoc. 16.*

Digitized by Google

lius non eſt Deo, proprium reſtituere Animæ, quàm accommodare alienum.

5. Sed & Deum viuis ſimul atque defunctis dominari, perſpicuè hinc colligitur: quãdo & defunctorum animas in negotijs Dei occupari; & Dei nutu atque voluntate gubernari; non ſecus atque viuentium res perſpicimus.

6. Quid, quòd ipſarum Animarum conditio & natura, non parum hac ratione innoteſcat? Intelligimus hinc ipſas ad Angelicas mentes, & prorſus ſpiritales creaturas proximè accedere. Intelligimus non ea legi corpori coniunctas eſſe; vt ſine ipſo nequeant ſubſiſtere. Intelligimus non ita intelligendo phantaſmatibus indigere, vt ſi ipſis destituantur, prorſus otio debeant diſſolui.

7. Adde, quòd, ſi diligentius animum aduertamus, inſignem quoque in hoc negotio, Dei potentiam perſpiciamus: quando talem Spiritum creauit, qui & corpore non videatur egere, cum corporis nexibus obſolutus, in peregrina ſe forma exhibet: & à corpore non videatur poſſe ſeparari; quando corporis mole eſt circumdatus.

8. Denique ſocietatis, quę nobis cum ipſis cõmunis eſſe debet, nos admonere videntur: ne idcirco illam deponendã putemus, quia grauem hanc, vt ita dicam corporum ſarcinam depoſuerunt: ſed tanto ſtudioſius fouendam, & augendam ſciremus; quãto ipſi præter ſtatus ſui conditionem, plura nobis argumenta, eius & conſeruandæ & augendæ præbent.

9. Et hi quidem fructus vniuerſum Apparitionum genus ſequuntur. Fines verò ob quos, vel beati Spiritus, vel perpetuo infelices, vel illi, qui in Purgatorio pœnas luunt, viuentium rebus interſunt, pro conditione ſtatus ipſorum, alij ſunt, atque alij.

10. Sunt qui beatus Spiritus propterea ad viuos redire contendunt, quod non ſtatim ad cælos euolent; ſed communem corporum gloriam exſpectare debeant. Verùm licet Patribus Veteris Teſtamenti etiam ab omni culpa & pœnæ reatu liberis, ad tempus exſpectandum eſſet: vbi tamen nunc eſt abſolutum pretium redemptionis humanæ; patefacti ſunt cæli, & Sanctis liberrimus in ipſos eſt ingreſſus.

11. Profectò non ille clamaſſet; *Video cælos apertos, & Ieſum ſtantem à dextris virtutis Dei* (*a*); niſi certò cognouiſſet, iam iam ſe ad beatas illas manſiones tansferendum; & eum viſurum, pro cuius nomine ſanguinem profundebat. *Scimus* clamat alius (*b*), *quoniam ſi terreſtris noſtra domus huius habitationis diſſoluatur, ædificationem ex Deo habeamus*

a *Actuum* 7.
b 2. *Corin.* 5.

beamus: domum non manufactam, ſed æternam in cælis. Habemus, (inquit) vt obſeruat Damaſcenus (*a*), non habebimus, *quia ſcilicet, protinus habetur illa domus, ex quo hæc diſſoluitur.* Sed idem ipſe Paulus (*b*) *cupiebat diſſolui;* & non alicubi ſub altari latere; ſed *eſſe cum Christo.* Iam Dominus aſcendit in altum, & captiuam duxit captiuitatem(*c*), illam videlicet, cui nondum in cælum patebat introitus, quia nondum effuſus erat ſanguinis agni.

a *Damaſc. in com.*
b *Philip. 1.*
c *Pſal. 67.*

12. Conſtat præſentem hanc vitam ſtadium eſſe; in quo ſummus ille Agonotheta(*d*), pro cæleſtis beatitudinis brauio, vult nos currere: eſſe arenam; in qua idem ille contra carnem, Dæmonem & mundum, nos vult pugnare(*e*): At qui poſt exantlatum diei laborem, abſolutamque militiæ moleſtiam, ſtipendia ſtatim exolui ſolent.

d *1. Corint. 9.*
e *2. Timot. 2.*

13. Quocirca bene Auguſtinus (*f*): *Sanctorum* (inquit) *Animæ, exeuntes de corpore, ad Chriſtum vadunt: exſpectantes reſurrectionem corporis ſui; vt ad integram & perpetuam beatitudinem, cum ipſo pariter, immutentur: ſicut & peccatorum Animæ, in inferno, ſub timore, poſitæ, exſpectant reſurrectionem ſui corporis; vt cum ipſo ad pœnam detrudantur æternam.*

f *Aug. de dogmat. Eccleſ. cap 78.*

14. Scio fuiſſe quoſdam, & quidem non vulgaris authoritatis homines, qui contrarium aſſerere videntur(*g*). Hi ſi dicere voluerunt, plenum illud, & conſummatum præmium; quòd ex vtriuſque partis, animi ſcilicet & corporis, beatitudine conflatur, non ante extremum iudicij diem perceptum iri; libenter ad illorum ſententiam accedimus: ſi verò ad animam, nullam prorſus felicitatem peruenire; niſi & in corpus ſua redundet: contrariū cum definitione Eccleſiæ tuemur.

g *Vide hos in Bibliotheca Sixti Senēſis.*

15. Quocirca quas Animabus, ſub altari, Apoſtolus audiuit (*h*) factas promiſſiones; non de ipſarum, ſed corporum gloria olim conferenda intelligendæ ſunt. Et veteres Teſtamenti Patres, inquit Apoſtolus(*i*), *ne ſine nobis conſummarentur, non acceperunt repromiſſionem:* illam ſcilicet, quæ abſolutū habet pręmium corporis & animæ. Quanquam nec ſine nobis, id eſt, noui Teſtamenti hominibus felicitatem ſunt conſecuti: quia nimirum cum captiuitate, quam triumphator Chriſtus duxit captiuam, Ioannem Baptiſtam, Innocentes pueros, & alios fuiſſe non dubitamus.

h *Benedictus 11. in ſua Extrauag. Innocent. 3. ca. Apoſtol. Conc. Florent. ſub Eug. 4.*
i *Apocal. 6.*

16. Non ergo idcirco ad nos redeunt beati Spiritus; quia à cælo adhuc excluſi ſunt. Cur igitur? An fortè, quia noſtra opera indigent? At repleti ſunt ab vbertate domus Dei(*k*). Non quærunt opes: quia gloria, & diuitiæ in domo eius(*l*). Non corporis commoda: quia illud iā depoſuerunt. Non rerum noſtrarum ſtatum & conditionem cog-

k *Hebræ. 11.*
l *Pſalm. 35.*

Digitized by Google

noſcere: quia omnia vident, qui videntem omnia vident (a). Non orationes & ſubſidia, quibus iuuentur; quia nulla re egent.

17. Quicquid ab illis in hoc negotio fit, in noſtrum cedit commodum & vtilitatem. Nempe vel, Dei mandata ad nos perferunt (b): vel de ſtatu ſuo nos faciunt certiores (c): vel, quæ nobis vitæ tenenda ratio, edocent (d): vel, vt iram Dei caueamus, hortantur (e): vel, mutuæ nobis charitatis ſunt authores (f): vel, ſanitatem reſtituunt (g): vel, mala impendentia à ceruicibus noſtris depellunt (h): vel, hinc decedentibus ad cælum, viæ ſe duces & comites exhibent (i): vel, alia veræ pietatis & charitatis dona exequuntur.

18. Et licet pleraque horum, Dei diſpenſatione, in hunc finem fiāt, vt intelligamus ipſos etiam in honore habendos: cultus tamen iiſdē præſtandi, certiora ſigna ſunt; quod graues quandoque pœnas exegerint ab iis, qui in ſe fuerunt iniurij: quòd, vt corpora ſua in honore eſſent, admonuerint: quòd ſingularibus priuilegijs ſui ſtudioſos perſecuti ſint.

19. De ſepultura ipſorum corporibus exhibenda, teſtantur Ambroſius (k) & Auguſtinus. Huius hæc ſunt verba (l), *Feruntur*, inquit, *mortui nonnulli, vel in ſomnis, vel alio quocunq; modo apparuiſſe viuentibus; atq; vbi eorum corpora iacerent inhumata, neſcienibus, locúq; monſtratis admonuiſſe, vt ſibi ſepultura quæ defuerat, præberetur. Hæc* (inquit) *ſi falſa eſſe reſponderimus; contra quorundam ſcripta fidelium. & contra eorum ſenſus, qui talia ſibi accidiſſe confirmant; impudenter venire videbimur.*

20. Vindictam eoſdem ſumpſiſſe vno exemplo oſtendiſſe ex Nicephoro ſuffecerit (m). Cùm Cæſar Mauritius imperaret, Chriſtiani quidam parum Chriſtianè in caupona compotabant: & lepidos ſe ſatis eſſe non putabant, niſi inter compotandum, conuitijs in B. Virginem iactis, impurè certarent. Hos ſtatim grauiſſima vltio ſecuta eſt. Hoſpes verò in cuius ædibus blaſphemi conuenerant, non tam grauem quidem, ſed tamen ſuam etiam ſenſit punitionem. Dormienti aſtat beata Virgo, perſtringit verbis: & vitam quidem, rogata, donat, vimine autem genua eius circumcirca, velut exarans, circumſcribit. Id vbi factum, diſparet illa. Hic è ſomno excitatus, à reliquo corpore diſrupta inuenit, & iuſtum Dei iudicium, non oris ſolùm teſtimonio, ſed corporis quoque habitu promulgauit.

21. Verùm offendit hoc quoſdam (n), quòd Sancti defuncti crudeles ſe oſtendant aduerſus ſacrilegos. *Hic*, inquiunt, *Spiritus patefaciunt, & declarant ſe eſſe Spiritus homicidij*. Cur ergo non accuſant Petrum Apoſtolorum principem, propter Ananiam & Saphyram (o)? Eli-

am

a Greg. li. 12. Moral. ca. 13.
b Niceph. li. 10. cap. 12.
c Greg. lib. 4. dialog. c. 40.
d Sup. cap. 11.
e Platina in vita Leonis.
f Niceph. lib. 14. cap. 28.
g Procopius in edif. Iuſtinian.
h Glicas 4. p. Annal.
i Greg. 4. dialog. cap. 14.
k Ambr. Ser. de Geruaſ. & Prothaſ.
l Aug. de cura pro mort. cap. 10.
m Niceph. co. pioſ. lib. 18. cap. 33.
n Centuriatores cent. 6. c. 15. part. 813. 815. 819.
o Actuum 5.

am, propter quinquagenarios (*a*)? Heliſeum Prophetam, propter necatos pueros (*b*)? Prodidit Beda S. Petrum, Laurentium Cantuarienſem Epiſcopum à grege tenero, ac Chriſto recés initiato, fugam meditantem, nocte flagellis cecidiſſe (*c*). Narrat Tertullianus Chriſtianum quendam nocte diuinitus flagellatum; quòd more Idololatrarum fores coronauerit (*d*). Refert Euſebius, Natalium Confeſſorem ab Angelis cæſum; quòd ſe factioni hæreticæ adiunxerit (*e*). Teſtatur Auguſtinus, vt rem ſibi, ſuiſque Hipponenſibus notiſsimam, ciuem quendam Hipponenſem, quia iuſiurandum ei detulerat, quem peieraturum nouerat, ad Dei tribunal raptum, & grauiſsimè cæſum eſſe, & poſtridie plagarum veſtigia in dorſo eius apparuiſſe (*f*).

a 4. *Reg.* 1.
b 4. *Reg.* 3.
c *Beda Hiſt. Eccleſ. lib.* 2. *cap.* 6.
d *Tertul. aduerſ. Praxe.*
e *Euſebius li.* 5. *cap.* 28.
f *Auguſt. in Sermo. recen. Louanij editis ſerm.* 117.

23. Et hæc cauſa eſt, cur ad expugnandas has Apparitiones, tot tormenta aduehant Aduerſarij. quia, ſcilicet, vident, non poſſe ſe, non ſummæ impudentiæ argui, ſi fidem Apparitionibus habeant; & Sanctorum cultum venerationemque euertant.

24. Nec tamen idcirco quis putat nos aſſerere Sanctos honorandos: quia in corporibus viuorum rebus interſunt, ſuumque cultum vel verbis, vel alijs rationibus imperant. Dicimus venerandos, quia in cælis degunt cum Chriſto (*g*): quia filij ſunt, & hæredes Dei (*h*): quia cohæredes Chriſti (*i*): quia in Angelorum conſortium admiſſi (*k*): quia adepti repromiſsionem (*l*): quia hic piè integreque vixerunt (*m*): quia gloria & honor omni operanti bonum (*n*): quia honorificantur à Patre, ob miniſterium Chriſto exhibitum (*o*): denique, quia noſtram cauſam agunt in cælo ſemper.

g *Apoca.* 20.
h *Rom.* 8.
i *Ibid.* 8.
k *Matth.* 12.
l *Heb.* 11.
m *Heb.* 11.
n *Rom.* 1.
o *Ioan.* 12.

25. Abſit verò, vt cultus Sanctis exhibitus nos Idololatras conſtituat. Deo ſupremum, quem poſſumus, religionis cultum tribuimus, ipſumque vitæ noſtræ auctorem, & ſalutis conſummatorem libenter profitemur. At Sanctos, tanquam Dei amicos, noſtroſque apud Deum patronos, & interceſſores, longè inferiori honore proſequimur.

26. Sed & alia de cauſa has Apparitiones oppugnant: ob quam nos ipſas vehementer probamus. Quia, ſcilicet, Sanctos cum Chriſto regnantes, noſtras preces & vota percipere pluribus argumentis hinc oſtenditur. *Quid à me petis Lucia*, dicebat S. Agatha, *quod ipſa poteris continuò præſtare matri tuæ* (*p*)? Implorat beatæ Virginis opem Damaſcenus, ſibique cupit manum reſtitui: & ecce ipſa, quaſi coram, vocem loquentis audiſſet, ſtatim votis ſatisfacit (*q*). Petit docile ingenium, & diuinorum ſcientiam Rupertus Tuitienſis: & adeſt in

p *Surius To.* 6. *in vita Luciæ.*
q *Sup. cap.* 11.

Digitized by Google

ſomnis eadem Virgo, ſimulque promittit & præſtat, quod petitur (*a*) &c.

17. Quocirca quod B. Auguſtinus habet (*b*): *Neſciunt mortui, etiam ſancti, quid agant viui, & eorum filij*, ipſorum vires naturales in cognoſcendo arguit (*c*); alioquin diuinitus illuſtrati, quid non vident, qui omnipotentis Dei claritatem vident (*d*)? Sciunt Angeli pœnitentiam peccatorum; alioquin quomodo *gaudent ſuper vno pœnitentiam agente* (*e*)? Gabriel cognouit orationẽ Danielis (*f*). Raphael preces Tobiæ (*g*): & his ſimiles fore Sanctos, confirmat oratio Chriſti (*h*). Sed nec oraſſet multum pro populo Hieremias, ſi grauem ſuorum miſeriam non perſpexiſſet (*i*).

18. Et quidem quatuor modis B. Auguſtinus mortuos de noſtris rebus certiores fieri exiſtimat (*k*). *Poſſunt* (inquit) *audire ab ijs, quibinc ad eos moriendo pergunt. Poſſunt & ab Angelis, qui rebus noſtris ſunt praſto, percipere ſpiritu Dei reuelãte cognoſcere. Poſſunt deniq; ex viuis, ad quos quandoq; mittuntur, intelligere.*

19. Si verò Spiritus boni noſtras preces audiunt: quid quæſo peccamus, quando ipſos, vt noſtram cauſam apud Deum agant, imploramus? Dicis: Audire non poſſunt, quia mortui ſunt: At viuere docet Scriptura (*l*). & audire poſſe, teſtatur Auguſtinus (*m*). Non poſſunt, pergis, quæ petimus conferre: At non vt dent, ſed vt impetrent à Deo, qui dare poteſt, rogantur. Cedit, ais, in iniuriam clementiſsimi Dei, qui paratiſsimus eſt, vt per ſe omnia tribuat, nullis interuenientibus Sanctorum precibus: At non minus clemens olim Deus fuit, quando tamen ad Abrahami preces pepercit Abimelech (*n*): & ſacrificijs Iob placari voluit, ne in illos pro meritis animaduerteret, qui grauiter in ipſum deliquerant (*o*).

20. Sequitur & hinc; ipſos Sanctos pro nobis intercedere, & cauſam noſtram apud Deum agere. Quoniam, cùm ſciant vota noſtra, atque deſideria: ipſi verò flagrent incredibili charitate: dubitare non poſſumus, quin quod poſſunt, & pro charitate debent, velint. *Non eſt credendum* (inquit B. Auguſtinus) (*p*) *tunc Sanctos viſcera miſericordiæ exuturos, cùm fuerint pleniſſimæ & perfectiſſimæ ſanctitatis: vt qui tunc etiam orabant pro inimicis, cùm ipſi ſine peccato non erant.* Hinc bene Origenes (*q*) docet, Sanctorum Animas cum pijs precari: hinc Auguſtinus, viuentibus opitulari (*r*). Gregorius Nazianzenus nos paſcere (*s*): Baſilius communes generis humani eſſe cuſtodes: & optimos curarum ſocios (*t*): Prudentius ſalutem hominum ſeruare (*u*).

21. Sed plures conſtituimus mediatores. Quid tum? Conſtituit ſe Moyſes mediatorem inter Deum & populum (*x*). Paulus inter Deũ

& Iſrae-

a *Ibid.*
b *Aug. de cura pro mort. c 13.*
c *Thom. 1. p. q 80 art 8.*
d *Greg. 12. Moral. ca. 13.*
e *Luc. 15.*
f *Daniel. 10.*
g *Iob 12.*
h *Matth. 22.*
i *2. Mach. 12.*
k *Auguſt. de cura pro mor. cap. 4. & 15.*
l *Matth. 22.*
m *Aug. vbi ſup.*
n *Geneſ. 20.*
o *Iob 41.*
p *Auguſt. de Ciu. c. 18. & ſerm. 18. de Sanctis.*
q *Orig. lib 8. cont. Celſ.*
r *Aug. de cura pro mort. cap 16.*
s *Greg. orat. in Cypri. & Athan.*
t *Baſil hõ 32.*
u *Prudent. in carm. de Agnete Rom.*
x *Exod. 32.*

Digitized by Google

& Iſraelitas (*a*). *Vnus eſt mediator Dei & hominum* (*b*): verùm qui dedit ſemetipſum redemptionem pro omnibus: quales ſanctos aſſerere, citra ſummam Creatoris iniuriam, nemo mortalium poteſt. a Rom. 9. b 1. Tim. 1.

22. Magnum ergo pondus rebus Chriſtianis afferunt beatorum Spirituum Apparitiones. Nam & fidei dogmata egregiè illuſtrant: & mores Chriſtianos non parum informant. At non idem finis eſt damnatorum Spirituum.

23. Qui Animas ſceleratorum hominum in Dæmones conuerti aſſerunt; quod Tertullianum ſentiſſe ſcribit B. Auguſtinus (*c*) & ita Dæmonum ſtudia in effictis corporibus imitari: non attendunt Chriſtum docere aliam Dæmonum, aliam Damnatorum conditionem eſſe; quando maledictos mittit in ignem æternum, paratum Diabolo & Angelis eius (*d*). c Auguſt. ad Quoduult eu. cap. 86. d Matth. 25.

24. Qui putant ipſos noſtra ſuffragia expetere; vt aut mitius cum ijs agatur, aut à pœnis illis aliquando abſoluantur, aut eſſe ſaltem deſinant: ignorant, impijs nullam eſſe ſpem reliquam (*e*), nec leuioris quidem ſupplicij. Ignorant ignem æternum illis eſſe paratum (*f*), ex quo nunquam ſunt egreſſuræ. Ignorant eam eſſe ipſarum conditionem, vt deſinere eſſe nequaquam poſsint (*g*). e Sap. 5. f Matth. 25. g Vide Sixtū Senen. lib. 5. ca. 47. bibliō.

25. Qui volunt Apparitiones ſupplicij eſſe leuamen: quaſi ex inferno egreſſæ, à grauitate pœnarum paululum reſpirent, & ſolatium quoddam, ex hominum conuerſatione, accipiant: neſciunt continuas eſſe impiorum pœnas (*h*): & omni prorſus ſolatio indignas; quę quam habuerunt bene merendi occaſionem, ſuperbè & contumaciter reiecerunt. h Luc. 16.

26. Sunt, qui velint ipſarum ſtudium & nocendi libidinem hunc nobiſcum conuerſandi modum expetere. Sed licet nocere cupiant omnes, & benefacere poſsint nihil: in ipſarum tamen nequaquam eſt poteſtate, vt corpora induant, & pro libidine, quæcunque volunt, exequantur.

27. In noſtrum cedit commodum cum primis, & diuina fit diſpenſatione, quòd Spiritus illi appareant, noſque ſuarum pœnarum certiores reddant. Nempe, vt ſciamus, non ſolùm aliam eſſe vitam, quæ hanc ſequitur; verùm etiam in illa diuinæ iuſtitiæ haberi rationem ſingularem; & veriſsima eſſe, quæ de reproborum pœnis paſsim ſacra teſtantur eloquia (*i*). i Matth. 8. 22. 24. 27.

28. Sed & diuinæ clementiæ erga hominum genus egregium licet hic obſeruare argumentum: quando, quibuſcunq; poteſt rationibus, noſtram ſalutem promouet. Sufficere poterant ad impios, à vitiorum cœno, ad meliorem vitam, reuocandos, tot ſanctiſsimorū hominum Luc. 13. Marc. 9. Iſaiæ 66. 14. Iob. 6. &c.

 illu-

illuſtria exempla; tot libri ſcripti; tot graues in vtroque Teſtamento comminationes; Tot egregiæ exhortationes. Præſumi poterat, non credituros mortuis; qui Moyſen & Prophetas non audirent: ſed tamen ne qua neglecta videretur ratio noſtram ſalutem promouendi; non imagines tantùm pœnarum, ſed ipſas quandoque pœnas oculis obijcit, & illorum non ſermone tantùm; verùm etiam habitu, & rebus ipſis exprimit, qui illas paterentur.

29. Accedit his, quòd oſtendant diuinæ ſapientiæ non eſſe præſcribendum modum; quaſi addictos æternis ſupplicijs, vno ſolùm loco oporteat pœnas perſoluere: quando & in alijs locis; viſi Spiritus damnatorum, eo ipſo vbique iram Dei vindicem adeſſe poſſe docuerũt, quòd ſuas ſecum pœnas circumferrent.

30. Tertium genus Animarum, quod ad perpetuam felicitatem aſpirat, ſuam præcipuè cauſam his Apparitionibus agere videtur. Præterquam enim, quòd alijs de rebus nos admonent, duobus inprimis ſtudent iuſtitiæ (inquam) diuinæ ſatisfacere; & noſtram opem atque ſuffragia implorare.

31. Quia enim ſuorum peccatorum pœnitentiam, in vita hac perfectam non egerunt, ideo quod ſatisfactioni conuenienti defuit, in altero ſeculo oportet perſoluatur: & quidem in aſſumptis quandoque corporibus: vt quò maior hác ratione ad ipſas Animas pœna diriuatur, eò perfectius ſatisfaciat diuinæ iuſtitiæ (*a*).

a *Gregor. 4. dialog. ca. 55.*

32. Quid verò prohibet, vt in externa ſpecie poſtulent, quod continuo ſtudio votis ardentibus vrgent? Neq; enim eo loco ipſas habet diuina clementia, vt de iure ſuo nihil putet eſſe remittendum, nullamque miſeris impendendam indulgentiam. Vt filios caſtigat paternè: & per ſe clementiſsimus patitur, vt aliorum ſubinde ope atque ſubſidio ſubleuentur.

33. Adde, quòd quemadmodum pleraque religionis Chriſtianæ myſteria etiam externis Apparitionibus cõfirmantur: ita hoc eodem genere, Purgatorij teſtes eſſe voluerit Deus animas, quæ inde egreſſæ, ad viuos redirent? Myſterium Trinitatis, ſi Auguſtino credimus (*b*), exhibuerunt tres Angeli viſi Abrahamo (*c*): Incarnationis Chriſti ſimilitudines quædam fuerunt Spiritus Patribus exhibiti (*d*). Alterius vitæ teſtes ſunt defunctorum Animæ ad viuos reuerſæ (*e*). honoris & cultus Sanctis impendendi, eædem animæ (*f*). Poſſunt ergo fidem facere Purgatorio illæ ipſæ, quæ inde egreſſæ, in aſſumptis corporibus rebus humanis interſunt.

b *Aug. lib. 1. de Trin. c. 11.*
c *Gen. 18.*
d *Sup. ca 4.*
e *Sup. hoc ca.*
f *Ibid.*

34. Quapropter ex hoc loco duob⁹ modis ignis Purgatorij auctoritas aſtruitur. Nã & Animæ ſe noſtro auxilio iuuari teſtãtur: & Deus in hũc finem ad viuos reuerti ipſas permittit, vt hanc rem, tanquam certiſsimi teſtes confirment.

35. Forte

35 Fortè ridemur, quid incertis reuelationibus, vt videtur, fidem facimus Purgatorio. Verùm quomodo incertæ vel eſſe, vel dici poſſunt; quæ tam multis & inſignibus authoritatibus confirmantur? Sed neque ex reuelationibus Purgatorium eſſe probamus: verùm iuſtiſſimè aſſertum ab omnibus Catholicis, ex iiſdem oſtendimus. Alioquin ſi ad hanc rem confirmandam parum exſpaciari liceret; non deeſſent Scripturæ illuſtria teſtimonia: non grauiſsimorum Conciliorum authoritas: non ſummorum Pontificum inſignia ſuffragia: non ſanctiſsimorum Patrum ſenſus atque conſenſus: Sed nec ratio ipſa: quam prophani authores, tanquam ducẽ ſecuti, cognouerũt non ſtatim quaſcunque Animas ad beatas ſedes tranſuolare: ſed quaſdam prius, ita ipſarum meritis exigentibus dignis ſupplicijs expiari. Vt interim taceam Aduerſarios: qui non parũ hic inconſtantes ſunt, & trepidant. Vide de hac re Appendicem ſecundam ad calcem huius libri.

36. Sed nolimus in hoc negotio eſſe moleſti. Id dicimus, ex harum Animarũ nobiſcũ conuerſatione, non id ſolùm nos diſcere, vt credamus Purgatorium eſſe; verùm etiam cognoſcere, nõ de ſtatu ſuo illas eſſe incertas: quòd à quibuſdam aſſeritur (*a*). Sciunt, quòd tanquã filij à Deo caſtigentur: eoq; libentius pœnas ſuſtinent, quo certis conſtat, aliquando liberandas eſſe, & beatis illis mentibus coniungendas (*b*).

a *Luth. art. 5. & 38. à Leon. damn.*

37. Didicimus etiam ab iiſdem, quibus potiſsimũ rationibus ipſis ſubueniatur: ijs nimirum, quas & antiquitas probauit, & ſacræ Scripturæ inſigniter commendãt. oratione, inquam, eleemoſyna, ieiunio, & ſacro Miſſæ ſacrificio: quibus ſe adiuuari ipſæmet teſtatæ ſunt, & adiutas experientia probauit. Vide hac de re Diſpu. noſtram de Suffragijs quibus defuncti iuuantur.

b *Vide ca. 13. Pelta. de Purgatorio.*

38. Hinc bene S. Aug (*c*); *Orationibus ſanctæ Eccleſiæ*, inquit, *& Sacrificio ſalutari, & eleemoſynis, quæ pro eorum Spiritibus erogantur, non eſt dubitandũ mortuos adiuuari; vt cum ijs miſericordius agatur à Domino, quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim à Patribus, id eſt Apoſtolis traditum, vniuerſa obſeruat Eccleſia.* bene item B. Greg. (*d*). *Animæ*, inquit, *defunctorũ, quatuor modis ſoluuntur: aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunijs amicorum.*

c *Aug. ſerm. 34. de verbis Apoſt.*

d *Gregor. & hab. c. Animæ 13. q. 2.*

39. Verùm non eadem omnium horum operum ratio eſt. Siquidẽ ieiunium rectius inter ſatisfactoria opera ponitur, quàm inter ſuffragiorum genera. Licet enim moleſtum ſit, & carni infectum; non ita tamen ad alterum refertur, atque ad ipſum ieiunantem.

40. Sic neque reliquorum ſuffragiorum omnia vis eſt vna. Primas obtinet Sacrificiũ altaris: tũ, quia in ipſo vnigenitus Dei Filius offertur: tũ quia per Eccleſiam, cuius deuotio eſt gratiſsima Deo, offertur: tum

Digitized by Google

tum denique, quia à temporibus Apoſtolorum ad noſtrum hoc ſeculum tanquam præſentiſsimum remedium, illud frequentauit ſancta & Apoſtolica Eccleſia: vt diſertè docent Chryſoſtomus (*a*) Damaſcenus (*b*), Iſidorus (*c*), Rabanus (*d*).

41. Interim licet hoc Sacrificium multis de cauſis principem locum obtineat; poteſt tamen vſu venire, vt ſatius ſit largas eleemoſynas erogare, quàm ſacrificium Miſſæ frequentare: vt interim taceam eleemoſynas magnam habere in ſcripturis commendationem; (*e*) multum valere ad expianda peccata (*f*): & Patres, qui de mortuorum ſuffragijs ſcripſerunt, harum magnam rationem habuiſſe (*g*).

42. Habet igitur poſtremum locum oratio, ſi generatim hac de re loquamur: quamuis propter orantis pietatem, & ſanctimoniam, plus aliquando apud Deum efficere valeat, quàm vel ſacrificium, vel eleemoſyna.

a *Chryſ. hom. 69. ad pop. Antioch.*
b *Damaſ. ſer. pro defunct.*
c *Iſid. lib. Of ficio.*
d *Raba ſup. 12. cap 2. Machab.*
e *Deut. 15. Tob. 4. & infinitis locis.*
f *Daniel. 4.*
g *Clemens Epiſt. 1. ad Iacob. Orig. li. 3. in Iob. Athan. lib. de varijs qq. Chryſ. & alij, vbi ſup.*

CAPVT XIIII.

De temporibus, locis, atque perſonis, quibus humani Spiritus tam boni, quàm mali, plerumque ſe exhibent.

QVAE de temporibus, locis, atque perſonis, quibus ſe Spiritus exhibent, dicenda ſunt; ea pleraque omnia, quemadmodum & ipſorum Spirituum ad nos reditiones, ex diuina pendent diſpenſatione. Quocirca in hac re, non quid fieri neceſſe eſt, ſed quid factum, fieriue conueniat, expendendum.

2. Atque vt de tempore primum dicamus; Olim in veteri lege, rariores fuerunt Apparitiones; & præter trium hominum, (*h*) nullarũ fit in diuinis literis mentio. Sed nec res, nec hominum conditio illas poſtulare, vel tutò admittere poſſe videbatur.

h *Cap. 11.*

3. Poſt extremum iudicij diem, nullæ prorſus erunt. quoniam nec vlli omnino erunt Spiritus; ſingulis ad ſua corpora iam reuerſis. Nec ſi eſſent, vllam haberent, cur ſe exhiberent, rationem.

4. Tempore gratiæ ſunt frequentiores: quando etiam plura diuinę erga humanum genus clementiæ extant argumenta. Et pulchrè B. Gregorius (*i*). *Quantum præſens ſeculum propinquat ad finem, tantum futurum ſeculum ipſa iam quaſi propinquitate tangitur, & ſignis manifeſtioribus aperitur.*

i *Greg. 4. dialog. cap. 41.*

5. Qui lunæ accretionem, vel decretionem; aliorum item ſyderum coniunctionem, & oppoſitionem exſpectant; & facilius tum rebus humanis Spiritus intereſſe autumant; grauiter errant: quoniam ſicut

Digitized by Google

ſicut in Spiritus nihil poſſunt corpora cæleſtia (*a*); ita neque, vt ad nos reuerẽantur, promouent: neque, cur minus reuerti poſsint, impediunt.

a *Thom. 1. p. q. 115. ar. 5.*

6. Minus errant, qui quatuor anni temporibus, quæ ob ieiunium & ſacrorum hominum ordinationes, iam à multis ſeculis ſunt celebria (*b*), facilius redire ad nos exiſtimant. Siquidem beatorum Spiritus tum maximè noſtra conuerſatione delectantur, quando pijs operibus diligentius vacamus: & qui ob delicta ſua nondum ſunt expurgati; nos ad ipſos iuuandos, magis tum expeditos, & promptos eſſe experiuntur.

b *Leo ſer. de ieiun. 10. miſ.*

7. Quietum verò ſemper quærere videntur animum. quô fit, vt diurnos tumultus fugiant; & noctibus, quando ab occupationibus mens eſt libera, frequentius adſint. quæ cauſa fuit, vt olim hominibus exhibitæ Apparitiones, pleræque nocte, vel ſomno preſsis acciderint (*c*).

c *Matth. 2. &c.*

8. Certum verò eſt, & quidem grauiſsimorum hominum auctoritate (*d*), plurimiſque exemplis, plerumque iuſtis vſuuenire; vt in morte ſua Sanctorum viſiones aſpiciant: ac eorum apparentium ſocietate, in ſupremo illo agone, corroborentur. Vrſinus Nurſiæ preſbyter, vir ſanctus & caſtus, vidit Petrum & Paulum Apoſtolos (*e*): Probus Rheatinus Epiſcopus, Iuuenalem & Eleutherium (*f*): Galla Romana, diuum Petrum (*g*): Muſa puella B. Virginem (*h*): Traſilla Felicem Pontificem (*i*).

d *Greg. lib. 4. dialog. ca. 11.*
e *Gre. moral. cap. 11.*
f *Greg. lib. 4. cap. 12.*
g *Idē Greg.*
h *Idem li. 4. cap. 14.*
i *Idem Greg.*

9. Sunt etiam (liceat hic parumper ad totum Spirituum genus excurrere) ſunt, inquam, qui morientes à malignis Spiritibus infeſtari, atque per externam formam moleſtari arbitrantur. Quod quemadmodum, ſine ratione, vel auctoritate aſſerere, temerarium eſſet; ita ſtatim damnare vel reijcere; cùm multorum conſenſus contrarium habeat, non vacaret repræhenſione. Malimus de hoc nihil aſſerere, quàm temerè quicquam definire.

10. Id certum eſt, tam bonorum quàm malorum Spirituum occupationem non paruam eſſe apud morientes: Et bonos quidem, inprimis verò illum, qui, vt beatus Hieronymus loquitur (*k*), *ab ortu natiuitatis vnicuique in cuſtodiam delegatur*, noſtram ſalutem impensè quærere: malos verò eandem maioribus machinis & ardentiori ſtudio oppugnare. Verùm non in hoc negotio aſſumptis corporibus indigent: nec neceſſe habent, vt noſtris ſe ſenſibus ingerant.

k *Hieron. ſu. Matth. 18.*

11. Certum & illud eſt, quod horrendis exemplis probant B. Gregorius

gorius (*a*), & Venerabilis Beda (*b*), malignos Spiritus etiam in externis formis, impios adortos, quando ex hac vita fuit diſcedendum; ipſosq; impios lamentabili voce queſtos ſe damnatos, & infernali draconi in eſcam traditos. Sic probamus, quod B. Martinus (*c*) experientia didicit, & docuit; in iiſdem etiam formis admodum graues & moleſtos in eodem agone extitiſſe bonis.

a Gre. 4. dial. ca. 18. & 38.
b Bed. in hiſt. Angl. cap. 14. & 39.
c Sulpit. in vita Mart.

12. Hic erga morientes Spirituum conatus eſt. In ipſo verò animæ à corpore egreſſu, aſsiſtere bonos & malos; nunc vnum, nunc plures, bene docet Bonauentura (*d*): & per bonorum quidem miniſterium vult iuſtorum animas adduci in cælum, vel purgatorium; impiorum verò, per miniſterium malorum, ad infernum. Verùm vt ad hæc exercitia præſtanda corpora ſibi aptent, nulla eſt ratio, quæ cogat.

d Bonauent. in 4. diſt. 10.

13. Etenim aſsiſtunt, cùm de animabus iudicium (quod particulare dicimus) exercetur. Hoc verò non ſubit anima, dum in corpore adhuc eſt conſtituta. Quouſque præſens hæc vita decurrit: eouſq; ſemper homo, Dei gratia, per veram pœnitentiam, conuertere ſe poteſt ad Deum; aut à Deo, per ſolum liberum arbitrium, deficere. Subit ſtatim, quando, atque eodem loco, vbi corpus egreſſa eſt.

14. Hinc & illud ſequitur, non eſſe neceſſe, vt corporali ſpecie Chriſtus ſe, quādo hoc iudicium exercet, exhibeat: vt plerique magis piè, quàm verè exiſtimant: quin veriſimile cenſemus, quod cùm circumſcriptiuè in vno tantùm loco degat; non ipſe per ſe huic ſemper iudicio præſideat; ſed identidem Angelorum opera vtatur: & interim ipſius auctoritate fieri dicatur: quia non ſua, ſed Chriſti auctoritate faciunt Angeli, quidquid hîc faciunt. Sed ad propoſitum noſtrum. Ad loca, quibus Spiritus apparent.

15. Ergo locorum eadem, quæ Temporum, ratio eſt: vt id certò poſsit affirmari; quòd certi queat ſtatui nihil, omniaq; à diuina pendeant diſpenſatione: quæ vt tempora, ita loca ſpiritibus aſsignat & permittit.

16. Sanctorum interim Spiritus ſæpius iis conſpecti ſunt locis; vbi vel preces & patrocinia ipſorũ expetita, vel corpora ſepulta (*e*). Nam & honorem ſibi delatum, Deo eſſe gratum hac ratione demonſtrant: & ibi ſe eſſe mente atque cognitione, externis ſignis probant, vbi corpora, in quibus Deo militarunt, conquieſcunt.

e Greg. 4. dialog. cap. 21.

17. Nondum beati Spiritus, beandi tamen quandoque, duobus potiſsimum locis cernuntur. Vno, quo ſe hominum ſuffragia conſequi poſſe, vt citius ad cælos emigrent, confidunt altero, vbi pœnas

peccatis

peccatis ſuis debitas contraxerunt, & ex diuina diſpenſatione eas perſoluunt(a). a Greg. lib. 4. dialog. ca. 55.

18. Damnatorum proprius locus eſt infernus. Illum vel habent communem cum Angelis apoſtatis, in centro terræ; vel ſi quando apparent, eo potiſsimum loco ſuſtinent, vbi peccata, ob quæ infernum meruerunt, contraxerunt. Docet, vt ex eo ipſo loco creſcat ſupplicij grauitas; ex quo ab improbis olim maior ſumpta eſt peccandi licentia.

19. Perſonæ, quibus Spiritus viſi ſunt, ad tria genera reuocari poſſunt; Iudæos, Gentes, & Chriſtianos, & Chriſtianis quidem frequentius apparuerunt, rarius Iudæis, rariſsimè Gentibus.

20. Qui inter Chriſtianos non ita quemadmodum docet Catholica Eccleſia ſentiunt, à bonis Spiritibus rarius moleſtantur. Hos frequentius conſpiciunt, qui fidem, quam à maioribus; & tota antiquitate didicerunt, profitentur.

21. Et ad amicos ferè ſæpius, & notos: quàm alios redeunt. Quia & plures & maiores habent rationes, cur ipſis bene velint: atque plura viciſsim & amplpiora ab ipſis, ſi indigeant, ſperare poſſunt præſidia.

22. Sed & ijs moleſtos quandoque Spiritus eſſe, qui, cùm communem adhuc vitam agerent, ipſis crudeles manus attulerunt; facilè admittimus: tum ob vindictam grauiſsimi ſceleris: tum, quòd plurima huius rei exempla paſsim inueniantur. Confeſſus eſt Pauſanias Lacedęmoniorum Rex, ad finem vſque vitæ ſe graues perſecutiones & illuſiones perpeſſum à Spiritu virginis cuiuſdam; quam proprijs manibus crudeliter confodit(b). Eandem rem egregijs exemplis, alij authores confirmant(c). b Plutarch. in Pauſa. c Virg. 4. Aeneid. Marſil. Ficin. lib. 16. de immort. animæ. Ioan. Bodin. de dæmo. lib. 2. cap. 3.

23. Neque hoc quærunt Spiritus, vt mulieribus, quàm viris ſæpius, ſe exhibeát. quapropter veriſimile eſt ſæpiſsimè ipſis Dæmonis præſtigijs impoſitum eſſe, quando de pluribus ſibi factis reuelationibus gloriantur.

24. Rarius autem contingit, vt in numeroſa multitudine appareant; ſæpius vt ſingulos per ſe, vel pauciores adoriantur: tum quia tumultum fugiunt & turbas: tum quia non minus cõmodè per paucos, quàm per multos poſſunt, quod cupiunt, perficere.

25. Quod aſſerunt quidã, eſſe certa quædam hominum genera (illos ſcilicet, qui caſsidem ſecum ex vtero deferũt, & qui diebus illis, quos quatuor anni Tẽpora dicimus, in lucem ſunt(d) editi), qui frequẽtius Spiritus videant; quos etiam alij præſentes, videre non poſsint; inter aniles reponimus fabulas. Etenim ſi Spiritus corpora induerũt; quid d Ioa. Bodin. de dæm. Mag. lib. 3. cap. 1.

 pro-

Digitized by Google

prohibet cur ab omnibus conſpiciantur? Si verò corporis prorſu expertes ſunt; non illorum ſolùm, verùm omnium omnino ſenſu refugient.

26. Non tamen negamus à quibuſdam aliquando Spiritus videri; à quibuſdam minimè. Vidit Vrſinus Petrum & Paulum, cùm animam ageret (*a*), & Tarſilla Felicem (*b*): quos tamen præter ipſos, nullus conſpiciebat. Sic puer quidem quinquennis, Diabolum vidit in forma Mauri; quem pater, ipſum in ſinu fouens, minimè cōſpiciebat (*c*). Vidit Beatus Martinus eundem in forma cruentæ beſtiæ: qui tamen aſtantium oculos fugiebat (*d*). Et Chryſorius homo flagitioſus, non verbis ſolùm, ſed & corporis habitu, & vultus pallore deterrimos viros atque nigerrimos Spiritus, coram ſe aſsiſtere, & grauia ſupplicia intentare conſpexit; quos nec filius eius Maximus, nec ex familia quiſquam obſeruauit (*e*). Verùm id longè alia fit ratione, quàm illi arbitrantur.

a *Greg. 4. dialog. cap* 11. b *Id cap.* 16. c *Greg. 4. dialog. cap.* 18. d *Sulpis in vita Mart.* e *Greg. 4. dialog. cap.* 38.

27. Nihil in hoc negotio accidit, ſine Angelorum ſiue bonorum, ſiue malorum opera & induſtria: qui vt in vniuerſam materiā corpoream ſunt potentiſsimi: ita in hominum ſenſus valent non parum. Quocirca vel ipſi ſenſus im mutant, vt homines arbitrentur ſe cernere, quæ reuera extra ſenſus non ſunt: vel aciem ſenſuum in functionibus impediunt, ne ſuo officio pro viribus ſatisfacere poſsint.

CAPVT XV.

An liceat quouis modo cum quibuſcunque Spiritibus agere, & communicare.

Commvnicatio, quæ nobis cum Spiritibus communis eſſe poteſt, duplex eſt. Altera fit verbis; altera rebus. Vtraque, quemadmodum modos, ita difficultates, habet plures. Vtrobique quæritur, quanta, qualiſúe nobis cum ipſis, abſque Dei offenſa, intercedere poteſt. Diſputatio verò ad totum ipſorum genus ſeſe extendit.

2. Miſcere ſermonem cum Spiritibus, ex ſe culpa vacat. Neq; enim ex illorum genere eſt, quæ ideo mala ſunt, quia prohibita: neque ex illorum, quæ ideo prohibita, quia mala. Hinc eſt, quòd & cum Deo, qui Pater eſt Spirituum; & cum Angelis, tam bonis, quàm malis; & cū humanis Spiritibus quibuſcunque, mortales plerique, citra vllam ſuam culpam locuti fuerint.

3. Culpa, ſi quæ hîc interuenit, vel ex modo cum ipſis agendi accidit; vel ob rem, de qua oratio inſtituta eſt. Alius eſt modus agendi

cum

Digitized by Google

cum his,alius cum illis. Et quas res ab his citra peccati ſuſpitionem quærere licet,atq; intelligere: eas ſi ex aliis velis cognoſcere,in Creatorem fieres iniurius,& contumelioſus.

4. Ratio & natura dictat,vt ad Deum directus ſermo humilis ſit, atque reuerens;& qui obſequentis animi præſeferat ſignificationem. Cuius cum multorum aliorum,tum præcipuè Abrahami, Moyſis,& Dauidis hæ voces præbent argumenta: *Loquar ad Dominum, cùm ſim cinis & puluis(a).Quis ſum ego,vt vadam ad Pharaonem (b). Ego peccaui, ego malum feci(c).* a Geneſ.18. b Exo .3. c 2.Reg.24.

5. Sed & cum Angelis bonis ita loquendum, vt ſtatus ipſorum & conditio poſtulat. nempe, tanquam cum Dei amicis, atque legatis; per quos diuina nobis voluntas innoteſcit. Et quia contumelia legatorum in ipſos redundat, à quibus legatio eſt profecta:honor ſimiliter exhibitus, in eoſdem tendit; hinc eſt,vt abſque crimine ſint veteris teſtamenti Patres;quando etiã ita cum Angelis ſunt locuti; quomodo ſi cum Deo locuti fuiſſent, carerent reprehenſione. quoniam in Angelis Deum loquentem audiebant.

6. Cum Dæmonibus nulla nobis poteſt amica intercedere confabulatio(d), ſiue ſermo habendus ſit cum ipſis,ſe in externa ſpecie exhibentibus, ſiue per obſeſſos reſpondẽtibus.Nam & capitales noſtræ ſalutis ſunt hoſtes: & Dei imprimis quærunt contemptum. *Quæ verò ſocietas luci ad tenebras?aut quæ conuentio Chriſti ad Balial? & quis conſenſus templo Dei cum Idolis(e)?* d Thom. 22. q.90.art.2. e 2.Corint.6.

7. Modus ſermonem miſcendi cum humanis Spiritibus, vix alia ratione reprehenſionem,quàm is meretur, qui nobis fuit cum ipſis, adhuc communem vitam agentibus;niſi quòd ſtatus conditio quoddam πλέον poſtulare videatur.

8. Ob rem, de qua oratio inſtituta eſt, facilius error contingit. Et cum Deo quidem,atque cum bonis Angelis, iis de rebus ſermo habendus eſt, quibus illi occaſionem præbent.Quòd ſi quid aliud quærendum,certè non ſit oportet procul à propoſito; vel in inquirendo non ſimus importuni; niſi de propenſa Dei nobis conſtet voluntate.

9. Hinc eſt, quòd ſancti homines, quibus olim,vel Deus,vel Angeli locuti;tantùm aures præbuerint ad ea,quæ dicebãtur(f). Quòd ſi quid aliud locuti ſunt;id vel cum propoſita erat re coniunctum: (g) vel grati animi declarabat ſignificationem(h):vel virium ſuarum ad Dei mandata exequenda infirmitatem(i); vel ſtudium proximorum neceſsitatibus ſubueniẽdi(k):aut eo fine adferebatur,vt de promiſſionibus ſibi factis fierent certiores(l). f Geneſ.22. g Geneſ.18. h Iudic.6. i Exod.3. k Geneſ.18. l Luca 1.

10. Ex defunctorum Spiritibus tria præcipuè cognoſci poſſe vidẽtur.

tur. Primum, quis ipſorum ſtatus & conditio. Alterum, quos ſocios habeant pœnarum, vel gaudiorum. Tertium, ſitne ea alterius ſeculi, in quo degunt, ratio, quam ſacris literis edoctus Chriſtianus populus profitetur. Secundum illud, curioſum eſt. Tertium, ab imperfecta fide proficiſcitur. Vtrumque repræhenſibile. Primum repræhenſione vacat.]

11. Vacat, inquam, repræhenſione. Nam & ipſi Spiritus plerumque vitæ ſuę conditionẽ verbis, aut ſignis prodũt: & ſuo muneri, ad quod perficiẽdum, ad viuos redeunt, non ita commodè facerent ſatis, niſi, quibus locis deputati ſint, conſtaret.

12. Sed & Eccleſia, quando de conditione Spirituum, qui ſe noſtris obtutibus offerunt, dubitatur, eam conſuetudinem probat; qua adiurationibus coguntur, vt ſe prodant, cauſas ſuæ ad nos reditionis aperiant, viuis moleſti eſſe deſinant.

13. Communicatio, quæ per verba cum Diabolis poteſt intercedere, vel amica eſt & deprecatoria: vel hoſtilis (vt ita dicã), & compellens. Amica ſuſcipitur, vel vt aliquid ab ijs addiſcamus: vel vt quippiam adipiſcamur (a). Quæ addiſci poſſunt, vel præteritum tempus reſpiciunt, vel futurum, vel præſens. Quæ per ipſos in noſtrum vſum perueniunt, vel fortunæ ſunt bona, vel corporis commoda, vel ſcientiæ. Ob quoſcunque tandem fines ſuſcipiatur, duplici de cauſa repræhenſionem meretur: tum quia à Diabolis illa petuntur: tum quia amicè petuntur.

a Thom. 2.2. q. 90. art. ad 2.

14. Compellens vel eſt diuina, id eſt diuinis litteris permiſſa: vel humana malitia excogitata. Illam Chriſtus reliquit Eccleſiæ (b): hanc qui vſurpant, ab Eccleſia ſe ſeparant. Illa ad Diabolos, ex hominum corporibus, expellendos, vel ne corporibus, & rebus noſtris damna afferant, arcendos; hæc ob eoſdem fines, ob quos amica illa, ſuſcipitur. Illa licita: hæc non illicita ſolùm; verùm etiam ferro & flamma perſequenda.

b Luc. 10.

15. Qualis, & quibus de rebus ſermo cum Spiritibus inſtituti poſſit, ex his ferè manifeſtum eſt. Nunc quanta ipſorum dictis fides, adhibenda ſit, breuiter perſtringamus. Etenim delectus in hac re habendus, vt Apoſtolicus ille Canon (c) obſeruetur. *Nolite omni Spiritui credere, ſed probate Spiritus, ſi ex Deo ſunt*. Neq; enim omnibus eadem fides abhibenda, quia neque omnium idem erga nos ſtudium.

c 1. Ioan. 4.

15. Ergo, Deo quippiam afferenti, non accommodare fidem, prorſus impium eſt, vt qui nec vnquam fefellit, nec fallere vlla ratione poteſt. *Eſt enim Deus verax, omnis autem homo mendax* (d). *Et non Deus quaſi homo, vt mentiatur* (e).

d Rom. 3.
e Num. 23.

Nec

18. Nec de veritate, quæ ab Angelis aſſeritur, dubitare licet. Hi non ideo ſolùm fallere nequeunt, quia beati ſunt: verùm etiam propterea, quòd quandocunque ſit aſſumptis corporibus conſpiciuntur, Dei mandata & voluntatem exequuntur: qui quemadmodum non per ſe, ſic nec per vllam creaturam poteſt decipere.

19. Dæmones vera dicere poſſe, & plurima, non præſentia ſolùm; verum etiam præterita & futura certiſsimè cognoſcere, non deſtitemur. In nullis tamen ipſis fidem habendam, nec ab iiſdem veritatem inquirendam oſtendit B. Chryſoſtomus (a) ex illo, quòd ſe confitentibus ſilentium impoſuerit Saluator (b). a Chryſ. con. de Lazaro. b Marc. 1.

20. Hoc verò de iis intelligendum cenſemus, quæ non coacti; ſed ſponte aſſerunt diaboli. Quando enim diuina virtute, & ſacrorũ hominum adiurationibus adigũtur, vt cauſas, propter quas mortalibus moleſti ſunt, fateantur; non dubitandum, quin identidem vera dicãt, & fides ipſis haberi poſsit.

21. Humani Spiritus, qui beati ſunt, fallunt nunquam. Qui in igne purgatorio adhuc ſatisfaciũt, vt fallant, cauſam habent nullam. Quocirca meritò vtriſque fides accommodari poteſt. Sed & in Deum, bonoſque Angelos redundaret, ſi quid falſum dicerent: cum diſputatione diuina, & Angelorum opera fiat: quod in aſſumptis corporibus, noſtris rebus interſint, nobiſque loquantur.

22. Damnatis ſumma ineſt nocendi libido, & ob id ſtudium mentiendi. Sed & Dæmonum, quibus nulla fides adhibenda, opera; ſi quando ad viuos redeunt, non parum iuuantur. Quapropter etſi vera dicere poſsint, atque dicant quandoque; non tamen, vt ipſis credatur, merentur.

23. Communicatio, quæ in rebus conſiſtit, vel obſequiorum eſt, vel actus coniugalis, quem quidam Spirituum cum hominibus exercent. Obſequiorum duplex ratio eſt, quædam nos Spiritibus: quędam ipſi Spiritus viciſsim nobis exhibent. Et hæc vel ex imperio poſſunt proficiſci, vel tantùm ad alterius partis preces & vota. Imperare poteſt ſuperior omnis: precari verò etiam inferior.

24. Hinc ſequitur, plurimam eſſe oportere, & Dei bonorum Angelorum apud nos auctoritatem: & ſummo ſtudio, quæ pro auctoritate imperant, perficienda eſſe. Quoniam Deus in nos, noſtraque omnia poteſtatem habet omnem. Quæ verò ab Angelis præcipiuntur, à diuino imperio profecta eſſe nequaquam poſſumus dubitare.

25. Dæmonum in nos nullum eſt imperium. Quare & nihil poſſunt præcipere. Quod ſi quoddam à mortalibus in ipſos ius. quandoque extorquent; id, quia præter ius omne conſtitutum eſt, vt ſeruetur, nullo iure effici poteſt. Precari poſſunt; ſed ob ſuperbiam recuſant. Si.

Google

iniquum eſt, ſibi pro libidine in Spiritus imperium aſſumere, aut vllum ab ijs officij genus expetere.

33. Multo minus conuenit, Dei obſequium exſpectemus. Angelorum non reijcimus, ſi offerant: imperare, iudicamus arrogans. Quòd ſi præſentes rogamus, vt in re licita nobis ſubueniant; non cenſemus iuſtam mereri repræhenſionem.

34. Dæmonum promptiſsimum eſt ſtudium ad quæcunque imperata. Sed & imperium præueniunt: & ſuum vltro obſequium promittunt. Non quòd ſubeſſe affectent: ſed quòd rationes ſuæ libidinis ſatisfaciendi, vndecunque arripiant. Nempe hominum ſibi cupiunt deuincire animos; vt poſtquam deuinxerint; quocunque libet, poſſint impellere.

35. Verùm nulla nos honeſtatis ratio, nullum, quantumcunq; magnum emolumentum, nulla quantumuis vrgens neceſsitas poteſt cogere, vt vel quidquam ipſis amicè imperemus; vel in quocunque negotio, etiam honeſtiſsimo, ipſorum opera vtamur. Quòd ſi Sanctorum quidam ipſorum opera vſi leguntur; id diuina ipſos reuelatione feciſſe docet B. Thomas(a). a Thom. 2. 2. 9. art. 2.

36. Quocirca peccant grauiter, qui ipſorum auxilio conſilia Principum exquirunt: bella adminiſtrant: ædificia extruunt: literas aliò transferunt; ex locis diſsitis res nouas procurant: morbis quacunque arte incurabilibus medentur.

37. Peccant grauius, qui Martinellos ſuos, quos diximus(b), habent, b Sup. ca. 10. ijſque quando libitum eſt vtuntur: qui(c) vt habetur L. Multi de Malef. & Mathem. eorundem opera elementa turbant, aerem mutant, c L. Mult. de Malef. & Mathe. ventos tempeſtateſque ſuſcitant, grandines & lapides terrificos, qui frumentum & fruges deuaſtent, ex alto deſcendere faciunt.

38 Sed adhuc grauius illorum crimen, qui hominum neces & mortem per eoſdem procurant; & in eos, qui nondum baptizati ſunt, infantes, bis homicidæ exiſtunt, extremamque, & æternam adferunt miſeriam.

39. Præter hæc obſequia, quidam Spirituum præbent & expetunt coniugales complexus: illi ſcilicet, qui è cælo deiecti, noſtram quærunt perniciem. Horum complices multis nominibus peccare, & naturæ leges ſcelerate euertere, extra omnem controuerſiam eſt.

CAPVT XVI.

Expenduntur rationes, quibus boni à malis Spiritibus dignoſcuntur.

VNVM reſtat perſequamur; vt, ſcilicet, quantum conſequi poſſumus, rationes, quibus cognoſcatur, bonus ne ſit an malus Spiritus,

ritus, qui apparet, breuiter aſtringamus. Res hæc, quemadmodum ſuo fructu non caret, ita difficultatem habet non paruam, ſiue virium noſtrarum imbecillitatem; ſiue Spirituum, qui apparent, ſolertiam; ſiue ipſum genus Apparitionum attendas.

2. Vires ingenij noſtri tantæ non ſunt, vt ſibi in hoc negotio ſufficere poſsint. Satan callidiſsimus eſt, & ſicut in Angelum lucis ſe transfigurat (*a*); ſic & humanam formã induere, & Sanctorum poteſt perſonam ſimulare, atque ſimplicibus & incautis imponere. Bene docet B. Auguſtinus (*b*) opus Dæmonum eſſe, *quòd ſe in hæreticos aquè, vt in lucis Angelos transfigurent.*

a 2. Cor. 11.

b Aug. lib. 3. cont. Vincen. de anima & eius origine cap. 3.

3. Sed & inter illa, quæ diuinitus, abſque vllis noſtris meritis, nobis conferuntur, Apoſtolus refert Spirituum diſcretionem (*c*), ſeu, vt B. Auguſtinus legit, *diiudicationem*: & pauci admodum reperti ſunt, qui hac in re excelluerunt.

c 1. Cor. 12.

4. Refert Euſebius (*d*) Theodorum quendam, alioſque Montaniſtas, mirabiles viſiones iactaſſe; ſeque ex ipſis accepiſſe, mundum breui collapſurum. Vincentius Donatiſta, teſte B. Auguſtino (*e*), Hæreticum, pro Sancto habuit apparentem; eoque dictante, contra fidem orthodoxam, calamum ſtringere non dubitauit. Mahomet potuit perſuadere mundo, ſe in cælum raptum, accepiſſe per Gabrielem Archangelum, quam in Alcorano tradidit, pernitioſam doctrinam. Noſtris temporibus ſæpiſsimè mortalibus eſſe illuſum, atque identidem illudi, quot probant exempla?

d Euſeb. li. 5. cap. 15.

e Aug. contra Vincen. vt ſup.

5. Eſt nihilominus modus aliquis, bonos à malis diſtinguendi. Et certiſsimus quidam eſt, qui ex diuina pendet reuelatione, quo olim Antonius Magnus, & Martinus Turonenſis, homines ſanctiſsimi, excelluerunt. Proximus huic, qui ex ipſorũ Spirituum operationibus, atque ijs, quæ ſenſibus noſtris percipiuntur, argumenta ſuppeditat.

6. Et quibus mali cognoſcuntur, aliqua ſunt, & ſatis firma argumenta: quæ bonos prodant, pauca & infirma.

7. Qui enim bonos dixerint, qui humana tantùm ſe forma, & quidem pulchra, atque amabili, exhibent; non attendunt, & malos ſe in lucis Angelos transformare (*f*), & non humanam tantùm, verùm etiam Sanctorum formam ſimulare poſſe (*g*).

f 2. Cor. 11.

g Sulpit. in vita Martini.

8. Qui ipſos ex mirabilibus diſtinguunt operibus; quaſi maiores vel plures effectus producant boni, quàm mali, ignorant non minores vires eſſe malis (*h*), quàm bonis.

h Thom. p. q. 109. art. 1.

9. Errant, qui putant illos eſſe bonos, qui bona conſulunt, vel à nobis expetunt: quoniam aliud eſt bona conſulere, & expetere: aliud bene. Conſulunt & expetunt bona, boni & mali; at bene, boni tantùm.

Cer-

Certiſſimis hiſtorijs conſtat etiam Diabolos ſuffragria viuorum expetiuiſſe, quaſi his, tanquam purgandæ animæ, iuuari potuiſſent (*a*). a *Vide Iod. Bodin. de dæmonomania. Magorum, c. 6. li. 3.*

10. Qui ex operum prauitate & malitia putant deprehēdi Spiritus, quaſi boni ſint, qui bona agunt; cùm mali nihil poſsint facere bene; in hoc quidem bene ſentiunt, quòd malorum operationés peruerſas eſſe definiant: verùm tamen non tam ex operationibus Spiritus; quàm ex Spiritibus operationes metiuntur. Sed & ſæpè ſint ne operationes peruerſæ, ſcire non poſſumus; propterea, quòd ſecundùm ſpeciem contingit eſſe bonas, quæ ex fine malæ ſunt & deteſtandæ.

11. Qui ex loco certum ſumunt argumentum; & bonos aſſerunt, qui in ſacris locis conſpiciuntur; non attendunt Diabolum quandoque inter Dei filios aſtitiſſe (*b*): in paradiſo mortalibus grauiſsima dāna attuliſſe, (*c*): & Chriſtum ſuper pinnaculum templi conſtituiſſe (*d*): atque adeò non tam refugere ſacra loca, vt etiam cùm difficultate vix ab Energumenis in ijſdem poſsit expelli. b *Iob. 1.* c *Geneſ. 3.* d *Matth. 4.*

12. Non minor eſt difficultas malos cognoſcendi. Qui namque illos definiuerunt, malos qui grauem de mortalibus ſumunt vindictam aut certè ijs moleſti ſunt; hi ignorant etiam felices Spiritus grauiſsima de reprobis ſumpſiſſe ſupplicia: & non minus crudeles, quàm nequam Spiritus quandoque extitiſſe (*e*). e *Supra c. 13.*

13. Sic neque mali cenſendi ſunt, qui lucem fugiunt, & noctibus tantùm ſeſe offerūt. Quonam & Dæmonia quædam ſunt meridiana (*f*) & Satanas tansfigurat ſe in Angelum lucis (*g*): & boni item Spiritus non minus nocte, quàm interdiu cum hominibus conuerſantur. f *Pſalm. 90.* g *Ioan. 10.*

14. Nec mali ſunt, qui improbus ſe hominibus, & ſceleratis exhibent. Quoniam neque quicunque cum bonis cōuerſantur, boni ſunt. Et ſi ſanctus Spiritus quandoque per impios futura prædicit; quid poteſt prohibere, vt ad impios quoque bonos Spiritus acceſsiſſe credamus.

15. Incerta ergo argumenta ſunt formę pulchritudo & deformitas operum, quæ efficiunt magnitudo & multitudo; ſanctitas exterius ſimulata, vindicta de reprobis ſumpta: locorum item, perſonarum, atque temporum qualitas.

16. Quæ verò quandoq; improbos produnt Spiritus, ſunt forma, operatio, oratio, cauſa, quæ, vt viuorū rebus interſint, impulit, & quæ ſummopere fugiunt, Chriſtianæ religionis quędam Symbola. Atque hæc quandoque concurrunt omnia, & firmiſsimum præbēt argumētum: quandoque ipſorum quædam ſufficientem faciunt fidem.

17. Si enim forma alia, ab humana ſe Spiritus exhibeant, meritò ſuſpe-

ſuſpecti eſſe poſſunt: tum, quia bonos nõ niſi humana viſos eſſe oſtendimus(*a*): tum, quia impij peregrina gaudent (*b*); & frequenter ad illam diuina authoritate coguntur.

a *Supra c.* 12.
b *Supra ca.* 9.

18. Ex operationibus duplex poteſt ſumi argumentum. Quoniam vel ex ipſo operationum genere: vel earundem modo improbi deprændenduntur. In genere malitia, in modo animorum motus & perturbatio ſpectari debet.

19. Genus operationum, ſi ex ſe deteſtandum ſit, nullo modo in bonos poteſt cadere Spiritus; vt quorum ea conditio eſt, vt peccare poſſint nequaquam (*c*). Quocirca qui concubitus expetunt vel præbent; qui in Deum ſunt blaſphemi: qui ſacris rebus ſceleratè abutuntur, aliaque his ſimilia perpetrant, inter impios cenſendi ſunt.

c *Thomas* 1. *q.* 59. *art.* 2.

20. Modus agendi malorum plerumque primo ſuo congreſſu amicus eſt: poſt verò turbatum relinquit animum. Id magno ſuo & noſtro malo didicit prima omnium mater Eua (*d*): At boni licet primùm nonnihil turbent; quandoque etiam horrores incutiant (*e*): tandem tamen mira voluptate, aut certè egregia quiete perfundunt(*f*).

d *Geneſ.* 3.
e *Daniel.* 10.
f *Lucæ* 1. *Daniel* 10.

21. Oratio dupliciter malos prodit: ſi vel iniqua ſit, vel ſuperbi, & arrogantis, aut certè turbati, & vehementis animi oſtentatio. Iniqua eſt, ſi aut falſa contineat, aut mala perſuadeat. Nihil horum poteſt in bonorum Spirituum oratione deprændi (*g*). Relinquitur ergo, vt à nequam Spiritibus, ſi quæ talis affertur, proficiſcatur.

g *Supra c.* 15.

22. Sed & ex cauſa, quæ, vt rebus humanis interſint, cogit, depræhenduntur. Quicunque enim ab hominibus ſibi allatam vim ſimulant, quaſi coacti ad nos redeant: dubium non eſt, quin inter malos Spiritus ſint numerandi. Quocirca qui à Necromanticis ad viuos, quibuſcunque tandem verbis vel ſignis, reuocantur, meritò ſuſpecti omnibus eſſe debent.

23. Siquidem Angelos bonos his artibus reuocari nullus dixerit. At animas ſic cogi, vt reuertantur, vix poteſt credi. Beatorum non poſſunt; partim quòd in illos Diabolus non habeat poteſtatem: partim quòd à felicitate, quam ſemel conſecuti ſunt, hac ratione deficerent. Purgandæ, felices quidem non ſunt; ſed tamen nec Dæmonum poteſtati ſubiectæ, cùm ad ciuitatẽ pertineant Dei. In damnatas poſſunt multa, ſed tamen non tantùm, quantũ volunt. Quemadmodum verò illas pro ſua voluntate non poſſunt punire; ſed Dei requirunt ſententiam: ita neq; ad viuos reuocare, niſi Deo permittente queũt.

24. Quocirca nihil fecit ars magica, nec pythoniſſæ ſtudium; quando Samuel ad viuos rediit: ſed nec à Dæmone perſuaſus, paſſus eſt ſe indu-

induci, vt redire voluerit; verùm quemadmodum Balaam conſulenti Dæmonem, non Dæmon, ſed Deus, reſponſa dedit, ita ad pythoniſſæ vocem, non Samuel apparuit, ſed ipſa vocante, Deus voluit, vt rediret. Num 31.

25. Symbola Chriſtianæ religionis, quæ deteſtantur impij Spiritus, quæq; ipſos perſæpe produnt, præcipua ſunt quatuor. Signum, videlicet, S. Crucis, diuini nominis inuocatio, Sanctorum Reliquię, & res Dei verbo conſecratæ: in quarum numero ſunt aqua luſtralis, Agnus Dei, quem dicimus, panis, ſal, &c.

26. Signo Crucis, inquit Athanaſius(*a*), *omnia magica compeſcuntur, veneficia inefficacia fiunt, vniuerſa idola deſeruntur.* Et rurſus: *Solo ſigno Crucis homo vtens, dolos à ſe Dæmonum propellit.* Præſente Chriſtiano, qui frontem Cruce ſignatam gerebat, Diabolum teſtatum eſſe, ſe oracula Imperatori poſcenti reddere nõ poſſe, docet Lactantius (*b*). Iulianum Imperatorem, quamuis deſerta & prodita Chriſtiana religione, ſolo ſigno Crucis Dæmones fugaſſe, cùm in magno tremore eſſet, ne ab ipſis diſcerperetur, tradit Gregorius Nazian. (*c*). Hilarion *quadam nocte* (verba ſunt Hieronymi) *cœpit infantium audire vagitus, balatus pecorum, mugitus boum; planctus quaſi muliercularum, leonum rugitus, murmur exercitus, & rurſus variarum portenta vocum, vt ante ſonitu, quam aſpectu caderet. Intellexit hæc eſſe Dæmonum ludibria, & prouolutus genibus Chriſti Crucem ſignabat in fronte: taliq; armatus caſſide, & lorica fidei circundatus, iacens fortius præliabatur*(*d*).

27. Longum eſt omnes perſequi, qui Dæmones, & eorum ludibria hoc armorum genere profligârunt; quales ſunt inter alios Gregorius Neocæſarienſis(*e*), Antonius(*f*), Ioſephus confeſſor (*g*), Marcellus Apameenſis(*h*), Macarius, & Martinus (*i*), Iudæus etiam nondum renatus(*k*). Vt non immeritò B. Chryſoſtomus Crucẽ contra Dæmones *tropheum* appellarit(*l*): Sophronius verò Hieroſolymorum Epiſcopus, *vniuerſorum ex aduerſo occurſantium inſultuum, potiſſimam profligatricem* dixerit(*m*).

28. Quocirca impudenter aſſerunt Magdeburgenſes (*n*), vſum ſignandi Cruce, nouum eſſe: & à ſimplicibus tantùm aſſeri, magnam vim in eiuſmodi ſignatione ſitam. Impudentior verò eſt Brentius: quando negat Diabolum ſigno Crucis fugari: & docet fugam tantùm ſimulare, ad ſuperſtitionem (*o*) (vt ipſe impiè loquitur) & magiam confirmandam.

29. Quòd ſi ſimplices illi ſunt, quos iam recenſuimus, grauiſſimi authores; quos tandem in hoc negotio teſtes produci volunt? ſi verò Diaboli fraus fuit fugere Crucẽ; & hac ſignatione nulla ipſi adfertur

a *Athanaſ. de huma. verbi & corporali eius aduentu.*
b *Lact. lib. 4. diuin. Inſtit. cap 27.*
c *Greg. Naz. Oratione 2. in Iulianum.*
d *Hieron in vita Hilario.*
e *Greg. Niſſ. in vita eius.*
f *Athan. in vita eius & Hier. in vita Pauli*
g *Epipha. l. 1. hæreſ. 30.*
h *Theod. lib. 5. cap 21.*
i *Palladius in vita ipſorum.*
k *Greg. 3. dialog. cap. 7.*
l *Chryſ. in Pſalm. nuper editos.*
m *Sophron. in homil de adoranda cruce.*
n *Cent. 4. c. 6.*
o *Alanus dialog. lib. 4. cap. 3.*

vis; quî fit, vt grauiſsimi morbi ſint Crucis ſigno depulſi? vt præſentiſsima pericula depulſata? vt res hominũ opinione maiores effectæ?

30. Refert Aug. (*a*) tanquam rem ſibi notiſsimam, fœminam quandam, quam medici pro deplorata habebant, ſolo ſigno Crucis diuinitus à cancro liberatam. Teſtatur Sulpitius B. Martinum (*b*): Theodoretus Aphraatem & Macedonium (*c*): Pallidius Iſidorum & Beniamin, atq; vtrunque Macarium (*d*), hoc deſperatos morbos ab hominibus repuliſſe. B. Chryſoſtomus in via, quam horrendus leo magna cum hominum ſtrage frequentabat, Crucem poni iuſsit, & poſtridie ad eam leo mortuus eſt repertus (*e*). Ad Crucem à Gregorio Turonenſi (*f*), & item à Paulino (*g*) prolatam, ignis, qui prius in omnia ſæuiebat, ſtatim ſe remiſit. Hilarion immanem æſtuantis maris tempeſtatem, Crucis ſigno compeſcuit (*h*). Donatus Epiſcopus horrendũ draconem interfecit (*i*). Iulianus Boſtrienſis Epiſcopus, calicem ter ſignans digito, venenum ſine noxa bibit (*k*).

31. Iam ante diximus (*l*) dæmones ad ſepulchra Martyrum rugire; viliſsimo puluere torqueri, ab hominibus expelli. Babylæ corpus Daphnem per Gallum Imperatorem tranſlatum, dęmoni ſtatim impoſuit ſiletium; qui tamen miris modis ſolebat homines redditis oraculis ludificare (*m*).

32. *Eſt enim ea Sanctorum poteſtas* inquit Chryſoſtomus (*n*) *vt illorum ſuperſtitum ne vmbras quidem & veſtes ferre poſsint dæmones; vita autem functorum & loculos quoque reformident* & alibi; (*o*). *Vt audaces latronum duces, ſiue impij ſepulchrorum effoſſores, ſi fortè, dum prædas agunt, aut ſpolia capienda conquirunt; in arma vel ornamenta. Imperatoris incurrerint, quamlibet cupidi prædarum, tamen ita agnitis Regiis inſignibus deterrentur, vt fugiant; neq; cominus accedere, vel attingere audiant: ita profectò & Dæmones, qui verè latronum & principes, & magiſtri ſunt, vbi coronatorum Martyrum videant corpora poſita, longè ilicò à conſpectu eorum pauidi fugiunt, & abſiliunt.*

33. Huc facit, quod B. Auguſtinus (*p*) recitat terram ſanctam à locis ſanctis Hieroſolymorum in Africam allatam, in domo Heſperij cuiuſdam aduerſus Dæmonum terrores collocatam fuiſſe, & reliquiarum loco habitam: atque inſuper ſuo aliorumq; Epiſcoporum conſenſu, vbi repoſita erat, locum orationis conſtitutum, & paralyticum ibidem ſenatum.

34. Sed neque inuocationem nominis Chriſti ferunt maligni Spiritus. *Veniat*, inquit Athanaſius (*q*) *qui iſtorum dictorum experimentum capere velit* (videlicet ſolo ſigno Crucis dæmones fugari) *& in ipſis præſtigijs Dæmonum, & impoſturis vaticiniorum, & in miraculis Magiæ, vtatur*

a Sulpit. in vita B. Martini.
b Theodo. in Philoteo.
c Pallad. in vita ipſorum.
d Greg. patriarcha. Alex. in vita eius.
e In vita eius per Clericos ſcript.
f In vita Felicis Natali.
g Hieronym. in eius vita.
h Sozomenus lib. 7. cap. 25.
i Sophro. in prato ca. ſpir. 49.
k Ruff. li. 1. c. 35. Socrat. li. 3. c. 18. Sozō. lib. 3. cap. 18. Theod. lib. 3. c. 10. Metap. in vita Babylæ.
l Chryſ. in vita Babylæ.
m Chry. hom. 7. de Natiu. 7. Machab.
n Aug. de Ciuit. lib. 22. cap. 3.
o Athan. de humanit. verbi & corporali eius præſentia.
p Hierony. in

vtatur ſigno crucis ab ipſis deriſo, Nomenq́; Christi inuocet; & videbit, quomodo eius rei metu Dæmones fugiant; vaticina conquieſcant: Magia & veneficia iaceant. Cernit rhedam Hilarieu. feruentibus rotis ſuper ſe ruere (loquitur B. Hieronymus), *cumq́; inclamaſſet Ieſum ante oculos eius repentino ablatu omnis pompa abſorpta eſt (a).*

vita Hilar. vide Alex. li. 4. genial. dier. cap. 19.
a Epipha. lib. 1. Hæreſ. 10.
b Clemens li. 8. Inſtit. Apoſt. c. 35.

35. Quid, quòd non diuinum ſolùm non ſuſtinent nomen; verùm etiam res ad diuini nominis inuocationem conſecratas horreant? Per aquam Iuſtralem refert Epiphanius (*b*), Dæmoniacum quendam liberatum. Oratio ex Clemente Romano (*c*) quæ in æquæ huius conſecratione adhiberi ſolet, ſic habet. Domine Sabaoth, Deus virtutum creator aquarum & olei, miſericors & benigne: qui dediſti aquam ad potum, & mundiciem: oleum ad exhilarandam faciem in exultatione lætitiæ: ipſe quoque nunc ſanctifica hanc aquam, & hoc oleum, in nomine eorum qui attulerunt: & da virtutem ſanitatis effectricem, ægritudinum expultricem, Dæmonum fugatricem, omnibusque inſidijs aduerſariam: per Chriſtum, qui eſt ſpes noſtra, quo cum tibi gloria, honor, & cultus, cum ſancto ſpiritu, Amen.

36. Quocirca quicquid vel de aquæ benedictæ aſperſione, vel de incenſionibus luminarium ſacrificatorum, vel ſuffimentis herbarum conſecratarum, vel alijs Eccleſiæ Catholicæ ritibus, garriunt Hæretici, nihil nos moratur. Credimus & cum venerãda Antiquitate profitemur, non vanum, non ſuperſtitioſum; ſed pium eſſe iſtorum omnium vſum, & Diabolis intolerabilem; cùm inanis non poſsit eſſe Eccleſiæ precatio, quæ ad has creaturas accedit.

37. Hæc igitur ſunt, quæ impios Spiritus frequentiſsimè produnt: At non ſtatim boni cenſendi, ſi hæc, in ijs qui apparent, deſunt, aut etiam contraria his conſpiciantur: quoniam & ſancti perſonam induere poſſunt Nequam Spiritus: & opus externa ſpecie excellens atq; pium præſtare: & orationem effingere iuſtam atque humilem; & vltro ſe noſtris ſenſibus offerre: & ſacrorum ſymbolorum vſum ſuſtinere.

38. Difficile tamen eſt, contraria omnia, in Nequam Spiritu reperire. Quoniam etſi ſimulare poſsit reliqua, non tamen poteſt, aut profectò diu non poteſt, quin ſuperbum prodat animum. Ex omnibus igitur his aliquot argumentum ſumi poteſt, vt bonum credamus Spiritum, qui apparet: ex ſingulorum defectu Nequam iudicamus.

CAP.

CAPVT XVII.

Expenduntur rationes, quibus boni inter ſe Spiritus diſtinguuntur.

OStendimus quomodo mali Spiritus à bonis diſtinguuntur: at quoniam tam bonorum, quàm malorum ordines ſunt varij; reſtat quibus inditijs & argumentis cognoſci poſsit, in quo genere bonorum ſint, vel malorum, qui ad nos redeunt, inquiramus.

2. Et quidem hos ab inuicem diſcernere poſſe, pulchrum eſt; verùm tamen non ita, vt prius illud, neceſſarium. Neque enim multum poteſt nobis incõmodare, ſi ignoremus; neque magnam vtilitatem afferre, ſi cognoſcamus: ſiquidem mali omnes ſuſpecti debẽt eſſe, cùm bene nobis, aut non poſsint, aut non velint: boni verò nulla ratione ſunt timendi: quia prodeſſe cupiunt omnes; obeſſe verò, aut non poſſunt, aut non volunt.

3. Interim tamen tanto res habet plus difficultatis, quanto minus vtilitatis; præſertim quando ſocietas & conuictus Spirituum efficit, vt quaſi idem velint, poſsint, & agant bonorum hominum Spiritus, quod Angeli; & malorum ſit idem quaſi ſtudium, quod Dæmonum. Certè B. Auguſtinus (a) mauult in hoc negotio ignorantiam fateri, & diſcipulum ſe præſtare, quàm temerè aliquid definire, & præceptorem agere.

a *Aug. de cura pro mort. cap. 16.*

4. Sed tamen res talis non eſt; vt vel vanum ſit, vel ſuperſtitioſum, in illa percipienda mentem occupare. Probandos enim vult Spiritus Scriptura. Ipſi ſe quandoque produnt, & ſunt, quibus datur diſcretio Spirituum: quemadmodum alijs gratia curationum, alijs operationes virtutum, alijs genera linguarum, alijs interpretatio ſermonum.

5. Sed neq; tanta eſt res, vt vires humani ingenij excedat. Non enim quę difficilia intellectu ſunt, illa ſtatim impoſsibilia cenſenda: verum in ijs percipiendis plus operæ & laboris ponendum. Et magnam adfert voluptatem, etiam pauca de rebus difficilibus intelligere.

6. Age igitur à bonis initium ſumamus, & primùm diſcutiamus, Quibus argumentis depræhendi poſsit, humanus ne ſit Spiritus, qui apparet, an angelicus. Quod quæritur nõ id eſt, vtrum ex Angelis aliquis ſemper adſit, quando ſub humana forma Spiritus cernitur: nec quæritur, vnde depræhendi poſsit, an αὐτοπροσώπως adſit Spiritus humanus. Quæritur, vnde poſsit cognoſci, quòd Spiritus, qui apparet (qualiſcunque tandem ſit) vel hominis, vel Angeli perſonam referat; ipſuſque vel humanus vel Angelicus teſtatur.

7. Primum illud ad propoſitum negotium facit nihil. Plurimam enim

enim in omnibus omnino Apparitionibus Angelorum diximus eſſe operam, quin verò nullam eſſe iudicamus, quæ ipſorum miniſterio non initium ſumat: nullam fortè, quæ carere poſsit toto, quo perdurat tempore.

8. Secundum ad propoſitum multùm facit. Quia neceſſe eſt humani Spiritus ſit apparitio, ſi in corpore, quod ſe ſenſibus offert, ipſe ſit αὐτοπροσώπως. Veruntamen hoc non neceſſarium. Poteſt Angelus, quemadmodum Dei, ita & hominum, tam purgãdorum, quàm beatorum Spiritus repræſentare & exhibere.

9. Deprehendi verò hi Spiritus, & diſcerni non poſſunt ex corporum, in quibus apparent, forma. Quoniam vna humana vtriſque, Angelicis videlicet & humanis Spiritibus communis eſt.

10. Deprehendi non poſſunt ex formæ venuſtate, & ſplendore, quaſi angelici habeant auguſtiorem; qualem B. Auguſtinus (*a*) tribuit Gabrieli: hominum verò Spiritus hac inferiorem. Quoniam & Angelis homines conferendos eſſe teſtatur veritas (*b*): & fulgebunt iuſti ve'uti ſol (*c*): & grauiſsimis hiſtorijs poteſt demonſtrari, etiam humanorum Spirituum ſplendorem, vultuſque maieſtatem, intuentium oculos perſtrinxiſſe.

a *Aug. ſerm. 15. de Natiuitate Chriſti.*
b *Matth. 22.*
c *Matth. 13.*

11. Sed nec vindicta de quibuſdam hominibus per bonos Spiritus ſumpta, Angelos, apparuiſſe, ſufficiens argumentum eſt. Quoniam ſicuti per Angelos, ita & beatos hominum Spiritus, in reprobos grauiſsimè animaduerſum eſſe, ſuperius demonſtratum eſt (*d*).

12. Duplicibus tamen argumentis innoteſcunt. Horum quædam neceſſaria ſunt, & certam faciunt fidem, quædam probabilem opinionem. Certam fidem faciunt, diuinitus facta reuelatio; & ipſorum qui apparent Spirituum confeſsio: probabilem opinionem, nunc exterior forma, nunc oratio.

13. Dijudicationem Spirituum diximus eſſe Dei donum. Cui igitur hoc collatum eſt, id eſt, qui Deo reuelante conditionem Spiritus agnoſcit, non poteſt, niſi in Deum velit eſſe iniurius, dubium habere animum: ſed neceſſarium credat, quod ſibi diuinitus eſt reuelatum.

14. Sic non eſt quòd quicquam dubitemus de ipſorum Spirituum confeſsione. Quicunq; enim viuorum rebus interſunt, ſiue noſtram cauſam agant, ſiue rebus ſuis conſulant. Deo ſic permittente, ad nos redeunt. quo fit, vt quos ſe confitentur, eo loco ipſos habere abſque vlla hæſitatione poſsimus.

15. Exterior forma tribus modis diſtinguit & prodit humanos; Si enim ſe barbatos exhibeant: ſi in ſexu fœmineo: ſi habitu corporis triſtiori; non inter angelicos, ſed humanos, Spiritus referendi ſunt.

K Con-

Digitized by Google

a Sap. ca. 9. Conuenit Angelis florens ætas, vt diximus(a), nō mentiuntur ſexum fœmineum; quia viriles habent animos: nec triſtior ipſorum pro eſt eſſe aſpectus; quia gaudium & exultationem ex perpetua Dei viſione obtinent.

16. In oratione Spirituum interdum ea eſt obſeruare, quæ in Angelos poſſunt tantùm conuenire: interdum, quæ in ſolos humanos Spiritus. Subſidij poſtulatio non poteſt vlla ratione Angelis aſſcribi. Remota verò ab humana cognitione indicare, difficulter poſſunt Spiritus hominum. Igitur qui opem implorant, & noſtra ſubſidia expetunt; humani ſunt: qui futura prædicunt, & illa, ad quæ animarum ſeparatarum cognitio pertingere non poteſt, angelici.

17. Atque hæ rationes, vel humanos vel Angelicos produnt Spiritus. Verùm non eædem omnes humanos inter ſe diſtinguunt, quemadmodum neque Angelorum Apparitiones à diuinis. In vtriſque præter vnam reuelationem, atque ipſorum propriam confeſsionem, vix inueniri poteſt quippiam, quod nos in ipſorum notitiam inducere poſsit.

18. Qui enim ita diſtinxerint bonos hominum Spiritus; quaſi beati ſint, qui in aſſumptis corporibus faciunt miracula, & rebus noſtris præter naturæ ordinem ſubueniunt, ignorant etiam per eos, qui adhuc purgantur, Deum olim mirabilia eſſe operatum; & non minora quam per beatos perfeciſſe.

19. Sic, qui diuinas Apparitiones ab Angelicis diſtinguunt: vt Dei dicant eſſe illas, in quibus Spiritus, propria virtute, ea perficiunt, quæ à ſolo poſſunt proficiſci Deo; ignorāt etiam ab Angelis hæc in aſſumptis corporibus eſſe peracta: ignorant ab hominibus nequaquam percipi poſſe, vnde illa Spiritibus adſit virtus, qua res admiratione dignas perpetrant.

20. Interim tamen produnt quandoque humanorum Spirituum conditionem, ipſorum, quas apud nos deponunt, preces. Qui enim noſtram opem implorant; nondum in beatorum ſunt numero conſtituti: beatis conuenit, vt beneficia conferant, non expectent.

21. Et Chriſtum quandoque prodit, atque ab Angelis ſeparat exterior forma, & habitus. Ad quem attendiſſe videntur illi, quibus ſe olim exhibuit; quando ſine vlla cunctatione, diuinum ipſi honorem exhibuerunt. *Dominus Ieſus,* (inquit B. Martinus) *non ſe purpuratum aut diadem ate coronatum exhibet, &c*(b).

b *Sulpit. in vita Martini.*

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XVIII.

Inueſtigantur rationes, quæ malos inter ſe Spiritus diſtinguunt, & produnt.

MAlos à malis Spiritibus, damnatorum, inquam, hominum, à Dæmonibus diſtinguere, res quibuſdam eſt impoſsibilis, & humanas vires excedens; quibuſdam admodum difficilis.

2. Qui cum Tertulliano impiorum animas, poſtquam corpora, in quibus incluſæ fuerunt, depoſuerunt; in Dæmones verti aſſerunt, neceſſario debent concedere, omnia defunctorum Spiritus poſſe, quæcunque poſſunt Dæmones: & ob id nihil eſſe reliquum, quo quis hos ab illis poſsit diſcernere.

3. Qui, cum Origine eandem volunt eſſe rationem & naturam humanorum Spirituum, & prorſus incorporearum mentium niſi quod illi ob demerita ad corpora damnẽtur, idem oportet cum prioribus confiteantur: niſi aliud eſſe dicas, in Dæmones transformari: aliud eandem cum ipſis naturam habere, conditionemque ſubire.

4. Sed neque eadem eſt animarum & cæleſtium Spirituum conditio; quia ſtudia vtrorumque ſunt diuerſa; Neq; illæ in hos poſſunt conuerti; quia virtute nulla niſi diuina fieri poteſt, vt deſinere eſſe queant.

5. Quòd ſi ſtudia damnatorum hominũ proximè ad conatus Diabolorum accedunt; non ob id neceſſe eſt, ipſorum naturam hi induant. Quoniam à peruerſa proficiſcitur voluntate, & malè faciẽdi obſtinato animo, vt maiora tentent; quàm vires ipſorum patiantur.

6. Non igitur his duabus rationibus ſublata eſt omnis cauſa has Apparitiones diſtinguendi. Difficultas interim manet ſumma. Quoniã præterquam quòd damnatorum Spiritus rariſsimè viuorum rebus ἀυτοπροσώπως interſunt: etiã quicquid in his malorum Apparitionibus fit, totum propemodum Diabolorum opera perficitur; & quæcunque alios Spiritus ab inuicem diſtinguunt, vix hic locum habent vllum.

7. Neque enim ipſorum nobis fidem poteſt facere libera confeſsio, qua ſe hos, vel illos profitentur: quia mendaces ſunt, & fallunt libenter. Nec oratio, quæ futura prædicunt: quia de dictorum veritate poſſumus ſemper dubitare. Neq; exterior hominis forma & ſpecies; quia vtriſque illa communis eſt. Neque operatio, quia tentant vtriq; ſumma: licet non ſumma poſsint æquè.

Digitized by Google

8. Qui dixerint hominum eſſe Spiritus, qui de malis commiſsis dolent; quaſi id Dæmonibus non conueniat; ignorant damnatos nō de malis commiſsis, ſed ob pœnarum acerbitatem, quas grauiſsimas ſuſtinent, dolere(a).

a Tk/or. Sup. q. 98. art. 28.

9. Sic neque neceſſe eſt, vt Diabolos credamus, qui mortalibus moleſti ſunt, atque tumultus, ſiue nocturnos, ſiue diurnos excitāt. Quoniam etſi hæc aut à Dæmonibus fiant, aut certè ſine opera Dæmonum fieri nequeant; ab impiorum tamen etiam Spiritibus eadem identidem perpetrari, libenter concedimus.

10. Ex reuelatione igitur Dei pendere videtur, vt malos quis inter ſe diſtinguat. Sed & confeſsio illorum quandoque poteſt facere fidem: quando nimirum non libera eſt, ſed vi diuinorum verborum atque Exorciſmis extorta. Per hanc enim quemadmodum, quod nolunt, ex humanis coguntur cedere corporibus: ita & conditiones ſuas aperire compelluntur.

11. Prodit præterea quandoque forma Dæmones. Prodit humanos Spiritus aliquando, quæ de ipſis ſumi cernuntur, ſupplicia. Quoniam enim humani vnam habent, ni fallimur, ſemper humanam, alij verò ad illam, & quamcunque aliam, fit, vt ſi quando non humanâ, ſed peregrina, brutorum animantium forma ſe Spiritus mali exhibeant, Dæmonum loco, non humanarum Animarum ſint habendi.

12. Sic ex genere ſuppliciorum agniti ſunt Anconitanus quidam Epiſcopus, Theodoricus item Arianorum Epiſcopus; atq; illi omnes, qui à Dæmonibus, hinc inde raptari, cruciari, & grauia ſuſtinere ſupplicia viſi ſunt, de quibus Capite vndecimo.

APPEN-

APPENDIX PRIMA AD LIBRVM DE SPIRITVVM APparitionibus, in qua de eorundem Imaginibus agitur.

QVoniam Spiritus non in peregrinis ſolùm corporibus, verùm etiam Imaginibus exhibentur: non putauimus à propoſita Diſputatione eſſe alienum, ſi de his quoque pauca ſubiũgeremus: & quid Imagines cum Apparitionibus commune habeant, in quòue deſcrepent, explicaremus, ſingulorumq́; rationes aſſignaremus. Sumpſerunt quidem illæ ex Apparitionibus initium, attamen non quæcunq; in Jmaginibus exhibentur, in apparentibus Spiritibus obſeruata fuerunt: licet interim iuſtis de cauſſis, illorum plurima probentur. Hic porrò non totum Spirituum genus perſecuti ſumus: ſed illud tantùm, quod prorſus ſpiritale eſt, Dei ſcilicet & Angelorum. Humanorum enim aut Imagines certæ non ſunt: aut potius ipſorum hominũ, quàm apparentium Spirituum dicendæ ſunt. Sic de cultu, qui Dei Jmaginibus exhibetur, pauca adiecimus. De illo verò, qui Angelorum, nihil tum, quòd hic non tantam difficultatem, quantam ille habere videatur: tum, quòd ex Dei Jmaginum cultu, de horum quiuis facilè iudicare poſſit.

CAPVT I.

De ſacris Dei imaginibus, quibus Apparitiones occaſionem dederunt, deq́; ipſarum multiplici vſu.

EX Dei Apparitionibus & manifeſtationibus, quædam Imagines, apud Chriſtianos, in vſu eſſe cœperunt. Quod enim Scriptura fecit verbis; hoc artifex effinxit ſignis. Nec peccatum putabatur incurrere penicillus, vbi ſine crimine fuit calamus. Licita cenſebatur Imago, vbi probabatur litera.

2. Illæ verò numero tres ſunt. Vna Dei Patris eſt; altera Spiritus ſancti: tertia ſuperbenedictæ Trinitatis. Nam Filij perſonam, quæ repræſentant, non ex ſimilibus Apparitionibus profectæ ſunt: ſed habitus, quo vt homo inuentus eſt, per omnia nobis, præterquam in peccato (a) ſimilis ipſis occaſionem certiſſimam præbuit.

a Hebr. 4.

3. Pater vno eodemq; modo figuratur, vt ſpeciem ſenis, & dierum antiqui referat. Spiritus ſanctus vna ſimiliter columbæ forma exhibetur. Trinitatis alia atque alia imago reperitur.

4. Communior eſt illa, qua vnà cum Patre, & ſpecie columbæ, pingitur Filius; eo, quo nobiſcum in terris conuerſatus eſt, modo. Altera qua tres viri ita figurantur; vt nullus alio aut forma, aut ætate videatur maior. Tertia, qua vnus quaſi homo cum triplici vultu, aut capite exhibetur. Quartæ cuiuſdam menitonem fecit Ioannes Gerſon (b), qua ita in Virginis vtero formata perhibetur, vt tota carnem humanam aſſumpſiſſe videatur.

b Gerſon in ſerm. habito Pariſiis in Natiuit. Domini Thom. 4. fol. 47.

5. Ex his duæ à grauiſſimis viris improbatæ ſunt (c); Duæ verò piũ vſum habere poſſunt. Reijcitur quarta; quòd grauis erroris occaſio ſit, & quaſi tota Trinitas carnem aſſumpſerit, videatur demonſtrare. Reprobatur tertia, quod Trinitatem, neſcio quale, monſtrum oculis noſtris obijciat. Vtraque parum habet decoris; parum, vel nihil Chriſtianam pietatem promouet.

c Latomus de cultu Imagin. Ioan Heſſels in decalogo c. 66. Anto. p. 3. t. 8. c. 4.

6. Secundæ illi occaſionem dedit viſio Abrahamo exhibita (d). De qua ſic B. Auguſtinus (e): *Cum (inquit) tres viri viſi ſint: nec quiſquam in ijs vel forma, vel ætate, vel poteſtate, cæteris maior dictus ſit: cur non hic accipiamus viſibiliter inſinuatam, per creaturam viſibilem: Trinitatis æqualitatem, atque in tribus perſonis vnam eandemq; ſubſtantiam.*

d Geneſ. 18.
e Aug. lib. 2. de Trin. c. 11.

7. Primam verò, & Eccleſiæ authoritas, & Patrum conſenſus, atque ipſa approbat ſacra Scriptura. Hæc ſiquidem Patrem proponit tanquam antiquum dierum (f): Spiritus ſancti præſentiam in ſpecie columbæ demonſtrat (g). Filium humanam naturam ex Virgine aſſũpſiſſe varijs rationibus confirmat.

f Daniel 7. Matth. 3.
g Paulinus Epiſtol. 12.

8 Commendat has Imagines, in primis veneranda Antiquitas: Habuit Nolenſis Eccleſia, ante annos mille, & amplius, ſanctæ Trinitatis Imagi-

Imaginem, cum aſſcriptis à S.Paulino his verbis(*a*):

Pleno choruſcat Trinitas myſterio.

Stat Chriſtus agno: vox patris cælo tonat:

Et per columbam Spiritus ſanctus fluit. Sic columbas aureas & argenteas in forma Spiritus ſancti ſuper diuina lauacra & altaria appenſas fuiſſe aſſerit, & iuſtè defendit, cõtra Seuerum Hæreſiarcham, Synodus Conſtantinopolitana (*b*). Et in columba Euchariſtiam aſſeruauit Baſilius Magnus(*c*). Meminit eiuſdem picturæ ſemel atque iterum S.Paulinus Epiſt. 12.

a *Synod.Cõſt. Tom.3. fol. 726.*
b *Amphiloch. in vita Baſil.*
c *Synod.7. act.3.*
d *Teſte Damaſo in Sylueſtro.*
e *Exod.20.*

9. Quod ſi antiquiſsimus vſus eſt Agni, digito Præcurſoris demonſtrari: atque ipſum Tharaſius, in confeſsione fidei ſuæ (*d*), inter alia rectè decreta recipit: ſi Conſtantinus, illo antiquior(*e*), in labio fontis; vbi baptizatus eſt, eandem Imaginem maximis ſumptibus conſtituit; quid eſt quòd vel de Patris, vel de Spiritus ſancti, vel de totius Trinitatibus Imaginibus dubitare poſsimus?

10. Si quod Scriptura fingit verbis, hoc artifex poteſt ſignis, quid prohibet, aut omnibus temporibus fuiſſe Dei Imagines, aut certè omnibus eſſe potuiſſe?

11. Eſto quandoque prohibitæ, & populo Iudaico interdictæ fuerint Dei Imagines(*f*): ſed tamen, non ob id interdictæ fuerunt; quia genere earum eſſent rerum, quæ per ſe malæ ſunt: ſed quod periculum eſſet, ne ipſas pro Dijs coleret: néue incommutabile nomen lignis tribueret & lapidibus (*g*). Sed nec vnquam tam neceſſarius Imaginum vſus fuit, quin ob certas cauſas interdici potuerit.

f *Sapient. 14.*
g *Dam.lib.4. de fide orthoca.17.Concil. Nice.act.2.*

12. Reperiuntur verò homines, qui prorſus ipſas è medio ſublatas volunt. Et alij quidem propterea, quòd Imagines ſint; alij quod Spirituum ſint Imagines, quos certa forma affingere, nihil ſit aliud, quàm grauiſsimo errori occaſionem præbere. Priores vniuerſis Imaginibus bellum indicunt: Poſteriores has Dei, de quibus ſermo eſt, tollunt.

h *Num. 21. &c.*

13. Priores illos iam veneranda Antiquitas(*h*): veteris nouique Teſtamenti exempla; grauiſsimorum Conciliorum auctoritas Patrum omnium ſenſus atque conſenſus: Mirabilia, quæ per Imagines olim Deus, noſtriſque temporibus exhibuit; condemnant. Poſterioribus illud breuiter ſit dictum, non minus rudiores poſſe in errorem induci ſacrarum Scripturarũ auctoritate; quæ Deo membra tribuit: quàm ſimulachris & Imaginibus; quæ quod ſcripturæ auribus inferunt, oculis obijciunt.

14. Non quod eſt Deus, Imago docet: ſed quibus ſe figuris ſpectandum proponit, demonſtrat. Nec Imago naturam; ſed perſonam, quæ

oculis

Digitized by Google

oculis ſeſe & ſenſibus offert, effingit. Neque enim cùm imaginem hominis videmus, dicimus nos animal ratione prædituм; ſed hominem videre. Inuiſibilis Dei natura per Imaginem exprimi nullo modo poteſt. *Non debemus* (inquit Apoſtolus) *æſtimare auro, aut argento, aut lapide ſculpturæ artis & cogitationis diuinum eſſe ſimile* (*a*). *Cui enim ſimilem faciemus Deum? aut quàm Imaginem ponemus ei?* dicitur Iſaiæ 40.

a *Damaſc. li. 4. Eccle. hiſt. cap. 26. Nic. 2. act. 5. &c. Simeon Metaph. in vita D. Luc. & Theod. in col. lib. 1. Niceph. lib. 2. cap. 34. &c.*

15. Quocirca oportet hîc locum habeat, quòd grauiſsimè definit Synodus Tridentina (*b*). *Quòd ſi aliquando* (inquit) *hiſtorias & narrationes ſacræ Scripturæ, cùm indoctæ plebi expediet, exprimi & figurari contigerit: doceatur populus, non propterea diuinitatem figurari: quaſi corporis oculis conſpici, vel coloribus & figuris exprimi poſſit. Miſerabilis* (inquit Auguſt.) *animæ noſtræ ſeruitus eſt: ſigna pro rebus accipere, & ſuper creaturam corpoream, oculum mentis ad hauriendum æternum lumen leuare non poſſe* (*c*).

16. Nulla igitur iniuria fit Deo, quando eius Imago figuratur. Nihil incommodatur rudi populo: quia inſtruendus eſt, vt rudis eſſe deſinat. Addo cum Gregorio (*d*) quòd abs re non facimus; ſi per viſibilia inuiſibilia demonſtremus: quia & Apoſtolus, ex ijs quæ ſenſibus noſtris obuia ſunt, docet mentem potuiſſe ad diuinitatem cognoſcēdam aſſurgere (*e*).

b *Actuũ 17.*
c *Tridens. 25.*
d *Auguſt. de Doct. Chriſt. lib. 3. cap. 5.*
e *Greg. lib. 7. epiſt. 53.*
f *Rom. 1.*

17. Quòd ſi myſterium Trinitatis, vniuerſo populo Chriſtiano credendum, in Symbolo, proponitur; certè, quò manifeſtius illæ propheticæ viſiones, per quas Trinitatis Perſonas ſacræ literæ inſinuant; oculis rudium, per conuenientes picturas exhibentur, eò magis in eo diuino propoſito ſatisfieri poſſe videtur.

Greg. lib. 7. epiſt. 109. Nicen. 2. Gre. Nyſ. oratione in Theod. martyr.

18. Neque enim populus per conciones tantùm inſtruendus eſt: ſed etiam per Imagines iuuandus. Et perfectius hærent, quæ ſubiecta ſunt oculis; quàm quæ dimiſſa per aures. Et pulchrè docet B. Gegorius (*f*), eos; qui literas ignorant, in parietibus videndo legere, dum picturas intuentur; quæ in codicibus legere non valuerunt.

19. Valet igitur ante omnia hic Imaginum vſus ad Dei, Trinitatiſque qualemcunque cognitionem populo Chriſtiano inſinuandam, & diuinam illam maieſtatem, quantum per humanas vires licet; quomodocunque obumbrandam: Sed & docti, hoc Imaginum Dei atq; Trinitatis vſu ea, quæ vel didicerunt, vel legerunt, in mentem reuocant, memoriamque confirmant: quemadmodum ſacrorum Bibliorum hiſtoriam facilè diſcet, qui identidem inſignium virorum geſta in tabulis depicta intuebitur (*g*).

g *Damaſ. lib. 4. cap. 17. Aug. lib. 22. Con. Fauſtum cap. 73.*

20. Quid, quòd eædem Imagines, & beneficiorum, & humanitatis Dei nos commonefaciunt? quando nunc ipſum cum Adam atq; Noe fami-

Digitized by Google

familiariſsimè conuerſantem (a), & generis propagationem, numeroſamque prolem promittentem; nunc dona ſua in Apoſtolos profundentem pictura obijcit (b).

21. At nec inſtruunt ſolùm; nec ſolum memoriam iuuant, beneficiaque collata ad mentem reuocant: verùm etiam amorem noſtrum erga Deum imperant, & quaſi extorquent. Quia non in ipſa pictura hæret animus: ſed pictura animum ad eum quem repræſentat, deducit (c). Certè à fletu ſibi non temperabat Gregorius Nyſſenus (d); quãdo picturam Abrahæ, filium Iſaac immolantis conſpiciebat. Et B. Chryſoſtomus ex cera fuſilem picturam, pietate plenam amauit plurimum (e).

a Geneſ. 7.
b Actuum 1.
c Greg. lib 7. Epiſt 53.
d Actio 4. in 7 Synod.
e Chryſ. in oratione quòd veteris & noui teſt. vnus ſit legiſl.

CAPVT II.

De duplici cultu, qui Dei imaginibus à Catholicis exhibetur.

HIc vſus Imaginum Dei atque Trinitatis apud Catholicos. Quocirca manifeſtum eſt iuſtis de cauſis, illas & retinendas & magno loco habendas eſſe. Cultus verò, qui ijs Chriſtiano ritu exhibetur, non ob iam dictas cauſas præſtatur; ſed idcirco, quia Imagines ſunt, defertur.

2. Hic duplex eſſe poteſt. Nam aut idem cum illo eſt, quem ipſi Creatori exhibemus: aut longè illo inferior. Idem erit, ſi mens per Imaginem in Creatorem transferatur, longè alius, ſi in ipſa Imagine hæreat, eamque, vt ſacram quandam rem, reuereatur.

3. Sanctæ ſiquidem, & ſacræ ſunt Imagines; non propter materiam, non propter colores, non per manus impoſitionem, non per canonicam aliquam conſecrationem, ſed hoc ipſo, quòd ad aliquid ſanctum ſignificandum ſunt conſtitutæ: quemadmodum & ſanctæ literæ ſunt, qui Chriſti Euangelium continent.

4. Honor & cultus, qui Imagini, vt rei ſanctæ, exhibetur, longiſsimè diſtat ab illo, qui Deo præſtatur: longè ab illo, qui Sanctis cum Chriſto regnantibus: longè ab illo, qui virtute præditis hominibus. In hos enim propriè poteſt honor conuenire. Verùm quemadmodũ ſacra ſunt, & in honore habentur, quæ ad diuinum cultum ſunt deſtinata; templa, vaſa quibus in templis vtimur, aliaque id genus; ita etiam ſacris Imaginibus ſuum honorem deferimus.

5. Hoc eſt quod his verbis expreſsit Nicæna Synodus ſecunda (f). *Venerandis & ſanctis Imaginibus ſalutationem & honorariam Adorationem omnes exhibeant; non (ſecundum fidem noſtram) veram latriam; quæ ſolùm diuinæ naturæ competit: ſed quemadmodum typo venerandæ & viuificantis Crucis, & ſanctis Euangelijs, & reliquis ſacris oblationibus ſiffitorum, & luminarium reuerenter accedimus.*

f Synod. Nicen. act. 7.

6. Nam

Digitized by Google

6. Nam ſi cultus & honor, rei oportet reſpondeat dignitati: ex eoque ſummæ dignitati, ſummus honor debetur: mediocri mediocris conueniat: cùm etiam ſacris rebus maior inſit dignitas, minor verò ijs, quæ res ſacras ſignificent; certè honor aliquis in Imagines eſt conferendus.

7. Si natura duce ſit, vt omnium, quæ ſenſibus obijciuntur, Imagines neceſſariò in animo formemus; easque vel amemus, cùm videntur pulchræ & iucundæ; vel odio habeamus, cùm ſunt ingratæ & fœdæ; vel veneremur, cùm ſunt ſacræ: certiſsimum verò ſit, maximo honore dignam eſſe ſpeciẽ illam, quæ Deum repræſentat: quod, quæſo, peccatum eſt, eundem honorem tribuere pictis, & extra mentem poſitis Imaginibus, quem ijs, quas mente concipimus, natura defert?

8. Verùm cùm ita Imagine vtimur, vt medium quoddam ſit, quo mens in Deum fertur; animusque non in ipſa quieſcit, ſed per ipſam in Deum aſſurgit, Deumque in Imagine intuetur; tunc neceſſe eſt, niſi in Deum prorſus impij, & blaſphemi inueniri velimus, eundem Imagini, quem Deo tribuamus honorem. propterea, quòd vnus idemque motus eſt, quo mens in Deum, atque ipſam fertur imaginem.

9. Quòd ſi nulla veſtis, tam verè corpori vnitur veſtito, quàm Imago rei, quam repræſentat; eo ſaltem tempore, quo rem præſentem exhibet: veſtique cum corpore verè eundem cultum, abſq; crimine, tribuimus; nullum peccatum eſt, Deum in Imagine, tanquam in veſte, adorare.

a Auguſt. de verbis Dom. ſerm. 58.

10. B. Auguſtinus (a) humanam Chriſti naturam, quæ Filio vnita eſt, cultu latriæ adorari poſſe, docet exempla purpuræ regiæ, quam ſimul cum Rege totò adoramus: & non poterit idem honor Deo ipſiusque Imagini exhiberi: quando ipſa Deum repræſentat, animusq; inter Deum, & ipſam non diſtinguit? ſed Deum & cum Imagine, & in Imagine, & per Imaginem videt?

11. Certè non duo ſunt hîc, quæ adorantur; ſed vnum colitur in alio, & tantum abeſt, vt in hoc negotio Idololatriæ crimẽ cõmittatur, & diuinitus honor ad creaturas transferatur; vt etiam multò minus Imagini, in hoc adorationis genere, quam in priori illo tributum eſſe videatur.

b Ambroſ. ſerm. 10. in Pſalm. 118.

12. Omnem hic cultum Deo tribuimus: Imagini nihil. In hunc ſenſum loquitur Ambroſius (b): *Qui coronat*, inquit, *Imaginem Imperatoris: illum vtiq, honorat, cuius Imaginem coronauit: & qui ſtatuam contempſerit Imperatoris; Imperatori vtiq, cuius ſtatuam conſputauerit, feciſſe videtu.*

13. Do-

13. Docuit natura gentes virorum illuſtrium ſtatuas ponere, atque in ſtatuis ipſos celebrare. Tulit non minus acerbè Theodoſius depoſitam fuiſſe, ab Antiochenis, Placillæ ſtatuã: quàm ſi viuæ vxori contumeliam intuliſſent(a). B. Chryſoſtomus Theodoſium ob Imaginum ſubuerſionẽ & læſum, & contumelia affectum conqueritur (b) a Trip. lib. 9. cap 32. b Chryſ. ad pop. Antioch. ho. 2. & 3. & Trip. li. 10. cap. 15.

14. Quocirca in his Dei, Trinitatiſq; Imaginibus, ante omnia illud obſeruandum, quod rudem populum docendum decreuit Synodus Tridentina(c). Nouerit ſcilicet, Deum non iiſdem, quibus depingitur membris circumſcribi. Tum deinde, ſciendum non ſtatim reprehendendos pictores, quòd quædam in picturis exprimant, quibus ipſæ hiſtoriæ, vnde Imagines petuntur, nullam certam authoritatem præbent. c Trident. ſ. ſt. 25.

15. Quæ enim à pictoribus adiunguntur, & Scripturarum ſacrarum non nituntur authoritate; illa, ſi aut neceſſariò addenda cenſentur, aut certè conuenienter, & probabiliter; & communi Eccleſiæ cõſenſu permittuntur, omni meritò repræhenſione vacare debent.

16. Sed nec omnium, quæ in his imaginibus inueniuntur, quærenda ratio eſt. Hic locum habere debet, quod in parabolis Euangelicis obſeruandum docuit Chryſoſtomus(d), vt nõ nimia cura angamur; ſed vt cùm quid per parabolam intendatur, didicerimus; inde vtilitate collecta, nihil vlterius anxio conatu inueſtigemus. d Chryſoſt. hom. 48. in Matth.

CAPVT III.

De Imaginibus tam bonorum quàm malorum Angelorum, quæ ex ipſorum Apparitionibus profectæ videntur; deq; earum ratione & cauſis.

APparitiones Angelorum, tam bonorum, quam malorum, non literis ſolùm declaratæ ſunt, verùm etiam Imaginibus expreſſæ. Quocirca, hoc loco, quid ipſæ Imagines cum Apparitionibus commune habeant, & quæ ipſarum ſit ratio, breuiter eſt expendendum: præſertim quando tota hęc res nullo fundamento quibuſdam niti videatur, ſed ab hominum ſola voluntate pendere. 1.

2. In bonorum igitur Angelorum Imaginibus, & exterior forma, & corporis habitus: & cum ipſis coniuncta, aduertenda ſunt.

3. Forma duplex eſt, quoniam aut integro perfectoque corpore depinguntur, aut ſolo, & quidem alato capite figurantur. Vtrobique verò ſpeciem humanam referunt, fulgentique aſpectu & liberali, atque adoleſcentis forma, animos intuentium ad ſe rapiunt.

4. Habitus corporis quandoque omnino nullus eſt: vtcùm, ſine veſtibus, nudi exhibentur; quandoque ipſis dignus. Et hic nunc mi-

Digitized by Google

litaris eſt, & ad pugnandum accommodatus: nunc qui pacis ſit argumentum; vt cùm veſtitu cã lido induti, zonis circa pectus & lumbos præcincti, lapidibus pretioſis ornati, duabus alis pennati, & nubibus circundati, ſed tamen diſcalceati, conſpiciuntur.

5. Coniuncta cum his ſunt, gladius verſatilis, crux, flagella, cithara, aliaque cùm dominicæ paſsionis, tum Muſica inſtrumenta: virga itẽ regia, bilibris, thuribula, locus, & his ſimilia.

6. Omnibus his occaſionem dedit partim ſcriptura, quæ ipſos hoc ferè modo apparuiſſe demonſtrat: partim totius Antiquitatis conſenſus: partim ratio, quæ vel ornatum in his quærit, vel mentem inſtituit, aut confirmat.

7. Perfectæ ipſorum formæ authoritatem identidem dant Sacræ literæ: quæ quotieſcunque Spiritus illos oculis noſtris obijciunt; ſub humana & quidem perfecta, apparuiſſe multis argumentis inſinuant. Sed & perfectam habuiſſe ſpeciem videntur, quos in ipſo templi ſa-
a Exod. 85. crario aſſeruari voluit Deus (*a*): & quos ex lignis oliuarum fabrefactos atque auro tectos, in medio interioris templi conſtituit Salo-
b 3 Reg. c. 6. mon (*b*).

8. Imperfecta forma ex ſola videtur ratione pendere. Docet enim non membra in Angelis eſſe quærenda; ne ipſos corpora ſuſpicaremur: ſed duplici virtute excellere: vi, ſcilicet, intelligendi, cuius argumentum caput eſt; & promptitudine, quàm celerrimè diuina mãdata exequendi; quod quidam in alis obſeruant.

c Diony. c. 15. de cœl. Hier. 9. Sed alarum leuitas Dionyſio (*c*) ſignificat, quòd terreni corporis ſarcina liberi, toti, abſque vlla admixtione vel pondere, ad cæleſtia ferantur, & in diuinarum rerum contemplatione iugiter occupentur.

10. Fulgentem aſpectum obſeruatum eſſe in ipſis Apparitionibus,
d Luc. 1. Marc. 16. Mat. 28. etc. trepidatio illorum, quibus ſe exhibuerunt, demonſtrat (*d*). Sed & ratio eundem poſtulare videtur. ſiquidem in illorum olim ſocietatem
e Dani. l. 12. aſſumendi, fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti (*e*) & B. Auguſtinus
f Aug. ſer. 14. de Natiuitat. Domini. (*f*) non alio, quàm fulgenti aſpectu, Gabrielem ad Virginem ſalutandam ingreſſum eſſe, apertè fatetur.

11. Iuuenilis ætatis plurima argumenta præbet Scriptura. quia iu-
g Marc. 16. etc. uenes vocat (*g*). Sed & officiorum ratio, & vitæ conditio hanc poſtulare videbantur. Vitæ quidem conditio; ne tempore putares ſeneſcere, & ætate conſumi: officiorum verò ratio; ne ſi infantis aut ſenis perſonam referrent, ad munia ſua exequendum, iudicarentur inepti.

12. Nuditas in hominibus verecundiam parit, in Angelis virtutis argumentum eſt: ſanctitatis inquam, caſtitatis, immortalitatis, atq; inno-

Innocentiæ:quibus etiam primi illi parentes veſtiti, nec ipſa nuditate confundebantur,cùm non eſſet in corpore cui verecũdia deberetur, nec quicquam putabant velandum: quia nihil ſentiebant refrenandum(*a*).

13. In habitu militari Angelum proponit Hiſtoria Machabæorum (*b*). *Apparuit*(inquit)*præcedens eos eques in veſte candida,armis aureis, haſtam vibrans.*Simili modo iam olim ante annos octingentos,& eo am plius,depictum fuiſſe poſſumus credere,qui Aſſyriorũ centum octoginta quinque millia vna nocte trucidauit (*c*): quam ex cera fuſilem picturam,pietate plenam, ſe vidiſſe teſtatur, & amaſſe B. Chryſoſtomus(*d*).

a *Aug de geneſ.ad literã lib.11.cap.1.*
b *2. Mac.c.2.*
c *4.Reg.14.*
d *Chry.in oratione quod veteris & noui Teſt. vnus ſit legiſlat. vide princip act.4. ſept.ſynod.*

14. Veſtitus candidus,& innocentiæ,& gaudij ſignum eſt. Quocirca & Angeli hoc ipſo vitæ ſuæ integritatem teſtantur: atque item gaudium,quod tum ipſi habuerunt,tum homines concipere oportebat, ſi quando in hoc habitu conſpecti ſunt. Apparuerũt in veſtibus albis; & animos addunt Iudæis(*e*):luctum interdicũt mulieribus: & mortalium genus,in primis verò Apoſtolos, ob lætiſsimam Chriſti aſcẽſionem recreant (*f*).

e *2.Mach.2.*
f *Marci 16.*

15. Neque tamen ita candidum ipſis habitum tribuimus, vt quemcunque alium damnemus.Seuerum quendam Hæreſiarcham arguit Ioannes Gabalon Epiſcopus,quod putauerit nõ decere Angelos purpureas, ſed albas veſtes. *Ignorat* (inquit)*ſanctis Poteſtatibus non eſſe curæ, quo veſtitu vtantur*(*g*).

g *Molanus de picturis.*

16. Et candido quidem habitu,nõ quocunque; ſed ſacerdotali pinguntur. Quia, ſcilicet,ſacerdotum quaſi munus ſubeunt: quando & pro nobis preces fundunt: & noſtram cauſam apud Deum agunt: & hominum ſalutem varijs rationibus & modis promouent.

17. Zona,qua præcincti hominibus apparent;expeditos & aptos ad miniſteria exequenda declarat.Sed & continentiæ atque caſtitatis eſt argumentum(*h*):quæ quia non corporis ſolùm, verùmetiam mentis inuenitur in Angelis:fit, vt & circa pectus in circa lumbos præcincti conſpiciantur.

h *Greg.li.28. Moral.cap.8.*

18. Lapidum, & pretioſarum gemmarum ornatus, partim ex ipſa Antiquitate; ſed tamen ex ratione præcipuè videtur eſſe profectus. Conſtantinus enim Magnus(*i*) in Baſilica Conſtantiniana, quæ Lateranenſis modo dicitur, inter cæteras Imagines, quatuor Angelos ex argento,in quinis pedibus poſuit,qui penſabant ſinguli libras centum quinque,cum gemmis Alabandenis.

i *Teſt: Damaſo in Pontifi.*

19. Et hæ quidem gemmæ non parum ad ornatum faciebant. Sed tamen variarum quoque virtutum ſplendorem teſtabantur: non ſecus,

cus, atque duodecim illæ, quatuor ordinibus diſtinctę, & in Rationali infixæ, Sacerdotem ſummum ſui officij commonefaciebant(*a*).

20 Nempe(vt pauca de pluribus aſsignemus) Saphirus cærulei coloris ipſorum caſtitatis argumentum eſt. Chryſtallus, qui vt habet Baſilius(*b*), cum aere contendit, & ei ſimilis in perſpicuitate videtur, puriſsimæ ſubſtantiæ: Hyacinthus rubeus, cæleſtis conuerſationis: Smaragdus viridiſsimus, virentis ſemper, & nũquam deficientis naturæ(*c*).

21. Alarum iam olim meminit Chryſoſtomus(*d*): monetque Gabrielem volitantem à pictoribus delineari, nobiſq; repręſentari: non quòd Deus illum pennatum condiderit; ſed ob ſublimes & excelſas cæleſtis naturæ vires; atque vt illum è ſupremo domicilio & cæleſti collegio, ad terram noſtra cauſa deueniſſe, gratis animis reputemus.

22. Nubibus plerumq; circumdantur; vel quia in cælis eorum propria eſt, ſedes: vt quòd Dei in nubibus aliquando perſonam ſuſtinuerunt(*e*): vel quia ſicut ſolis ſplendor ad humanum aſpectum, per interpoſitas nubes transfertur; ita lux diuinæ veritatis, quam illi reuerenter ſuſcipiunt, in mortales pro cuiuſque captu, ſecunda deriuatione transfunditur(*f*).

23. Etenim non ſolùm Angeli ab Angelis illuminantur: & informantur: etiam diuinæ prouidétiæ ratio poſtulat; vt homines, per ipſos, in multorum veniant cognitionem. Et Angelis quidem per partes offerunt, quod ipſi quaſi vniuerſim perſpiciunt: hominibus verò res diuinas in ſimulachris quibuſdam à ſe effictis obijciunt, & non paruas vires intellectui ipſorum afferunt(*g*).

24. Diſcalceati figurantur. Nam ſic Patriarchis olim apparuiſſe credi poteſt (*h*). Sed & Dei miniſtris familare eſt hoc modo mitti, quemadmodum docent exempla Iſaiæ,(*i*) Apoſtolorũ(*k*) Accedit quòd ſanctos viros, quorum ſtudium eſt in terris angelicam vitam ducere, calceis abſtinuiſſe legamus (*l*): Denique hoc ſignificatur eos qui commune cum Angelis officiũ habent, ſolutos eſſe debere à prauis affectibus, vt facilius ſpirituale iter gradiantur.

25. Inſtrumenta quoque ſanctis Spiritibus ars pictorũ affinxit. Illa verò partim Dei vel iram, vel miſericordiam, vel iuſtitiam ad mentem nobis reuocant: partim Angelorum teſtantur authoritatem, officium, & vitæ conditionem; Paſsionis inſignia, teſtes ſunt diuinæ miſericordiæ: gladius verſatilis, iræ, iuſtitiæ, libra, cum qua S. Michael pingitur. Ipſorum verò poteſtatem declarant virga regia, officium, tuba: conditionem: inſtrumenta muſica.

26. Omnibus his authoritatem Sacræ literæ dare videntur. Videbimus

a *Exod. 18.*

b *Baſilius in opera hexa. hom. 2.*

c *Vide apud Brun. lib. de Imag. cap. 12.*

d *Chryſ. hom. 3. de Incomp. dei natura.*

e *Exod. 16. Deut. 31. Math 17 & 24. Luc. 22. Actuum 1.*

f *Greg. in Iob. lib. 27. c. 6. Dionyſ. c. 4. cel. Hier.*

g *Thom. 1. p. q. 111. art. 1. in Cor.*

h *Geneſ. 18.*

i *Iſaie 20.*

k *Exod. 3.*

l *Matth. 10.*

m *Epiph. l. 2. tom. 1. hæreſ. 52. & lib. 3. tom. 2. hæ. 28.*

bimus ſignum filij hominis in illo die: vtique Angelorum miniſterio deferri(*a*): Poſtquam eiectus Paradiſo fuit primus parens, conſtitutus eſt Cherub, qui gladio flammeo atque verſatili aditum ad ipſum prohiberet(*b*). Appenſus in ſtatera dicitur Balthaſar, & inuentus minus habere (*c*). Virga vſus eſt Angelus, qui Gedeoni auctor fuit belli contra Madian ſuſcipiendi(*d*), Tuba canit, qui à quatuor mundi partibus mortales ad ſtudiorum ſuorum fructus percipiendos euocabit (*e*). Inſtrumenta muſica inſignem voluptatem, qua perpetuo perfruuntur, teſtari videntur.

a Matth. 44.
b Geneſ. 5.
c Daniel. 5.
d Iudicum 4.
e Matth. 15.

26. Et thuribula illis tribuuntur: vt intelligamus noſtras Deo preces offerre(*f*). Et in columnis altarium conſtituũtur: vt ſignificemus tremendis Miſſæ ſacrificijs præſentes aſsiſtere: quemadmodum egregiè declarant Ambroſius(*g*), Chryſoſtimus(*h*), & Innocentius tertius (*i*).

f Iob 3. & 12.
g Ambroſius Lucæ.
h Chryſ. hom. 21. in Act. & 3. cont. Arm. & lib. 6. c. 7. de Sacerdot.
i Innocent. lib. 2. de ſacro altaris miniſt. 1. cap. 24.

27. Hæc de bonorum Spirituum Imaginibus. At Dæmones nulla certa forma, nullo certo habitu exprimuntur. quia nec vllo certo habitu formáue ſe offerunt. Effinguntur in forma variarum beluarum tam quadrupedum, quàm reptilium & volatilium. Sed & in hominis forma, & non tantùm viri, verum etiam mulieris: & nunc quidem venuſta, nunc turpi, atq; quæ ipſorum ingenio reſpondet, horribili, cum vnguibus, cornibus, & cauda, &c.

28. Ratio horum varia eſſe poteſt. Primum manifeſtum eſt, quòd ſe varijs formis exhibuerint(*k*): eas igitur ars imitatur. Deinde Sacræ litteræ ita ipſos depingunt, vt quaſcunque formas, ſine honoris proprij periculo, admittere poſſe videantur: & nunc quidem aſpidis, nũc draconis, nunc baſiliſci, nunc aquilæ, nunc vulturis nominibus compellant(*l*).

k Theſ. 16.
l Brun. de imag. cap. 14.

29. B. Iob vnum aliquem ipſorum his coloribus depingit. *Sternutatio eius(inquit) ſplendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi : de ore eius lampades procedunt, ſicut tædæ ignis accenſæ : de naribus eius procedit fumus, ſicut ollæ ſuccenſæ atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit* (*m*).

m Iob 41.

30. Sed & ingenium eius & poteſtas non parum ex quibuſcunque deformibus formis perſpicitur. Rapacitatem teſtantur vngulæ: cauda fraudem: crudelitatem trux vultus: cornua potentiam, quæ tanta eſt, vt non ſit poteſtas ſuper terram, quæ comparetur illi, qui factus eſt(*n*), vt nullum timeat.

Ibid.

APPEN-

APPENDIX SECVNDA.

AD LIBRVM DE APPARITIONIBVS Spirituum, in qua, quod Cap. 13. inſinuatur, demonſtratur Purgatorium.

AD Theſin trigeſimoquinto Cap. decimotertio ſyluam quaſi quandam locorum adiecimus, in prima huius de Apparitionibus Spirituū Diſputationis editione: quibus fidem Purgatorio fecimus. Potuiſſemus loca ipſa ad longū aſſcribere: verùm quia propoſitum nobis non erat aſtruere Purgatorium: ſed Apparitiones Spirituum explicare, ſatis fuit loca ipſa indicaſſe. Nunc quia rurſus prodit Diſputatio, loca & ſententias ad longum adijcimus: tum quòd intellexerimus has à quibuſdam poſtulari: tum vt os obſtruamus ijs, qui Aſſertionem de Purgatorio paßim aſſerunt eſſe rem de lana caprina, & in certis tantum niti Animarum quarundam Apparitionibus. In Theſi verò ſex quaſi claſſes locorum diſtinximus. In prima ſunt Sacræ Scripturæ teſtimonia: in ſecunda Conciliorum definitiones: in tertia ſummorum Pontificum ſuffragia: in quarta Patrum ſententiæ: in quinta rationes naturales, cum ſententia Gentilium: in ſexta confeßio aduerſariorum, qui Catholicæ & Apoſtolicæ doctrinæ ſe hoſtes profitentur. Has claſſes in ſententijs afferendis ſeruabimus, et quia Apparitiones argumento huic occaſionem dederunt, aliquas, ſeptimo loco pro purgatorio adijcimus.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

Prima claſſis argumentorum, pro aſſertione Purgatorij, deſumptorum ex ſacris veteris & noui Teſtamenti Scripturis.

Secundo Machab. duodecimo. 1.

VIR (*inquit Scriptura*) fortiſsimus Iudas, facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Hieroſolymam, offerre pro peccatis mortuorum ſacrificiũ: bene ac religioſè de reſurrectione cogitans. Niſi enim eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur, & vanum, pro mortuis orare. Et quia conſiderabat, quod hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur. *Ita 2. Mach 12.*

Ex hoc loco complura obſeruatione digna colliguntur. Primò, eſſe poſt hanc vitam quendam Purgatorium locum vbi Animæ defunctorum expiantur; diſtinctum ab inferno, vbi nulla redemptio; & à cælo, vbi nulla miſeria. Secundò, Non expiari ſemper in morte, & cum morte, omnes peccatorum reliquias; ſed quaſdam quandoq; relinqui, in futura vita expiandas. Tertiò, Quibus rebus iuuentur defunctorum Animæ; oratione, ſcilicet, & ſacrificio: ſub quibus alia his ſimilia pietatis officia continentur. Quartò, Quibuſnam defunctorum Spiritibus proſint viuorum ſuffragia: ijs nimirum, quos morali coniectura, cum pietate domitionem accepiſſe conſtat. Quintò, Poſſe hominem piè & ſanctè mori, & tamen habere debitum aliquod ſoluendum. Sextò, Parentandi conſuetudinem non eſſe rem nouam. Septimò, Nõ eſſe rem quæſtus, aut alterius cuiuſquam cauſa inſtitutam. Octauò. Eſſe de fide, cogitationem, quã & corde credimus, & opere teſtatũ facimus, Suffragia, quæ pro defunctis fiunt, defunctorum Spiritibus prodeſſe: eſſe ſalubrem & ſanctam. Nonò, Aduerſariorum doctrinam huic doctrinæ inſultantem, & cum inſigni pietate, & cum animarũ pernitie eſſe coniunctam, adeoq; hæreticam.

Primo Corinth. tertio. 2.

Deinde ex Apoſtolo hæc veritas confirmatur 1. Corinth. 3. vbi ſic loquitur: Vt Sapiens Architectus fundamentum poſui; alius autem ſuperædificat. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt: quod eſt Chriſtus Ieſus. Si quis autem ſuperędificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretioſos: ligna, fœnum, ſtipulam: vniuſcuiuſque opus manfeſtum erit. Dies enim Domini declarabit; quia in igne reuelabitur. Et vniuſcuiuſque opus quale erit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit, quod ſuperædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius opus arſerit, detrimentũ patietur. Ipſe autẽ ſaluus erit, ſic tamen quaſi per Ignem.

Digitized by Google

Multa hic ſanctiſſimus Apoſtolus: ſed pro noſtro inſtituto ſequentia. Primo, Eſſe poſt iudicium aliquem locum, vbi expiantur animæ, quæ ſuper fundamentū, ab Apoſtolo poſitum, ſtruxerunt lignum, fænum, ſtipulam: & expiantur, vt admittantur ad cælum, fiantq́ ſalua. Secundò, Quæ nam illa ſint, à quibus expiātur in Purgatorio Animæ; videlicet lignum, fænum, ſtipula; id eſt, venialia, & parua peccata. Tertiò, Quod genus ſupplicij ſuſtineant Animæ in Purgatorio, videlicet Ignis. Vndè & Purgatorij ignis denominatio.

Ita hunc locum exponunt Origenes, in Hierem. Homil. 12. Theodoretus Cyri Epiſcopus, in 3. cap. 1. Corinth. Oecumeni, in 3. 1. Corinth. Cyrillus lib. 14. in Leuit. Cyprianus, li. 4. Epiſt. 22. Ambroſius 1. Corinth. 3. Hieronymus, ibidem. Auguſtinus, in Pſal 37. Gregorius, 4. Dialogorum cap. 35. &c.

Duobus his Scripturæ locis euidentibus, & illuſtribus, accedunt alij, minus fortè euidentes, & illuſtres; qui partim ex Veteri partim ex Nouo Teſtamento deſumpti ſunt.

Ex veteri ſunt ſequentes Tobiæ quarto.

3. Panem tuum, & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtitue: & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.

Fruſtra Panis & vinum ſuper ſepulturam iuſti conſtituuntur: ſi hac defunctum non iuuant. Si verò iuuant, nec felix eſt, qui nullius egeat; nec deſperatæ ſalutis, vt iuuari non poſſit. Alicubi igitur (hoc Purgatorium vocamus) patitur; vndè liberari poteſt. Secundò obſerua viuentium pijs officijs, vt v.g. eleemoſyna iuuari defunctos, qui in Purgatorio ſunt. Tertiò obſerua, Quibuſnam defunctis Purgatorius locus deſtinatus ſit. Iuſtis ſcilicet, id eſt, qui hinc in Dei gratia diſcedunt. Impijs in Purgatorio nullus locus eſt: impijs nihil proſunt defunctorum ſuffragia.

1. Regum vltimo, & 2. Reg. primo.

4. Habitatores Iabes Galaad, cum audiſſent mortuum Saul, tulerunt cadauer eius, & cadauera filiorum eius; veneruntque Iabes Galaad: & combuſſerunt ea igni: & tulerunt oſſa eorum, & ſepeliuerunt in nemore Iabes; & ieiunauerunt ſeptem diebus. Pro iiſdem ieiunauit Dauid. 2. Regum 1.

Quorſum hoc ieiunium? Voluerunt id prodeſſe defunctorum Spiritibus, vt Beda exponit; & bene: Si enim ſignum triſtitiæ fuiſſet, non verò defunctos aliquid ſolatij voluiſſent per id obtinere, non certorum (ſeptem) dierum ieiunium ſuſcepiſſent: ieiunaſſet quoque pro filio infante Dauid poſt mortem: quod non fecit. quia ſciebat ipſi viuorum ſuffragijs non opus, vt opus Saul, ſuiſq́ filijs. Obſerua quoq́ Ieiunium eſſe inter opera, quibus defuncti iuuantur.

Pſalmo. 65.

5. Tranſiuimus per ignem, & aquam; & eduxiſti nos in refrigerium.

Non contemnimus alias huius loci expoſitiones: ſed valde placet ſententia Ori-

Origenis & Ambroſij: qui per aquam Baptiſmum, per ignem Purgatorium intelligunt. Hic inquit Ambroſius, per aquam tranſimus; ibi per ignem. Per aquam, vt abluantur peccata; per ignem, vt exurantur. Vide Orig. Homil. 25. in Num. Ambroſ. in Pſal. 36 & ſerm 3. in Pſal. 118. Obſerua rurſus hic rationem nominis Ignis Purgatorij.

Iſaiæ 4.

Purgabit Dominus ſordes filiorum & filiarum Sion; & ſanguinem 6.
emundabit de medio eorum ſpiritu iudicij, & ſpiritu Combuſtionis.

Malachiæ 3.

Ipſe ſedebit, quaſi ignis conflans; & Purgabit filos Leui, & colabit 7.
eos, quaſi aurum, & quaſi argentum, vt erunt Domino offerentes ſacrificia in iuſtitia.

In vtroque hoc loco intelligit B. Auguſtinus Purgatorium. Quis eius ſententiam damnauerit? Ex his, quæ dicta ſunt, inquit 20. de ciuitate Dei, cap. 25. videtur euidentius apparere in illo iudicio, quaſdam quorundam purgatorias pœnas futuras.

Zachariæ 9.

Tu autem in ſanguine Teſtamenti tui, eduxiſti vinctos tuos, de la- 8.
cu, in quo non eſt aqua.

Loquitur Propheta de deſcenſu Chriſti, ſecundum animam, ad inferos, quãdo corpus ſepulchro concludebatur: docetq; eduxiſſe vinctos ſuos de lacu; in quo nulla aqua conſolationis. Et qui illi vincti? An damnati? Illi educti non ſunt. Ignis, & ſupplicium eis æterna ſunt. An patres, qui in Limbo? At illi non propriè vincti, nec in lacu, vbi non aqua conſolationis. Illi ergo vincti ſunt, qui propter peccata Purgatorij ignis graues pœnas ſuſtinebant. Atque hoc eſt, quod B. Auguſtinus. lib. 12. Geneſ. cap. 33. docet Chriſtum deſcendiſſe ad inferos, & eorum multos, qui in inferno, id eſt Purgatorio, cruciabantur inde liberaſſe.

Ex nouo Teſtamento ſequentes. Matth. 12.

Omne (*inquit Dominus*), peccatum, & blaſphemia, remittetur ho- 9.
minibus: Spiritus autem blaſphemię non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit verbum in Spiritum ſanctum non remittetur ei, nec in hoc ſeculo, nec in futuro.

Quando Dominus dicit, (inquit Petrus Cluniacenſis, Epiſt. contra Petrobuſianos) Qui dixerit Verbum contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei nec in hoc ſeculo, nec in futuro: *oſtendit veniam quidem peccatorum in hoc ſeculo, dignis ſemper concedi: remiſſionem tamen pœnarum, quam peccata exigunt, in ſeculo futuro aliquando differri. Et Pulchrè in eundem*

Digitized by Google

locum B. Gregorius, 4. Dialog. cap. 39. quod de vno negatur, conſequens intellectus patet, quia de quibuſdam conceditur. Idem habet alijs verbis B. Aug. lib. 21. de Ciuit. Dei, cap. 24.

Ad Philippenſes 2.

10. In nomine Ieſu flectetur omne genu cæleſtiũ, terreſtriũ & infernorũ.

Apocalypſis 5.

11. Audiui omnem creaturam, quæ eſt in cælo, ſuper terram, & infra terram, dicentem ſedenti in throno & Agno: Benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum.

Qui illa infra terram? qui inferni? Certè non damnati. In inferno, *inquit Dauid, Pſal. 8.* quis confitebitur tibi. *Idem Pſal. 113.* Non laudabunt te, qui deſcendunt in infernum. *An fortè Spiritus patrum in limbo? At limbus iam exhauſtus erat, quando hæc Apoſtoli dicebant: iam duxerat Dominus captiuã captiuitatem. Epheſ. 4. Illi igitur ſunt, qui purgatorio loco concluduntur; qui voluntatis genua Domino incuruat; & vt filij parentis diſciplinam pie ſuſcipiunt.*

1. Corinth. 15.

12. Quid facient, qui baptizantur pro mortuis, ſi mortui non reſurgunt? vt quid baptizantur pro iis?

Baptizari hic idem eſt, quod affligi ieiunio, oratione, alijsq; pœnitentiæ operibus: quemadmodum eadem vox accipitur, Marci 10. & Luc. 12. Suſcipiebant igitur olim viuentes Chriſtiani moleſtias atque opera difficilia in gratiam defunctorum. Cur verò? vt hæc ipſis prodeſſent. Sed quibus? Non beatis; quia nulla re ipſi indigent. Non damnatis: quia nihil ipſis poteſt prodeſſe. Medijs igitur, qui & quodam modo ſunt miſeri; quia opera aliorum indigent, & ſeuerè puniuntur: & quodam modo felices; quia certa ſpe ſalutem habent, mox re ipſa obtenturi illa. Tales nullos nouimus; niſi, qui in Purgatorio degunt. Vtitur autem Reſurrectionis vocabulo, non ea ſolum de cauſa, quo eorum obuiam erat errori, quibus impiè erat perſuaſum eundem corporum, & animarum eſſe interitum; verùm ideo maximè; vt intelligamus, præter carnis reſurrectionem, mortalibus omnibus communem; quandam eſſe aliam myſticam, puta animarum ex peccatis, vel eorum reliquijs, ſolis iuſtis propriam. Quemadmodum enim duplex mors; vna animæ, altera corporis: ita duplex reſurrectio, altera animæ ex peccato peccatiue reliquijs: de qua hic ſermo: altera corporum ex puluere.

Matth. 5. & Luc. 12.

13. Eſto conſentiens aduerſario tuo citò, dũ es cum eo in via: ne fortè tradat te aduerſarius iudici, & iudex tortori, & mittaris in carcerem. Amen dico tibi; non exies inde donec reddas nouiſsimum quadrantem.

Via in qua ſumus, præſens eſt vita: in hac oportet ſimus conſentientes aduerſario, id eſt; Deo, ſiue Dei legi, aduerſa difficilia carni præcipientis. Niſi enim conſentia-

ſentiamus;futurū eſt,vt aduerſarius tradat nos iudici Chriſto;& hic tortoribus, id eſt Angelis & mittamur in carcerem,id eſt,locum inferum,vbi multæ manſiones aliæ pro damnatis, aliæ pro his, qui purgantur: Ex hoc loco tum continget primum exire,& à carceris moleſtijs liberari,quando nouiſſimus quadrans fuerit perſolutus,teſte Domino. Vbi porro hæc ſolutio fit?in Gehenna? Vbi nulla redemptio. In purgatorio? Ita omnino,vt plerique Patres exponunt,& bene.

Luc. 13.

Memento mei dum veneris in regnum tuum. 14.

Non dubito quin à Spiritu ſancto edoctus latro hæc verba dixerit. Quomodo verò petijt ſui memoriam apud Dominum eſſe poſt hanc vitam, ſi non credidit poſt hanc vitam remitti peccata? & animas auxilio indigere atque iuuari poſſe? id eſt,Purgatorium eſſe?Certè B.Aug.lib.6.in Iulianum; cap. 5. hinc probat aliqua peccata remitti poſt mortem.

Alij alia S.Scripturæ loca proferunt.Nobis hæc ſufficiunt.

Vir prudens iudicet, ſitque bona ſequens Ratiocinatio.

Doctrina quæ fundamentum habet in Sacris literis, noui atq; veteris Teſtamenti,meritò tenetur,& defenditur.

Doctrina de Purgatorio omnino eſt talis,quemadmodum demōſtratū eſt: Ergo doctrina de Purgatorio meritò tenetur & defenditur.

CAPVT II.

Secunda Claſſis argumentorum pro Aſſertione Purgatorij, quæ ex definitionibus ſumuntur Conciliorum partim Generalium,partim Prouinciulium ſiue Particularium.

Concilium Carthag.III.can.29.celebratum in Africa, circa annum Domini 417.

Placuit vt Sacramenta Altaris, non niſi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die Anniuerſario, quo Cæna Domini celebratur.Nam ſi aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, ſiue Epiſcoporum, ſiue cæterorum commemoratio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi illi qui faciunt iam pranſi inueniantur. 1.

Concilium Purgatorium hoc ipſo aſtruit, quo modum quo animæ purgandæ iuuentur,præſcribit. Quantum verò ex Miſſæ ſacrificio lucrum animæ exſpectare poſſint,haud obſcurè hinc colligitur.

Carthaginenſe IIII.Can.79 & 95.approbatum in Trullana Synodo.

Pœnitentes, qui attentè leges pœnitentiæ exequuntur, ſi caſu in itinere,vel in mari mortui fuerint, vbi eis ſubueniri non poſſit,memoria eorum,& orationibus & oblationibus commendetur. Rurſum idem:Qui oblationes defunctorum,aut negant Eccleſijs,aut cum difficultate reddunt,tanquam egentium necatores,excommunicentur. 2.

Et hoc Concilium,vt prius,ſuis, quæ probat & vrget, ſuffragijs,Purgatorium probat.

Digitized by Google

3\. *Concilium vaſenſe ſeu Vaſionenſe primum in Gallia Can. II celebratum ſub Leone 1. qui vixit circa annum Domini 450.*

Qui oblationes defunctorum retinent, & Eccleſijs tradere demorantur; vt infideles ab Eccleſiæ ſunt abijciendi. Quia vſq; ad exinanitionem fidei peruenire certum eſt, hanc pietatis diuinæ exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes, votorum plenitudine: & pauperes conſolatione aliomoniæ, & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur: Hi ergo tales, quaſi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi ſunt. Vnde & quidam Patrum (*Hiero.*) hoc ſcriptis ſuis inſeruit congruenti ſententia, qua ait: *Amico quicquam rapere*, furtum eſt. Eccleſiam verò fraudare, ſacrilegium eſt.

Grauitatem peccati illorum, oſtendit Conſilium; qui quæ animabus poſt hanc vitam cupiuerunt eſſe ſolatia, fraudulenter impediunt. Et dum hoc oſtendit, animabus docet poſt hanc vitam ſolatium à viuis afferri, quibus verò alijs, quàm quæ ſunt in Purgatorio?

4\. *Item Vaſenſe ſecundum Can. 4. circa eadem tempora celebratum.*

In omnibus Miſsis, ſiue matutinis, ſiue quadrageſimalibus, ſiue in alijs, quæ pro defunctorum commemorationibus fiunt, ſemper Sanctus, Sanctus, Sanctus, eo ordine, quo ad Miſſas publicas, dici debeat: Quia tam dulcis & deſiderabilis vox, etiamſi diu noctuq; poſsit dici, faſtidium non poterit generare.

Commemorationes, quæ pro defunctis in diuinis fiunt, hoc fine fiunt, vt defunctis ad refrigerium proſint. Defuncti hi non ij ſunt, qui cum Chriſto in cælo agunt; aut ſocij ſunt Dæmonum in inferno: ſed qui purgatorijs pœnis expiantur: alij eſſe non poſſunt.

5\. *Conſilium Valentinum in Hiſpania ſub Symmacho, Can. 4. circa annum 500.*

Si Antiſtes repentino obitu deceſſerit, & collimetanei Sacerdotes (vt fieri ſolet) de longinquo minimè adeſſe potuerint; vna die tantùm cum ſua nocte, examinatum corpuſculum Sacerdotis maneat: Nec ſine fratrum & Religioſorum frequentia, vel pſallentium excubatione ſeruatum, à Presbyteris, cum omni diligentia in loco conditum ſeorſum, non ſtatim humetur: ſed honorificè commendetur; donec ſine mora inuitato vndecunque Pontifice, Sacerdotis corpus ab ipſo ſolenniter, vt decet, tumuletur.

Non pompæ funebris tantùm rationem habet Concilium; etiam Pſalmos poſtulat: vtique illos, quibus defuncti Anima Deo commendatur, & iuuatur. Similibus & nos quotidie Purgatorium confirmamus.

6\. *Concilium Aurelatenſe ſecundum in Gallia can. 15. celebratum ſub Vigilio circa annum Domini, 552.*

Oblationem defunctorum, qui in aliquo crimine, fuerunt interempti,

empti, recipi debere cenſemus, ſi tamen non ipſi ſibi mortem probentur proprijs manibus intuliſſe.

Nota, quòd Purgatorium, quod defunctis animabus conſtitutum eſt, non omnibus ſeruiat, ijs ſcilicet, qui peccarunt peccatum ad mortem. Idem cum Maioribus noſtris docemus hodie.

Concilium Bracharenſe primum in Hiſpania ſub Honorio primo circa annum Domini 630. can. 37. & 39.

Qui ſibi ipſis quolibet modo culpabili inferunt mortem, nulla pro ijs fiat commemoratio, nec cum Pſalmis ſepeliantur. 7.

Et infra: Si quid ex collatione fidelium, aut per feſtiuitates Martyrum, aut per commemorationem defunctorum offertur, apud vnum clericorum fideliter colligatur, & conſtituto tempore, aut ſemel, aut bis in anno, inter omnes clericos diuidatur.

Aſtruit Concilium conſuetudinem pro defunctis & orandi, & celebrandi. Vtrumq; probat eandem maiores nobiſcum de Purgatorio ſententiam habuiſſe. Neque enim vllis defunctis prodeſt aut oratio, aut ſacrificium, niſi in Purgatorio exiſtentibus.

Concilium Bracharenſe ſecundum eodem ferè tempore Can. 10. 8.

Cognouimus quoſdam Presbyteros in huius præſumptionis audacia retineri, vt Miſſas mortuorum etiam poſt acceptum merum, vel oblationem, auſi ſunt conſecrare: Ideoque hac præfixæ euidentis ſententiæ admonitione ſeruetur, vt ſi quis Presbyter, poſt hoc edictum noſtrum, amplius in hac veſania fuerit deprehenſus, hoc eſt non ieiunus, ſed quocunque cibo præſumpto oblationem conſecrauerit in Altari, continuò officio priuatus, à proprio Epiſcopo deponatur.

Et hæ Miſſæ, ante nongentos annos celebratæ, Purgatorio patrocinantur hoc ipſo, quod pro defunctis ſint celebratæ.

Concilium Antiſiodorenſe in Gallia circa annum Domini 615. Can. 17.

Quicunque ſe propria voluntate in aquam iactauerit, aut collo ligatus ſe ſuſpenderit, aut de arbore præcipitauerit, aut ferro percuſſerit, aut qualibet oratione voluntariæ ſe morti tradiderit, iſtorum oblata non recipiantur. 9.

Eadem huius Concilij ſententia, quæ ſuperius, Arelatenſis II. & Bracharenſis I. eodem igitur modo hinc, vt ex illis Purgatorium aſtruitur.

Concilium VVormatienſe in Germania Can. 10. celebratum circa annum Domini 868. 10.

His qui ſuſpenduntur in patibulis ne denegetur ſepultura & oblationes pro ijs fiant, & Miſſæ celebrentur, &c.

Ergo horum aliqui ad Purgatorium deſcendunt.

11. *Concilium Triburiense in Germania. Can. 15. 16. & 31. celebratum circa annum Domini 895.*

Vbicunque facultas rerum, aut temporum opportunitas ſuppedit, ſepulturam morientium apud Eccleſiam, vbi eſt Epiſcopi ſedes, ordinamus celebrari: Si autem hoc, propter itineris lôginquitatem, aut adiacentem alicuius importunitatem, impoſsibile videatur, exſpectet eum terra ſepulturæ ſuæ, quo Canonicorum aut Monachorum ſiue ſanctimonialium congregatio communiter degat, vt eorum orationibus iudici ſuo commendatus occurrat, & remiſsionem delictorum, quam merito non obtinet, illorum interceſsionibus percipiat.

Idem rurſus: Interdictum ſit omnibus Chriſtianis, terram mortuis vendere, & debitam ſepulturam denegare: niſi fortè proximi aut defuncti amici, propter nomen Dei, redemptionem animæ viri, gratis donare velint.

Iterum: Si inuentus fuerit quis furtum, aut rapinam exercere: & in ipſo diabolico actu mortem meretur incurrere, nullus pro eo perſumat orare, aut eleemoſynam dare, & eleemoſyna pro eo data, in memoriam nec clericorum, nec pauperum veniat, ſed execrabilis ſordeſcat.

Ex primo, id eſt, 15. Can. intelligis quantum præſidij Maiores poſuerint in oratione viuorum pro defunctis facta: Ex ſecundò, id eſt, 16. etiam eleemoſynam viuorum ipſis prodeſſe: In 3. id eſt, 31. eſſe quoſdam, quibus viuentium ſuffragia, propter peccata negantur. Ex omnibus, ſupponi locum purgandis quibuſdam Animabus deſtinatum.

12. *Concilium Toletanum ſeptimum in Hiſpania, can. 2. celebratum ſub Martino 1. circa annum Domini 650.*

Si quis Sacerdotum ad humãda decedentis Epiſcopi membra venire commonitus, diſtulerit, appellantibus clericis, obeuntis Epiſcopi, tempore anni vnius, nec faciendi Miſsam, nec communicandi omnino habeat licentiam. Presbyteri autem & cæteri clerici, quibus maior honoris locus, apud eandem Eccleſiam fuerit, cuius Sacerdos obierit, ſi omni ſolicitudine pro exequijs, aut iam mortui, aut iam morituri ad commonendum Epiſcopum tardi inueniantur, totius anni ſpatio, ad pœnitentiam, monaſterijs deputentur.

13. *Qui ad exequias mortui vocantur: vt pro mortuo orent eiuſq; animam Deo commendent, vocantur. Mortuis ergo proſunt ſuffragia viuorum. Quibus verò? ijs tantum, qui ſunt in Purgatorio.*

Concilium Epaunenſe, ſiue Epaunenſe ſub Gelaſio 1. circa annum Domini 496.

Si aliquis fuerit mortuus, qui iam ſit confeſſus, & teſtimonium habeat

Digitized by Google

habeat bonã, & non poterit venire ad Sacerdotem, ſi præoccupauerit eum mors in domo, aut in via: faciant pro eo oblationem ad altare parentis eius, & dent redemptionem pro captiuis.

Captiuos, pro quibus dicitur danda redemptio, quidam mortuos intelligunt; Secundùm hos certò aſtruitur locus in quo datur redemptio, qualis non eſt infernus, ſed Purgatorium. Alij viuos intelligunt, quibus præſtitum beneficium redemptionis, poteſt prodeſſe defunctis. & hi, hoc ipſo, Purgatorium admittunt quo concedunt mortuos poſſe iuuari.

Concilium Cabilionenſe 1. in Gallia, can. 39. celebratum anno Domini 813. 14.

Viſum eſt præterea nobis, vt in omnibus Miſſarum ſolénibus pro ſpiritibus defunctorum, loco competenti, in Eccleſia ad Dominum deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro viuentibus, & quibuslibet neceſsitatibus Dominum deprecemur: ita nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium, preces Domini, in Miſſarum ſolennibus fundantur.

Plus Concilium hoc tribuit ſacrificio Miſſæ, quàm modò Aduerſarij. ſic omnino locum Purgatorio relinquit: quod prorſus nullum volunt Aduerſarij.

Concilium Toletanum III præſentibus Epiſcopis totius Hiſpaniæ & Galitiæ: et Rege Reccaredo, poſt triduanum ieiunium celebratum circa annum Domini. 580. 15.

Pſalmis tantummodò, & Pſallentium vocibus debent ad ſepulturã deferri.

Profectò: non tantùm in gratiam viuorum, qui hinc conſolationem poſſunt accipere: verùm etiam defunctorum, quibus viuentium hymni & preces proſunt ad veniam, & redemptionem ex loco Purgatorij.

Concilium Lateranenſe, maximum omnium, quod fuit in Europa, in quo præter omnium Regum Legatos, fuerunt Patres 1285. celebratum anno Domini 1285. In eius Can. 66. ſic. 16.

Ad Apoſtolicam audientiam frequenti relatione peruenit, quòd quidam Clerici, pro exequijs mortuorum, & benedictione nubentium, & ſimilibus pecuniam exigunt, & extorquent; & ſi fortè cupiditati eorum non fuerit ſatisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt, &c.

Ecce vt totus mundus illo tempore & exequias celebrat, & Purgatorium agnoſcit. An totus errauit?

Concilium Conſtantienſe, anno Domini 1414. in Germania quidem celebratum, ſed ab omnibus propemodum Chriſtianis, id eſt, quatuor Patriarchis 29. Cardinalibus 47. Archiepiſcopis, 160. Epiſcopis, Abbatibus & doctis 564. præſente pp. & Imp confirmatum & approbatum. 17.

Concilium hoc inter alios, quos condemnat Ioannis VVichleffij

articulos, eum etiam recenſet, cum aſſerit, non eſſe fundatum in Euãgelio, quod Chriſtus Miſſam, in qua ſolenni ritu pro defunctorum ſalute oratur, ordinauerit.

Et hic vel totus mundus, id eſt, Eccleſia, errat, vel certum eſt eſſe Purgatorium: & defunctorum quorundam animas viuentium ſuffragijs iuuari.

18. *Concilium Florentinum, anno 1438. celebratum ab Orientalibus & Occidentalibus. In cuius decreto ſequentia.*

Accipite poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia Dei, pro viuis & defunctis. *Et paulo ante:* Definimus pœnitentes, qui qui in Dei charitate deceſſerunt, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commiſsis ſatisfaciunt, eorum animas pœnis Purgatorijs purgari, & cætera.

Concilium hoc & Purgatorium aſtruit, & docet purgandos iuuari ſuffragijs viuorum, maximè verò ſacrificio Miſſæ.

19. *Concilium Tridentinum, ſeſſione 6. can. 30. celebratum noſtra ætate.*

Si quis poſt acceptam iuſtificationis gratiam cuilibet peccatori pœnitenti, ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, vt nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exoluendę, vel in hoc ſeculo, vel in futuro in Purgatorio, antequam ad regna cælorum aditus patere poſsit, anathema ſit. *Eadem rurſum confirmat ſeſſ. 25. cap. 7.*

Et hoc Concilium Generale fuit, vt præcedentia tria: & quamuis illis tempore, non tamen auctoritate poſterius eſt. Eandem autem Purgatorij fidem omnino vrget.

Nunc lector iudicet, vtrum hoc capite malè hac ratiocinatione concludamus.

Superbi ingenij, & arrogantis ſpiritus omnis ille eſt, qui ſuum priuatum iudicium præfert omnibus, qui omnibus temporibus, in quibuſcunque orbis Chriſtiani partibus, rexerunt & adminiſtrarunt Chriſti Eccleſiam:

Sed quicunque Purgatorium negat, & mortuorum ſuffragia tollit, priuatum ſuum iudicium præfert omnibus, qui omnibus temporibus, in quibuſcunque orbis Chriſtiani partibus rexerunt, & adminiſtrarunt Eccleſiam Chriſti: vt ex hoc capite eſt clarum:

Ergo eſt ingenij ſuperbi, & arrogantis ſpiritus: & profectò non Chriſti.

CAPVT III.

Tertia claſsis argumentorum pro aſſertione Purgatorij quæ petuntur ab authoritate ſummorum Pontificum ſucceſſorum S. Petri.

1. *Clemens Epiſtola 1. ad F. Domini.*

INFIRMOS, (inquit B. Petrus), referente Clemente, oportet viſitare, ſitientes potare, nudos veſtire, mortuos ſepelire, & diligenter eorum exequias peragere, pro ijſque orare, & eleemoſynas dare.

Digitized by Google

Non ſolùm Purgatorium admittit Apoſtolus Petrus: vult quoq; purgandos noſtris orationibus & eleemoſynis diligenter iuuandos. Quam hodie aliter docēt Noncatholici?

Clemens lib 6. Conſt. Apoſtol cap.30 Vixit anno Chriſti 90. 2.

Rogemus fratres, vt benignus Deus, qui ipſius animam ſuſcepit, dimittat ei omne delictum voluntarium & inuoluntarium.

Vide vt poſt hanc mortem relinquuntur aliquando quædam delicta, quæ condonentur. Vbi verò: An in cœlo? Nullum ibi delictum. An in inferno? Nulla ibi redemptio. In purgatorio ergo.

Symmachus, & habetur 16.q.1 c. In canonibus. Vixit anno Chriſti 500. 3.

Valde iniquum, & ingens ſacrilegium eſt, quæcunque pro remedio peccatorum, vel pro ſalute animarum ſuarum, aut requie, vnuſquiſque venerabili Eccleſiæ contulerit, aut certè reliquerit; ab his, à quibus maximè ſeruari conuenit Chriſtianis, & Deum timentibus hominibus, & ſuper omnia, à Principibus & primis Regionum, in aliud transferri & commutari.

Ergo olim Chriſtiani quædam legabant Eccleſiæ, pro requie ſuarum animarum, Nota quoq; graue peccatum eorum, qui legata retinebant. Vtrumq; probat Purgatorium.

Gregorius 4. Dialog. cap.15. Vixit anno Chriſti 590 4.

Si culpæ poſt mortem inſolubiles non ſunt, multum ſolet animas, etiam poſt mortem ſacra oblatio Hoſtiæ ſalutaris adiuuare; ita vt hanc nonnunquam ipſæ Animæ defunctorum expetere videantur.

Quòd oblatio ſalutaris Hoſtiæ defunctos iuuerit; quodq; ijdem eandem expetiuerint, docet Caput ſeptimum huius Appendicis. Iuuit autem ſolos in Purgatorio exiſtentes; quemadmodum & ſoli illi expetiuerunt.

Gregorius II. epiſt. ad Bonifacium. Vixit anno 745. 5.

Sancta ſic tenet Eccleſia: vt quiſque pro ſuis mortuis verè Chriſtianis offerat oblationes. vt Presbyter eorum memoriam faciat.

Eccleſiæ ſanctæ doctrina eſt, eſſe alicubi (in Purgatorio) mortuos, qui viuentium ſuffragijs iuuantur.

Innocentius III. habetur de Celeb. Miſſ. c. cum Marthæ. Vixit anno 1200. 6.

Defunctorum alij ſunt valde boni, alij valde mali: alij mediocriter boni, alij mediocriter mali. Vnde ſuffragia quæ fiunt à fidelibus in Eccleſia pro valde bonis, actiones ſunt gratiarum: pro valde malis, cōſolationes viuorum: expiationes verò pro mediocrirer bonis: & propitiationes pro mediocriter malis.

Non propitiationes & expiationes ſeruire defunctis, quorum animæ in igne purgatorio expiantur.

Idem Innocentius III. & habetur de ſepultura c. fraternitatem 7.

 Fraternita-

Fraternitatem tuam credimus non ignorare mortuorum ſepul-chra & cæmeteria apud illas Eccleſias & Monaſteria ex antiquo eſſe diſpoſita, in quibus religioſorum fratrum conuentus ſunt conſtituti; & orationes atq; Miſſarum ſolemnia tam pro viuis, quàm pro defunctis frequentius celebrantur.

Etiam Hæretici hoc non ignorant: ſed tamen quia ſolemnia negant defunctis prodeſſe, hæretici dicuntur bene, & verè ſunt.

8.

Honorius III. habetur de Celeb. Miſſ. cap. Cùm creatura. Vixit anno Domini 1220.

Mandamus quatenus nullum in vos torporem negligentiæ obrepere permittatis, quo minùs pro Anniuerſarijs defunctorum Miſſarum ſolemnia celebretis.

At ſi nullum Purgatorium, nulla poſt hanc vitam peccatorum expiatio, quorſum Anniuerſaria defunctorum?

9. *Eugenius IIII. in decreto Vnionis Concil. Florentini circa annum 1438.*

Definimus, ſi verè pœnitentes in Dei charitate deceſſerint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus, de commiſsis ſatisfecerint, & omiſsis, eorum animas pœnis Purgatorij purgari: & vt pœnis huiuſmodi releuentur, prodeſſe his viuorum ſuffragia, Miſſarum, ſcilicet ſacrificia, orationes, & eleemoſynas, & aliæ pœnitentiæ officia, quæ à fidelibus, pro alijs fidelibus fieri conſueuerunt, ſecundùm Eccleſiæ inſtituta.

Multa Decretum hoc continet. Nam & diſertis verbis Purgatorium aſtruit: & præterea docet, quibus illud conſtitutum ſit: per quos item poßint illi iuuari, & quibus operibus iuuentur, & conſuetudinem in Eccleſia receptam eſſe, adeoq; ex Eccleſiæ eſſe inſtitutione, vt pietatis officijs viui ſubueniant piè defunctis. Porrò Decreto huic morti iam vicinus ſubſcripſit Ioſephus Patriarcha Conſtantinopolitanus, hac verborum forma: Quoniam ad extremum vitæ meæ perueni, idcircò pro meo munere dilectis filijs benignitatem Dei his literis palam faciam. Nam quæ Domini noſtri Ieſu Chriſti Catholica & Apoſtolica Eccleſia Romæ veteris ſentit ac celebrat, ea omnia quoque me ſentire, credereque profiteor, ac ipſis plurimum acquieſco. Beatiſsimum autem Patrum Patrem veteris Romæ Papam; Domini noſtri Ieſu Chriſti Vicarium eſſe credo; & Animarum eſſe Purgatorium non inficior.

Plura in hāc ſententiam ex alijs Romanæ Eccleſiæ Pontificibus afferri poſſent. Sed cui hæc non ſufficiunt, non ſufficient plura. Id certò dicimus ex Pontificibus Romanis nullum fuiſſe, qui Purgatorium negârit.

Hinc ſic argumentamur.

Non poſſunt erroris argui, qui in rebus fidei illorum ſtant ſenten-

tiæ &

Digitized by Google

tiæ & iudicio, quos Chriſtus ſuæ Eccleſiæ præfecit, & quorum voluit atque mandauit audiendam eſſe vocem, & tenendam ſententiam.

Sed quicunque Purgatorium admittunt, illorum ſtant & acquieſcunt ſententiæ, quos Chriſtus ſuæ præfecit Eccleſiæ, & quorum voluit audiendam vocem, & tenendam ſententiam, vt probatum eſt: Ergo non poſſunt erroris argui, qui Purgatorium admittunt & credunt.

CAPVT IIII.

Quarta Claſſis argumentorum, pro Aſſertione Purgatorij, quæ Patrum, tam Græcorum, quàm Latinorum ſententiæ ſuggerunt.

B. Iacobus Hieroſolymorum Antiſtes Apoſtolus Domini noſtri Ieſu Chriſti in Lyturgia ſua, cuius meminit Synodus Trullana cap. 32. 1.

MEMENTO Domine Deus noſter, Spirituum vniuerſæ carnis, quorum memoriam egimus, & quorum non egimus, orthodoxorum, & rectè de fide ſentientium, ab Abel iuſto vſque ad hodiernum diem. Fac eos requieſcere in regione viuentiũ, in regno tuo, in delicijs paradiſi, &c.

Et eſſe Purgatorium docet Apoſtolus; & ab Abel iuſto fuiſſe: & ijs eſſe deputatum, qui de fide rectè ſentiunt: & orationibus viuorum hos iuuari: & conſuetudinem Eccleſiæ fuiſſe, vt pro ipſis orarent.

Dionyſius Areopagita à S. Paulo conuerſus, & à Clemente S. Petri diſcipulo miſſus in Galliam: Vixit circa annum Domini 80. Hic lib. de Eccl. ſi. Hierarchia cap. 7. ſic habet. 2.

Deinde accedens ſummus Sacerdos orationem ſacratiſsimam ſuper eo (defuncto) facit, & poſt orationem ipſe ſummus ſacerdos ſalutat dormientem, & poſt eum præſentes omnes. Precatur autem diuinam clementiam, vt cuncta dimittat, per infirmitatem humanam admiſſa peccata defuncto, eumque in luce ſtatuat, & regione viuorũ, in ſinu Abrahæ, Iſaac, & Iacob: in loco vbi aufugit dolor, triſtitia, & gemitus.

En, vt Apoſtolorum temporibus preces defunctorum cauſa ſint fuſæ. Eodem cap. ſubiungit viuorum preces non omnibus mortuis prodeſſe, ſed ijs tantùm qui digni ſunt. Idem hodie docent Catholici.

Origenes lib. 8. cap. 10. in Epiſtolam ad Roma. & Hom. 6. in Exodum. Vixit circa annum Domini 230. in Aegypto. 3.

Verùm hæc ipſa purgatio, quę per pœnam ignis adhibetur, quantis temporibus, quantiſue ſeculis de peccatoribus exigat cruciatus, ſolus ſcire poteſt ille, cui pater omne iudicium tradidit. *Idem: hom. 9. in Exod.* Veniendum ergo eſt omnibus ad ignem; veniendum ad conflatorium.

 torium.

torium. Sedet Dominus,conflat,& purgat filios Leui. Sed & illuc cõuenitur:ſi quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit,illud parum tanquam plumbum igni reſoluitur: ac purgatur; & totum remanet aurum purum. Et ſi quis plus illuc plumbi detulerit, plus exuritur, vt amplius decoquatur, vt etſi parum aliquid auri ſit, purgatum tamen reſidat. Quod ſi aliquis totus plumbeus illuc venerit;fiet de illo,hoc eſt quod ſcriptum: Demergatur in profundum, tanquam plumbum in aqua validiſsima.

Non ſolùm aſſerit his locis Origenes Purgatorium eſſe: inſinuat etiam fundamentum habere in Sacris literis,tam noui,quam veteris Teſtamenti, ſcilicet Malachia 3.& 1.Corinth.3 Vide eundem Orig. Homil.12.in Hieremiam.

4. *Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus,vixit circa annum 350.in Aegypto apud Damaſc.ſerm.de Dorm.*

Si quis diem obierit,licet in aerem deponatur inhumatus, ne omiſeris oleum & ceram, inuocato Chriſto Deo,ad ſepulchrum accendere. Accepta enim Deo ſunt, plurimamq́, ſecum referunt retributionem. Oleum enim & cera holocauſtum eſt: incruentæ autem hoſtiæ oblatio, propitiatio eſt: quod verò in pauperes collocatur beneficiũ, omnis bonæ retributionis argumentum eſt.

Tribus pietatis generibus, quæ in defunctorum gratiam præſtant viuentes, confirmat Purgatorium Athanaſius;eleemoſynis,incruento ſacrificio,& vſu lampadum atque cereorum.

5. *Gregorius Nazianzenus Orat.7. Vixit anno 380.in Græcia.*

Deo animas noſtras addicamus, nec non & eorum, qui ante nos ſunt diſſoluti,tanquam qui in via iam fuere paratiori: Et infra: Nunc (inquit) ô vitæ & mortis Domine,ſuſcipe Cæſareum peregrinationis noſtræ primitias, ſi ne nouiſsimum primum,tuis concedimus rationibus,quibus omnia feruntur.

Fruſtra vir ſanctus & doctiſsimus mortuos Deo commendaret: fruſtra alios ad idem hortaretur: ſi non putaret viuentium ſuffragia mortuis prodeſſe;ijs,qui nec prorſus ſunt infelices,nec prorſus felices;quales ſunt,qui certi ſunt de ſalute, quamuis pœnas ad tempus ſuſtineant purgatorias.

6. *Baſilius Magnus in Liturgia. Vixit anno 380.in Græcia.*

Qui in ipſo perfectiſsimo, & ſalutari feſto ſupplices quidem expiationes,pro his,qui in inferis detinentur,ſuſcipere dignatus es,exaudi nos te rogantes, quoniam non mortui laudabunt te, nec qui ſunt in inferno confitebuntur tibi: ſed nos qui viuimus,& pro eorum animis ſupplicamus. Rurſum: Memento Deus omnium dormientium,in ſpe reſurrectionis vitæ æternæ, refrigera eos vbi viſitat lux vultus tui.

Expiationes,quæ admittuntur pro ijs qui in inferno ſunt, illæ ſunt, quæ ſiunt pro

pro Spiritibus, qui in Purgatorio expiantur, ijdem ſunt quibus optamus refrigerium.

Chryſoſtomus Conſtant. Patriarcha, Hom. 32. in Matth. & hom. 3. in 1. ad Philip. Vixit anno 380. in Græcia. 7.

Cur poſt mortem tuorum pauperes conuocas? Cur Presbyteros, vt velint pro eo orare, obſecras? Non ignoro te reſponſurum, vt defunctus requiem adipiſcatur, vt propitium iudicem inueniat. Rurſum: Defleamus iſtos (mortuos) iuuemus eos pro vicibus, procuremus illis aliquid auxilij, modici quidem, attamen iuuemus eos. Quomodo? qua ratione? precantes adhortemur & alios, vt pro ipſis orēt, pauperibus indeſinenter pro illis eleemoſynas demus, & cætera. Et alibi rurſum: Non tamen ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt, nempe vt in tremendis myſterijs defunctorum agatur commemoratio.

Poteſtne aliquid clarius dici pro Purgatorio? Nota quoque Apoſtolicā eſſe Traditionem pro defunctis tremendum Altaris ſacrificium offerre, & orare.

Ioan. Damaſcenus. de his, qui in fide dormierunt Vixit anno 730. in Syria. 8.

Serpens ille, cuius ſtudium eſt bona, Deoque accepta opera vitiare, iugulare, hoſtiles dolos ſtruere: quòd & fraterna charita epercellitur, fide diſrumpitur, compaſsione rotatur, vt eſt præuaricator legum, nonnullis inſpirat figmentum adulterinum, ſacriſque conſtitutionibus aduerſum, nempè bona opera, grataque Deo opera omnia, defunctis nihil prodeſſe.

Notent Hæretici, & Purgatorij hoſtes, quem Magiſtrum ſequuntur, dum Purgatorium negant: non Chriſtum ſed ſerpentem antiquum.

Theophilactus Bulgarus Archiepiſcopus in cap. 12. Lucæ, Vixit anno 880. in Græcia. 9.

Oblationes & diſtributiones, quæ fiunt pro defunctis, non parum conducunt etiā his, qui in grauibus peccatis mortui ſunt. Non omnino igitur, poſteaquam occidit, mittit in gehennam: ſed poteſtatem habet mittendi. Ne igitur ceſses per eleemoſynas, & interceſsiones propitium reddere Dominum, qui poteſtatem habet mittendi, non ſemper autem poteſtate hac vtentem, ſed & valentem remittere quiddam.

Et docet Purgatorium Theophilactus: & hortatur, vt in Purgatorio exiſtentes iuuemus. Priùs credamus, poſteriùs præſtemus: & quod corde creditur ad iuſtitiam, opere iuuabit ad ſalutem & nobis & defunctis.

Epiphanius Salamine Cypri Epiſcopus, lib. 3. Hæreſ 78. Vixit anno 390. in Græcia. 10.

Quod (inquit) proferantur nomina vita defunctorum quid magis vtile? Quid commodiùs, quam quod præſentes credunt, quod hi, qui deceſſerunt, viuunt: & non ſunt nulli: ſed ſunt & viuunt apud Dominum? Et infra: Proſunt autem preces, quæ pro ipſis fiunt, etiamſi tota culpam

culpam non abſcindant. Deinde verò, rurſus ad propoſiti argumenti ſequentiam veniam, quòd Eccleſia neceſsariò hoc perficit, traditione à Patribus accepta. Quis autem poterit ſtatutum matris diſſoluere? aut legem patris?

Nota probare virum ſanctum conſuetudinem orandi pro defunctis, docere illam eſſe fructuoſam ipſis: eſſe ex Traditione à Patribus accepta malos eſſe & Dei, & Eccleſiæ filios, qui diſſoluunt eandem.

Sequuntur Patres Latini, qui eandem cum Græcis fidē de Purgatorio, & mortuorum ſuffragijs tenent.

10. *Tertullianus Carthaginenſis in Africa, quem Magiſtrum ſuum vocat Cyprianus. Vixit circa annum 200. hic in Exhortatione ad Caſtitatem, & libro de Monogamia docet, vt ſequitur.*

Et iam apud Deum repete, pro cuius Spiritu poſtules, pro quo oblationes annuas reddas. Rurſum: Ergo perſeueret in ea, cum eo neceſſe eſt, quem cùm repudiare non poterit, nec ſi quidem nuptura, ſi repudiare potuiſſet, & pro anima eius (defuncti mariti) oret, & refrigerium interim adpoſtulet ei, & in prima reſurrectione conſortium: & offerat annuis diebus dormitionis eius.

Etiam Tertulliani tempore, ante annos mille trecentos, fiebant oblationes, pro defunctis, atq; orationes. An verò tum nullum Purgatorium?

11. *Cyprianus ſanctiſſimus Chriſti Martyr lib. 1. Epiſt. 9. Vixit anno Chriſti 240. in Africa.*

Sacrificia (inquit) pro eis (Celerina, Laurentio, & Ignatio) ſemper, vt meminiſtis, offerimus; quoties martyrum paſsiones, & dies anniuerſarios cum adoratione celebramus. Rurſum: Quod (inquit) Epiſcopi anteceſſores noſtri religioſè conſiderantes cenſuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam, vel curam clericum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerretur pro eo, nec ſacrificium pro dormitione eius celebraretur.

Tempore Cypriani, & conſuetudo fuit orandi pro defunctis: & grauis pœna defunctis orationis & ſacrificij beneficium negare. Vtrumq; probat Purgatorium locum quibuſdam defunctis eſſe deſtinatum.

12. *Hieronymus in vita S. Paulæ. Vixit anno 380 in Syria.*

Ex hinc non vlulatus, non planctus, vt inter ſeculi homines fieri ſolet, ſed Pſalmorum linguis diuerſis examina concrepabant. Et infra: Hebræo, Græco, Latino, Syroque ſermone Pſalmi in ordine perſonabant, non ſolùm triduo, donec, ſubter Eccleſiam, & iuxta ſpecum Domini conderetur: Sed per omnem hebdomadam, cunctis, qui venerant ſuum funus, & proprias credentibus lachrymas. Rurſum: Nec dum Spiritum exhalauerat, & iam fama volans tanti præ-

nuncia

nuncia luctus, totius vrbis populum ad exequias congregabat. Sonabant Pſalmi, & aurata tecta templorum, reboans in ſublime quatiebat alleluia: hic iuuenum chorus, ille ſenum, qui carmine laudes fœmineas & facta ferant.

Receptam recenſet & commemorat S. Hieronymus parentandi conſuetudinem; quæ procul dubio, non tam in gratiarum fiebat actionem, quàm in defunctorum commendationem, & commodum.

B. Ambroſius, in oratione funebri Gratia. & Valent fratris item Satyri & Theodoſij. Vixit anno 380. in Italia. 13.

Beati ambo, ſi quid orationes meæ valebunt, Nulla dies vos ſilentio præteribit: nulla inhonoratos vos mea tranſibit oratio: nulla vox non donatos aliqua precum mearum contextione tranſcurret, Omnibus vos oblationibus frequentabo. Rurſum: Tibi nunc omnipotens Deus innoxiam commendo animam, (Satyri): tibi hoſtiam meam offero, cape propitius, ac ſereniùs fraternum munus, Sacrificium Sacerdotis, hæc mei iam liba præmitto: Idem. Da requiem perfecto ſeruo tuo Theodoſio, requiem, quam præparaſti Sanctis tuis, illo conuertatur anima eius, vnde deſcendit.

Et orationibus & oblationibus proſequitur defunctos Impp. & fratrem S. Ambroſius. An de Purgatorio dubitauit? aut errauit?

B. Auguſtinus. lib. 9. Confeſſ. cap. 12. & lib. 21. cap. 23. de Ciuit. Vixit anno Domini 380. in Africa. 14.

Cùm corpus matris meæ Monicæ elatum eſt, imus & redimus ſine lachrymis. Nam neque in ijs precibus, quas tibi fudimus, cùm offeretur, pro ea ſacrificium precij noſtri, iam iuxta ſepulchrum poſito cadauer, priuſquam deponeretur, ſicut illic fieri ſolet; nec in ijs precibus ego fleui. Idem. Temporaneas pœnas, alij in hac vita tantùm, alij poſt mortem, alij & nunc & tunc, veruntamen ante iudicium illud ſeueriſsimum nouiſsimumq; patiuntur.

Sacrificium offert pro anima defuncta Matris Auguſtinus: & rurſus docet in alio ſeculo quædam peccata expiari temporalibus pœnis, quales ſunt non illæ quas in Inferno, ſed in Purgatorio contingit pati.

Poſſidonius in vita B. Auguſtini. Vixit anno 400. in Africa. 15.

Membris omnibus ſui corporis incolumis, integro aſpectu atque auditu, vt ſcriptum eſt, nobis adſtantibus & videntibus, ac cum eo pariter orantibus obdormiuit in pace, cum patribus ſuis enutritus in bona ſenectute; & nobis coram poſitis. Pro eius commendāda corporis depoſitione Sacrificium Deo oblatum eſt, & ſepultus eſt. Teſtamentum autem nullum fecit, quia vnde faceret, pauper Chriſti non habuit.

Sacrificium Miſſæ pro defuncto B. Auguſtino oblatum eſt. Vtique non in gratiarum tantum actionem; verum etiam defuncti commendationem.

16. *Gregorius Magnus lib. 2. Dialog. cap. 23 Vixit anno Domini 600. in Italia.*

Eas quippe, ſe communione priuare dixerat, niſi mores ſuos, & verba corrigerent. Tunc ſeruo Dei cum graui mœrore indicatum eſt: qui manu ſua protinus oblationem dedit, dicens: Ite & hanc oblationem pro eis offerri Domino facite, & vlterius excommunicatæ non erunt. Quæ dum pro ijs oblatio fuiſſet immolata, & à Diacono iuxta morem clamatum eſt; vt non communicantes ab Eccleſia exirent, illæ exire vlterius viſæ non ſunt.

De hoc vide quæ inferius, capite ſeptimo, ad exemplum quartum dicuntur.

17. *Paulinus Epiſcopus Nolanus, Epiſtola ad Pammachium. Vixit anno Domini 420. in Italia.*

Veniam ad prædicationem operum tuorum, & ad pios actus. Suæ enim cuique parti debita perſoluiſti: Lachrymas fundens corpori, eleemoſynas verò animæ infundens. Et infra. Illa (vxor tua) tuis honoratur meritis: tuis iam paſcitur panibus: tuis affluit opibus. Item Epiſtola ad Delphinum. Petimus vt paterna affectione compatiens huic noſtro dolori meminiſſe digneris, illum quondam ſpiritualem tibi filium gratiâ Dei fuiſſe progenitum: & ideo tuæ ſpecialiter curæ hanc eſſe cauſam, ne pietatem tuam, quæ de nobis filijs gloriabatur, dilapidata hæreditariæ portionis ſubſtantia, confundamus: ſed potiùs, vt orationibus tuis condonetur tibi, vt & illius animam, vel de minimo ſanctitatis tuæ digito diſtillans refrigerij gutta reſpergat.

Et hic quantum fidelium preces pro defunctis deprompta valeant perſpicuè docetur.

Dictis Authoribus poſſemus alios addere. Sed malumus his, præcipuis & antiquioribus eſſe contenti: ne multitudo tædium pariat. Hoc ſolum dicimus, quæ horum; illam eſſe omnium aliorum ſententiam, & bene dici in Apologia Confeſſionis Auguſtanæ: Scimus bene, Maiores atque Patres loqui de Oratione, pro defunctis facienda: quam neq; Nos damnamus. *Vide Scherer in qq. de Purgatorio.*

Prudens Lector hinc ſic ratiocinabitur.

Non temerè; ſed prudenter, & magna cum ratione iam creditur; quod crediderunt & docuerunt Eccleſiæ lumina, viri ſanctiſsimi, & doctiſsimi, omnibus tẽporibus, ſed maximè quibus florebat quondã

Eccleſia,

Eccleſia, in Africa, Syria, Italia, Gallia, Græcia, &c. id eſt, vniuerſo propemodum orbe.

Sed Purgatorium crediderunt & docuerunt Eccleſiæ lumina, in florente maximè Eccleſia, per totum orbem: quemadmodum hoc capite probatum eſt.

Ergo non temerè iam, ſed prudenter, magnaque cum ratione creditur Purgatorium.

CAPVT V.

Continens cauſas, quas lumen naturale, & ingenia omnibus ratio, pro purgatorij aſſertione, ſuppeditat. 1.

Magna vis rationis naturalis; vt in rebus omnibus aſtruendis, ita in Aſſertione Purgatorij. Neque enim ex ſacris ſcripturis tantùm, aut Patrum ſententijs, ſuffragijsq́; ſummorum Pontificum, atque adeò deſinitionibus Conciliorum ſua fides conſtat Purgatorio; verùm etiam ipſa ratio, omnibus ingenita, ipſum ſuadet, quod ex ſequentibus haud obſcurè colligitur.

Principiò, ratio naturalis vrget ijs aſſentiamur, quæ haud obſcura in ſacris literis fundamenta habent: Maiorum item ſenſu atque conſenſu ſunt confirmata, hæc enim non temerè, ſed prudenter, & cum iudicio creduntur. At verò Purgatorij Aſſertio & ſua in ſacris literis habet fundamenta: & Maiorum ſenſu atque conſenſu eſt confirmata, quemadmodum probatum eſt. Non igitur temerè illi contingit aſſentiri.

Deinde, Norunt omnes, niſi fortè rationi ſunt deſtituti, & prorſus in Catholicæ religionis myſterijs peregrini, ad regnum cælorum non patere aditum niſi mundis. *Nihil coinquinatum intrabit in illud,* inquit ſanctiſsimus Ioannes, Apocalypſ. 2. Norunt quoque non tam perfectas eſſe vitæ humanæ rationes & conditiones: quin aliquando à rectitud nis linea exorbitent: *In multis offendimus omnes,* dicitur Iacob. 3. Norunt tertiò non omnium peccatorum eandem eſſe grauitatem, quædam eſſe venialia, quæ Apoſtolus, 1. Corinth. 3. comparat *ligno, fœno, ſtipula,* quæ externam damnationem non afferunt: Quid ſi igitur cum his, ex hac vita contingat diſcedere? an polluti intrabunt in cælum? aut pro leuibus his culpis æternum adibunt ſupplicium? Neutrum bene dicitur. Relinquitur ergo eſſe Purgatorium, vbi leues hæ culpæ poterunt expiari. 2.

Tertiò: Manent quandoque poſt dimiſſam culpam pœnæ lubeundæ, peccatorum commiſſorum quaſi vindictæ. Sed harum non vna omnium conditio: aliæ alijs ſunt maiores: prout peccata, quibus pœ- 3.

næ reſpondent, inæqualia ſunt. quædam enim maiora ſunt, quædam minora.

Quid ſi igitur hinc contingat diſcedere aliquos, qui quamuis peccatorum veniam per Pœnitentiæ Sacramentum obtinuiſſent, dignos tamen pœnitentiæ fructus non feciſſent, hiſne ſtatim aditum ad cælum patere dicemus? non minus, quàm qui integram inculpatamque vitam egerunt? Quomodo igitur verum, quod dicitur, Apocalypſ. 18. *Quantum glorificauit ſe, & in delitijs fuit, tantùm date illi tormentorum?*

4. Quartò: In quibus omnes Gentes conſentiunt, à naturali lumine illa proficiſci eſt neceſſe. Neque enim poteſt eſſe aliud principium, quod omnes omnino inſtituat, niſi lumen, & ratio naturalis, quæ in omnibus eſt. Iam verò omnes Gentes, atque populi in Aſſertione Purgatorij conſentiunt; etiam illæ, quæ diuinitus inſtitutæ non ſunt. quod ſic docemus. Quoniam pro Hebræis eſt liber Machabęorum, 2 cap. 12. Pro Mahumetanis Alcoranum, vbi diſertè Purgatorium aſſeritur. pro Ethnicis, Cicero in ſomnio Scipionis in fine, Literæ Indicæ, Plato item in Phædone atque Gorgia; vbi tria hominum genera fecit eorum, qui ad iudicium euocãtur, poſt mortem. Vnum eorum, qui piè iuſteque vixerunt: & hos dicit ſtatim tranſmitti ad inſulas beatorum. Alterum eorum, qui peccata curabilia perpetrârunt; & hos aſſerit ad tempus exerceri pœnis, donec ſcelus eluatur. Tertium eorum, qui peccata incurabilia commiſerunt; & hos dicit in tartarum deijci, in æternum puniendos; quorum ſupplicia quidem ipſis nihil proſunt, ſed tamen alijs proſunt ad exemplum. Cum his conſentit Virgilius. Ille 6. Aeneidos ſic habet.

Quin & ſupremo cum lumine vita reliquit,
Non tamen omne malum miſeris, nec funditus omnes
Corporeæ excedunt peſtes; penituſq; neceſſe eſt
Multa diu concreta malis moleſcere miris.
Ergo exercentur pœnis, veterumq; malorum
Supplicia expendunt, &c.

5. *Porrò quæ hoc capite diximus, hac ratiocinatione proponimus dijudicanda.*

In quo omnes homines, rationis naturalis dictamen ſequentes, conſentiunt, id meritò, & nõ temere creditur à Chriſtianis; maximè, ſi verbo Dei, ſacris Concilijs, ſanctorumque Eccleſiæ, Patrum ſententijs illud non repugnet.

Sed dum Chriſtiani credunt Purgatorium, credunt id; in quo omnes homines, rationis naturalis dictamen ſequentes, conſentiunt, quod-

quodque conforme eſt (tantùm abeſt quod repugnet) Verbo Dei, ſacris Concilijs, Patrum Eccleſiæ ſententijs.

Meritò igitur, & non temerè credunt Chriſtiani Purgatorium.

CAPVT VI.

Quo Aduerſariorum, & Hæreticorum ſententia Purgatorium aſſeritur.

Martinus Lutherus, I.

Art. 37. ex ijs, quos Leo X. damnauit.

EGo credo Purgatorium eſſe: & conſulo, ſuadeoque credendum: ſed neminem volo cogi.

Idem Lutherus in Diſput Lypſica.

Ego, qui credo fortiter, imò, auſim dicere, ſcio Purgatorium eſſe: facilè perſuadeor in Scripturis de eo fieri mentionem. Nolo mihi ſuſpitionem fieri, quod faueam Hæreticis aut Bohemis. Ego nihil de Purgatorio noui, niſi animas ibi pati, noſtris operibus & orationibus adiuuandas.

Lutheri ſolùm Confeſſionem de Purgatorio aſſcribimus, aliorum ſententijs omiſſis, quod in Magiſtro diſcipulos quaſi audiamus. Quamuis enim diuerſæ repugnantesq́; noſtris temporibus ſint ſectæ: ex vna tamen Lutheri ſchola omnes prodijſſe vix poteſt vlli eſſe dubium.

Dictam autem Confeſſionem Lutheri adiecimus: non quòd hanc ſolam ipſius eſſe credamus, ſed quòd de hac nullum ſit dubium. Interim, vt homo varius fuit atque mutabilis, ita inconſtans & varius, in hac ſua confeſſione. Neq; enim dubium, quin diſertè, & palam quoque negarit Purgatorium; vt patet in libro, de abroganda Miſſa priuata: & in libro, ad VValdenſes, de Euchariſtia.

Porrò quomodo ex allegata ipſius Confeſſione fides de Purgatorio vel confirmari poſſit in Catholico, vel concipi in Noncatholico breuiter hîc docemus.

Pro Catholico, hoc eſt, quòd ab hoſtibus fidei ſuæ fidei accipiat teſtimonium.

Pro Noncatholico ſunt argumenta nouem, quæ pro Purgatorij Aſſertione hac breui ſua Confeſſione inſinuat Lutherus. Primum enim credit eſſe Purgatorium. Ego, inquit, credo Purgatorium eſſe. quid incredat vnus, quod credit totus mundus. Secundò, non temere credit, ſed Scripturis ſacris perſuaſus, quæ Purgatorij meminerunt. Tertiò, non in fide ſua nutat. Ego, inquit, fortiter credo. Quartò hac confeſſione vult ſe diſtingui ab Hæreticis, & Bohemis. Quintò, cenſet Hæreticos habendos qui Purgatorium negant. quoniam hoc demonſtrat ſe non

Digitized by Google

ſauere Hæreticis, quod Purgatorium credat; quaſi Hæretici ſint, vt ſunt, qui negant. Sextò, quod non ſolum credit, verùm etiam ſcit eſſe Purgatorium, hoc, ſuſpicor, lumine ipſum vrgente, cuius mentionem Capite præcedenti fecimus. Septimò, conſulit, & ſuadet credendum Purgatorium: Bene, quia non putat erraturos vllos in eo, quod ipſe, & ſcit eſſe, & credit eſſe, & fortiter credit eſſe, &c. Octauò, conditionem loci atq; incolarum eius explicat. Eſt inquit, locus, vbi animæ puniuntur. Nonò, modus inſinuat, quibus animæ iuuantur: qui ſunt, orationes, & bona opera. Quot & quam ſunt hæc magna argumenta pro Purgatorio?

Idem Lutherus, Homil. in feſto Omnium Sanctorum, docet licere domi, inter priuatos parietes, pro animabus parentum defunctorum orare. Ibidem hanc orationis formam docet ſeruandam. O Deus ſi eo ſtatu eſt defuncti anima, vt iuuari poßit, Deus meus, miſerere eius, & ipſam adiuua.

Dicitur forſitan non in hac Purgatorij aſſertione perſtitiſſe Lutherus: ſententiam mutaſſe: Verùm cum priùs Purgatorium aſſeruerit, poſt negarit; cur ad poſteriorem ſentētiam acceditur, priori relicta? præſertim cum prior hæc habeat pro ſe vniuerſum mundum: illo ſuſpecta eſſe poßit, ob violatam Deo fidem, aliaq; non leuia, quæ plurimi in Luthero notarunt, crimina. Neq; enim quiſquam ignorat præſentißimum eſſe in fide naufragium malam vitam.

Certè ad priorem accedendum eſſe intelliget, qui hanc Ratiocinationem expendet.

Hominibus varijs & inconſtantibus, ſi fides adhibenda eſt, tum potius eſt adhibenda, quando eorum oratio conſentit cum aliorum oratione: quàm quando ab aliorum oratione diſcordat.

Sed cum varius Lutherus Purgatorium aſſerit, oratio ipſius conſentit cum aliorum oratione; cum negat ab aliorum diſcordat.

Ergo potius Luthero credendum, cum aſſerit Purgatorium, quam cum negat.

Præterea idem Lutherus, in Reſol. Concluſio. 15. hoc ſe confirmat contra Hæreticos, in ſua, quam de Purgatorio habet ſententia, quod B. Auguſtinus, ante mille centum annos, pro patre & matre ipſe orauerit, & aliorum, pro ijſdem, orationes poſtulauerit. Rurſus, quod eiuſdem Auguſtini mater, Monica iam animam agens, rogauerit ſui memoriam fieri apud altare Dei, id eſt, in Sacrificio Miſſæ.

Rurſus in Confeſſ. Cœna Dominica, Anno 1528. Tom. 2 VVittenb. Ien. 3 docet non eſſe peccatum, ſemel atq; iterum pro defunctis ſic orare: Miſerere, Deus: anima defuncti, ſi quidem ea ipſius eſt conditio, vt iuuari poßit. In declaratione, verò Articul. Scio, inquit, nos teneri ad iuuandum animas in Purgatorio, oratione, ieiunio, eleemoſyna, & alijs quibus poſſumus medijs pietatis.

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT VII.

Varijs Spirituum, qui purgati ſunt, & viuentium ſuffragijs fuerunt adiuti, Apparitionibus, confirmatur fides Purgatorij.

De Spiritu Paſchaſij, Apoſtolicæ ſedis Diaconi, viſo à Germano Capuano Epiſcopo in Thermis Angularibus. Ex 4. lib. Dialogorum, Cap. 39. B. Gregorij Magni.

POST multum temporis (intellige à morte Paſchaſij) Germano Capuano Epiſcopo Medici pro corporis ſalute dictauerant, vt in Angularibus Thermis lauaretur. Ille ingreſſus Thermas, Paſchaſium Diaconum, obſequentem in caloribus, inuenit. Viſo illo vehementer extimuit; & quid illic tantus vir (Apoſtolicæ ſedis Diaconus) ageret, inquiſiuit. Cui ille, Pro nulla alia cauſa, inquit, in hoc pœnali loco deputatus ſum, niſi quia in parte Laurentij, contra Symmachum ſenſi. Sed quæſo te, pro me Dominum deprecare, atque in hoc cognoſces quod exauditus ſis; ſi, huc rediens, me non inueneris. Fecit vir Domini, Germanus, quod rogatus fuit: & poſt paucos dies rediens, iam dictum Paſchaſium, in eodem loco, minimè inuenit. 1.

Nota I. animas defunctorum non vno loco puniri: nec eo ſolùm, qui Purgatorium vulgo dicitur. Quemadmodum Angeli in terra hominibus miniſtrant; & tamen vident faciem Patris, qui in cælis eſt: ita extra Purgatorium locum eſſe poſſunt animæ; & tamen Purgatorias pœnas ſuſtinere. Nota deinde, orationibus iuuari defunctorum animas. Nota tertiò, eaſdem de ſalute ſua eſſe certas. Nota quartò, alia eſſe hominum; alia Dei iudicia: ſæpe qui hominibus ſancti videntur, apud Deum habent quod perſoluant.

DE SPIRITV QVI APPARVIT 2.

cuidam, Venerabilis vitæ Presbytero Centumcellenſi, & per hoſtiam ſacram adiutus eſt. Ex eiuſdem Magni Gregorij, lib. 4. cap. 55. Dialog.

Presbyter quidam, in diœceſi Centumcellenſis vrbis, in loco in quo aquæ calidæ vapores nimios faciunt, quotiens corporis neceſſitas vrgebat, lauari conſueuerat. Vbi, dum die quadã fuiſſent ingreſſus, inuenit quendam incognitum virum, ad ſuum obſequium præparatum: qui ſibi de pedibus calceamenta abſtraheret; Veſtimenta ſuſciperet, & exeunti de caloribus ſabana præberet; atque omne miniſterium, cum magno famulatũ, peràgeret. Cumque hoc ſæpius fieret; idem Presbyter, die quadam, ad Balnea iturus, intra ſemetipſum cogitans, dixit: Viro illi, qui mihi ſolet tam deuotiſsimè, ad la-

uandum, obſequi, ingratus apparere non debeo; ſed aliquid me neceſſe eſt ei pro munere portare, Tunc duas ſecum oblationum coronas detulit. Qui mox, vt peruenit ad locum, hominem inuenit, atq; ex more, eius obſequio, in omnibus, vſus eſt. Lauit itaque, & cùm iam veſtitus voluiſſet egredi, hoc quod ſecum detulerat obſequenti ſibi viro pro benedictione obtulit; petẽs, vt benignè ſuſciperet, quod ei gratia charitatis offerret. Cui ille mœrens, afflictusque reſpondit: Mihi iſta, quare das Pater? Iſte panis ſanctus eſt; ego hunc manducare non poſſum. Ego etenim, quem vides, huius loci Dominus aliquando fui; ſed pro meis culpis hic poſt mortem deputatus ſum. Si autem mihi præſtare vis, omnipotenti Deo, pro me, offer hũc panem; vt pro peccatis meis interuenias. Et tunc exauditum te eſſe cognoſce, cùm huc ad lauandum veneris, & me minimè repereris. In quibus verbis diſparuit; & is, qui homo videbatur, euaneſcendo innotuit, quia ſpiritus fuit. Idem verò presbyter hebdomada continua, ſe pro eo, in lachrymis afflixit: ſalutarem hoſtiam quotidie obtulit: & reuerſus poſt ad balneum, eum iam minimè inuenit.

Tria, quæ ad propoſitum pertinent, hinc licet colligere, primum, graues admodùm eſſe purgatorias pœnas, hoc oſtendit diligentiſſimum obſequium ſpiritus, qui apparuit. Secundum, quoſdam extra purgatorium, eo loco puniri, & purgari; vbi peccârunt. Tertium, Sacrificium Miſſæ plurimùm prodeſſe animabus Purgatorij.

DE SPIRITV IVSTI MONAchi, Qui Fratri ſuo Copioſo apparuit. Ex eiuſdem Gregorij lib. 4. cap. 55. Dialogorum.

Non ſilendum puto, inquit B. Gregorius, quod actum in meo Monaſterio, ante triennium reminiſcor. Quidam namque Monachus, Iuſtus nomine, medicinali arte fuerat imbutus: qui mihi in eodem monaſterio conſtituto, ſedulò obſequi, atque in aſsiduis ægritudinibus meis excubare conſueuerat. Hic igitur languore corporis præuentus, ad extremum deductus eſt. Cui in ipſa ſua moleſtia frater germanus, Copioſus nomine, ſeruiebat; qui ipſe quoque nunc, in hac vrbe, per eandem medicinæ artem, temporalis vitæ ſtipendia ſectatur. Sed prædictus Iuſtus, cùm iam ſe ad extremum perueniſſe cognouiſſet, eidem Copioſo fratri ſuo, quia occultatos tres aureos haberet innotuit. Quod nimirum fratribus non potuit cælari: ſed ſubtiliter indagantes, atque illius omnia medicamenta perſcrutantes, eoſdem tres aureos inuenerunt, abſconſos in medicamine. Quod, mox vt mihi nunciatum eſt, tantum malum de fratre, qui nobiſcum

com-

communiter vixerat, æquanimiter ferre non potui: quippe eiuſdem mei monaſterij ſemper regula fuerat, vt cuncti fratres ita viuerent communiter, quatenus eis ſingulis nulla propria habere liceret. Tunc nimio mœrore percuſſus cogitare cæpi, vel quid ad purgationẽ morientis facerem: vel quid ad exemplum viuentibus fratribus præuiderem. Precioſo igitur eiuſdem monaſterij præpoſito, ad me, accerſito, dixi: Vide, vt nullus ex fratribus, ad eum morientem ſe iungat, nec ſermonem conſolationis ex ore cuiuſlibet eorum percipiat, ſed cum in morte conſtitutus fratres exquiſierit, ei ſuus carnalis frater dicat: Quia propter aureos, quos occultatos habuit, à cunctis fratribus abominatus ſit; vt ſaltem in morte de culpa ſua mentem ipſius amaritudo tranſuerberet, atque à peccato, quod perpetrauit purget. Cùm verò mortuus fuerit; corpus illius cum fratrum corporibus non ponatur: ſed quo libet in ſterquilinio foſſam facite, & in ea corpus eius proijcite; ibique ſuper eum tres aureos, quos reliquit, iactate, omnes ſimul clamantes: pecunia tua tecum ſit in perditione, & ſic eum terra operite. In quibus vtriſque rebus, vnam morienti, alteram verò volui prodeſſe fratribus viuentibus: vt & illum amaritudo mortis à culpa ſolubilem faceret; & iſtos auaritiæ tanta damnatio terreret, atque à culpa prohiberet, quod ita factum eſt. Nam cum idem Iuſtus perueniſſet ad mortem, atque anxiè ſe quæreret commendari fratribus: & nullus è fratribus ſe ei applicari, & loqui dignaretur, ei carnalis frater, cur ab omnibus fratribus eſſet abominatus, indicauit. Qui protinus de reatu ſuo vehementer ingemuit, atque in ipſa ſua triſtitia, è corpore, exiuit, qui ita ſepultus, vt dixeram. Sed fratres eius omnes ex eadem eius ſententia conturbati, cæperunt ſinguli extrema quæque, & vilia, & quæ eis habere regulariter ſemper licuerat, ad medium proferre, vehementerq; formidare, ne quid apud eos eſſet, vnde reprehendi potuiſſent. Cùm verò, poſt mortem eius, triginta iam dies eſſent reuoluti, cæpit animus meus defuncti fratri compati; eiuſque cum dolore graui ſupplicia penſare, & ſi quod eſſet ereptionis eius remedium, quærere. Tunc euocato ad me eodem, Pretioſo, monaſterij mei præpoſito, triſtis dixi: Diu eſt, quod frater ille, qui defunctus eſt, in igne cruciatur: debemus illi aliquid charitatis impendere, & in quantum poſſumus, vt eripiatur, adiuuare. Vade itaque, ab hodierna die, diebus triginta continuis offere ſacrificium ſtude, vt nullus omnino prætermittatur dies, quo pro abſolutione eius hoſtia ſalutaris non offeratur. Qui protinus abſceſsit, & dictis paruit. Nobis autem alia curantibus, atque dies euolutos non numerantibus; idem frater, qui defunctus fuerat, nocte quadam fratri ſuo

germano Copioſo, per viſionem apparuit. Quem ille, cùm vidiſſet, inquiſiuit, dicens: Quid eſt frater: quomodo es? cui reſpondit: Nunc vſque malè fui, ſed iam modo bene ſum: quia hodie communionem recepi. Quod idem Copioſus pergens protinus indicauit fratribus in monaſterio. Fratres verò ſolicitè computauerunt dies: & ipſe dies exſtiterat, quo pro eo triceſima oblatio fuerat impleta. Cumque & Copioſus neſciret quid pro eo fratres agerent: & fratres ignoraſſent, quid de illo Copioſus vidiſſet, vno eodemque tempore, dum cognoſcit ille quid iſti egerant, atque iſti cognoſcunt, quid ille viderat; concordante ſimul viſione, & ſacrificio, res apertè claruit, quia frater qui defunctus fuerat, per ſalutarem hoſtiam euaſit ſupplicium.

Obſerua, grauiter peccare Religioſos, qui contra votum paupertatis, quod fecerunt, propria retinent. Deinde, non ſemper pœnam omnem cum culpa tolli; ſed ſæpe aliquam, dimiſſa culpa, reſeruari perſoluendam. Tertiò, igne expiari animas Purgatorij. Quartò, Eaſdem iuuari ſacro Miſſæ ſacrificio. Quintò, non eam eſſe huius ſacrificij vim, vt mox omnem pœnam tollat. Sextò alios diutius pœnas purgatorias ſuſtinere & citius liberari: alius non ita diu, & liberari citius. Septimò, magnam eſſe vim Excommunicationis, eamq́; in mortuos quoſq́; locum habere.

DE DVABVS MONIALIBVS

Fœminis, ſacra oblatione à purgatorij ignis pœnis, per S. Benedictum abſolutis. Ex cap. 23. lib. 2. B. Gregorij Dialog.

Non longè à Monaſterio eius (Benedicti), quæ quædam ſanctimoniales fœminæ nobiliori genere exortæ, in loco proprio conuerſabantur, quibus quidam religioſus vir, ad exterioris vitæ vſum præbebat obſequium. Sed ſicut ſolet nonnullis nobilitas generis parare ignobilitatem mentis, vt minus ſe in hoc mundo deſpiciant, qui plus ſe cæteris aliquid fuiſſe meminerunt, necdum prædictæ ſanctimoniales fœminæ perfectè liguam ſuam, ſub habitus ſui freno reſtrinxerant, & eundem religioſum virum, qui ad exteriora neceſſaria eis obſequium præbebat, incautis ſermonibus ad iracundiam prouocabant. Qui dum diu iſta toleraret, perrexit ad Dei hominem (Benedictum) quantaſque pateretur verborũ contumelias enarrauit. Vir autem Dei hæc de illis audiens, protinus mandauit dicens: Corrigite linguam veſtram: quia ſi non emendaueritis, excommunico vos. Quam ſcilicet excommunicationis ſententiam, non proferendo intulit, ſed minando. Illæ autem à priſtinis moribus nihil mutatæ, intra paucos dies defunctæ ſunt, atque in Eccleſia ſepultæ. Cumque in

eadem

eadem Eccleſia Miſſarum ſolemnia celebrarentur; atque ex more Diaconus clamaret: Si quis non communicat, det locum: nutrix earum, quæ pro ijs oblationem Domino offerre conſueuerat, eas de ſepulchris ſuis progredi, & exire videbat. Quod dum ſæpius cerneret, quia ad vocem Diaconi clamantis exibant foras, atque intra Eccleſiam permanere non poterant, ad memoriam reduxit, quæ vir Dei illis, adhuc viuentibus, mandauit. Eas quippe communione priuare dixerat, niſi mores ſuos & verba corrigerent. Tunc ſeruo Dei cum graui mœrore indicatum eſt: qui manu ſua protinus oblationem dedit dicens; Ita & hanc oblationem pro ijs offerri Domino facite, & vlterius excommunicatæ non erunt. Quæ dum oblatio pro ijs fuiſſet oblata, & à Diacono iuxta morem clamatum eſt, vt non communicantes de Eccleſia exirent, illæ exire ab Eccleſia vlterius viſæ nō ſunt. Hactenus B. Gregorius.

Ex hac hiſtoria non ſolùm Purgatorium aſtruitur, verùm etiam apertè colligitur, iuſtam Eccleſiæ cenſuram, etiam poſt mortem, vim ſuam retinere. Infertur & illud, gratias & venias pontificias cæteraq; eiuſmodi ad Purgatorium quoq; ſe extendere. Nam ſi Deus Opt. Max. ratam habet eam excommunicationem quæ decernitur in demortuos: rurſus ſi iuſtè in viuos lata mortuos ligat, cur Eccleſiæ condonationes, quæ pro mortuorum ſalute fiunt, reſpuat? His adde peccata venialia etiam ad Purgatorium pertinere; & in eodem illa expiari: qualia videntur fuiſſe virginum harum, quarum fit mentio.

DE SPIRITV VITALINAE CVIVSDAM

iuſdam religioſæ Virginis, quæ oratione S. Martini à Purgatorijs pœnis liberata, & multis apparuit. Ex cap. 5 lib. de Gloria Confeſſorum, B. Gregorij Turonenſis. 5

Vitalina quædam religioſa, apud Arthonam, Aruernenſem vicum, quieſcit. Ad eius tumulum B. Martinus veniens dedit ſalutationem. & illa, vt ſibi dignaretur benedicere flagitauit. Poſtquam autem expleuerunt orationem, conuerſus vir beatus, Dic, ait, ſanctiſſima virgo, ſi iam Dei præſentiam meruiſti. Quæ ait: Reſtitit mihi vna cauſa, quæ facilis in ſęculo videbatur. Sexta enim feria, qua Redemptorem mundi, paſſum nouimus, aquis ablui caput. Recedens autem B. Confeſſor, à tumulo Virginis, ait ſuis. Væ nobis, qui in hoc mundo verſamur; ſi hæc virgo, Chriſto ſacrata, hinc offendiculum meruit, quod ſexta feria abluit caput. quid nos faciemus, quos quotidie fallax ſæculum peccare perſuadet. Poſt hæc accedens ad tumulum virginis, ait, Gaude nunc Vitalina, ſoror beatiſſima. Poſt triduum

Digitized by Google

duum enim Maieſtati diuinæ præſentaberis: & diſceſsit ab eo loco. Poſt hæc multis per viſum virgo oſtenſa eſt, & beneficia petita præbuit, & diem obitus ſui, in quo commemoratio eius celebraretur, edixit. Quod non aliter ſentiendum eſt, niſi quia beati Antiſtitis obtentu, Dominicæ Maieſtatis præſentiam meruiſſet, vt hæc deinceps ageret, &c.

Rurſus obſerua, etiam leuia, & qua dicimus, venialia peccata in Purgatorio expiari, & ob id contemnenda non eſſe. Præterea, mortuos plus iuuare ſuffragia hominum ſanctorum & iuſtorum, quam peccatorum & iniuſtorum, quamuis hæc etiam iuuent.

6 DE SPIRITV ET ANIMA SORORis S. Malachiæ Epiſcopi, quæ poſt mortem fratri ſuo, Malachiæ apparuit, & per eundem frequenti Euchariſtiæ oblatione, à Purgatorio eſt liberata.

Ex D. Bernardo in vita S. Malachiæ Epiſcopi.

Mortua eſt ſoror eius (Malachiæ). Nec prætereundę viſiones, quas vidit de ea. Huius ſiquidem ſanctus (Malachias) carnalem exhorruerat vitam: & tanto zelo, vt ſe deuouerit non viſurum eam in carne viuentem. At illa carne ſoluta, ſolutum eſt votum, & cæpit videre in Spiritu, quam in carne noluit. Quadam nocte audiuit per ſomnium vocem ſibi dicentis, ſororem eius ſtare foris, in atrio: &, ecce, per triginta dies totos nihil guſtaſſe. Qui euigilans, citò intellexit cuius eſcæ inedia maceret, & diligenter diſcuſſo numero dierum, quem audierat, ipſum eſſe reperit, ex quo pro ea panem de cælo viuum non obtuliſſet. Tum ille, qui ſororis non animam oderat, ſed peccatum; beneficentiam quam intermiſerat rurſum adoritur. Neque id fruſtra. Non multum poſt, viſa eſt illi perueniſſe ad limen Eccleſiæ: necdum tamen poſſe intrare: apparere etiam in veſte pulla. Cumque ille perſeueraret, curās ne qua die ſolita ſtipe fruſtraretur: ſecundò vidit eam in veſta ſubcandida, admiſſam quidem intra Eccleſiam; ſed altare contingere non permitti. Tertiò tandem viſa eſt aggregari cętui candidatorum, & in veſte candida.

Orant Sancti pro defunctis, nec fruſtra; pro iiſdemq́; ſacrificium Miſſæ offerunt; atq; illud ipſis prodeſt ad ſalutem atq; refrigerium; verùm non ſemel factum, ſed ſæpius repetitum, prout peccata poſtulant defunctorum. Nota & illud, defunctorum animas illis libentiùs apparere, à quibus certiora poſſunt exſpectare ſuffragia, quemadmodum certiora à Malachia fratre exſpectauit eius ſoror quam ab aliis.

DE

DE SPIRITV FRATRIS CVIVS-dam, qui S. Bernardo apparuit; & orationibus, atq; ſanctis oblationibus eius à purgatorijs pœnis eſt liberatus. Ex li. 1. cap. 10. S. Bernardi, per VVilhelm. Abbatem.

Frater quidam bonæ intentionis, ſed durioris erga cæteros fratres conuerſationis; & minùs, quàm deberet, compatiens, in monaſterio defunctus eſt. Poſt paucos autem dies viro Dei apparuit, vultu lugubri, & habitu miſerabili; ſignificans non ad votum ſibi cuncta ſuccedere. Interrogatus autem, quid ſibi eſſet; quatuor dilaceratis ſe traditum querebatur. Ad quod verbum continuò impulſus eſt, & quaſi præcipitanter expulſus à facie viri Dei. Qui grauiùs ingemiſcens poſt tergum eius, clamauit. Præcipio tibi, in nomine Domini, vt qualiter tecum agatur, in proximo mihi iterum innoteſcas. Et conuerſus ad orationem pro eo, & oblationem hoſtiæ ſalutaris, aliquos etiam fratrum, quorum ampliorem nouerat ſanctitatem, eidem ſimiliter ſubuenire monebat. Nec verò deſtitit, donec ſicut præceperat, per aliam reuelationem cognita eius liberatione, meruit conſolari.

Oratio & ablatio ſacrificij incruenti, ex ſententia S. Bernardi, proſunt, defunctis & plus hæc proſunt à ſanctis, & pijs hominibus præſtita; quàm alijs; ex eiuſdem Bernardi ſententia. Obſerua etiam conſtantia eſſe oportere pro defunctis ſuffragia. Neq; enim mox ad vnum omnis peccati pœna tollitur.

DE SPIRITV SIVE ANIMA MAtris S. Eliſabethæ filiæ Regis Hungariæ, quæ filiæ apparuit, eiusq; precibus quas petiuerat, adiuta eſt. Ex Iacobo Montano, cap. 23. in vita S. Eliſabethæ Regis Hungarorum filiæ.

Extinctæ matris vmbra noctu dormienti Eliſabethæ viſa eſt oberrari: lugubrique vultu, & flexis poplitibus orare, ſui quamprimũ miſereretur. Ob vitam enim negligentius actam, igne ſe pœnas ſoluere. moxque hoc viſo expergefactæ, ac poſt effuſas ad Deum preces lachrymasque, denuo in ſoporem depreſſæ, iterum apparere: ac immortales gratias agere pro matura liberatione: dicereque tanti apud Deum preces eius reputari, vt tam vita functis, quam ijs, qui adhuc ſupereſſent, ſubuenire auxilio poſsit.

Et hinc diſcis, quorum ſuffragia præ reliquis, expetunt animæ purgandæ: charorum ſcilicet amicorum, & piorum hominum. Obſerua & igne expiari defunctorum animas; Et iuuari ardentibus maximè precibus.

9. *DE SPIRITV ET ANIMA CVIVSdam Monialis, quæ ex purgatorijs pœnis liberata eſt opera S. Tettæ, virginis religioſæ & nobilis, ſororis Regis Angliæ. Ex vita S. Liobæ virginis, cap 3. & 4. conſcripta iuſſu Rabbani Mauri, à Rudolpho eius diſcipulo.*

Erat in illo Virginum monaſterio (cui præerat Tetta) ſanctimonialis, alijs præpoſita. Hæc dum nimis indiſcretè diſciplinam exercet in ſubditis, omnium, & maximè iuuenum, in ſe odia concitauit. Defuncta tandem & ſepulturæ tradita: tumulusque ſuper ſepulchrum eius congeſto terræ aggere compoſitus eſt. Sed tamen non quieuit animus iuuenum odientium eam. Quod cum mater congregationis, Venerabilis Tetta, comperiſſet, temerarium iuuencularum præſumptionem correptionis vigore compeſcens, perrexit ad tumulum, & mirum in modum conſpexit terram, quæ deſuper congeſta erat, ſubſediſſe, & vſque ad ſemipedis ſpatium infra ſummitatem ſepulchri deſcendiſſe. Quo viſo vehementer expauit. Intellexit enim ex defectu terræ pœnam ſepultæ & ſeueritatem iuſti iudicij Dei, perpendit ex detrimento ſepulchri. Conuocatis ergo omnibus in vnum ſororibus, cæpit eas increpare, propter crudelitatem illarum, & duritiā cordis, quod ob factam ſibi iniuriam eſſent implacabiles, & cætera. Admonuit etiam eas de cętero pro defuncta ſorore obſecrare. Cumque vnanimiter exhortatitionibus eius annuiſſent; indixit eis triduanum ieiunium; monens vnamquamque pſalmodijs, & vigilijs, & precibus ſanctis, pro ea, ſtudioſius inſiſtere. Die autem tertio, expleto ieiunio, cum omni congregatione Virginum baſilicam intrauit, & illis litanias facientibus, & nomen Saluatoris inuocantibus, ipſa cum lachrymis, ante altare pro anima defunctæ ſororis rogatura proſternitur. Cumque in oratione proſtitiſſet, foſſa ſepulchri, quę prius fere vacua videbatur, humo excreſcente paulatim cæpit repleri: ita, vt vno eodemque momento, & ipſa ab oratione reſurgeret, & terra ſepulchrum complanaret. Qua de re manifeſtè oſtenditur, quod cum monumentum, viſibiliter ad priorem ſtatum redijt, per orationes ſanctæ Virginis, defunctæ animam virtus diuina inuiſibiliter abſoluit.

Bene concludit Rudolphus per orationes ſanctæ virginis defunctam animam eſſe abſolutam: ſed tamen non fruſtra fuerunt aliarum virginum ieiunia, orationes, vigiliæ. Etiam viuentium ieiunia defunctis proſunt, quamuis non omnium viuentium ieiunia; vt omnium orationes fidelium.

DE

DE ANIMA SIMONIS CVIVS-

dam viri nobilis & religioſi, à Purgatorijs pœnis liberata, per Lutgardem virginem. Res geſta habetur in vita Lutgardis ſcripta à Thoma Cantipratenſi libro ſecundo.

Per idem ferè tempus Simon quidam, vir nobilis, Teuto natione, 10.
literis egregiè inſtitutus, Ciſtertienſium Ordinem complexus, Abbas Foniacenſis eſt factus. Etſi autem ille ferueret deſiderio, tamen acerbiori zelo in ſubditos inuehebatur, morteque immatura deceſſit. Habuit is, cum viueret, Lutgardem, pro vitæ ſanctimonia, chariſſimam multumq; illi, ſua morte, mœrorem attulit. Sed vbi defunctũ cognouit, mox ieiunia & afflictiones pro eo ſuſcepit, rogans Dominum, vt animam eius liberaret Cumque multis precibus id à Domino contenderet: reſpõdit ei Dominus: Bono animo eſto, tui cauſa benignè faciam ei, pro quo oras. At illa vehementius inſtans, ſecundo audiuit eum propediem liberatum iri. Dixit verò ad Dominum: Quidquid mihi vis impertiri ſolatij, id illi animæ in Purgatorio largiaris. Neque ego vllo pacto ceſſabo à lachrymis: nec tuis conſolationibus me vnquam patear recreari, niſi illum videam liberatum. Tum verò non eſt paſſus Dominus eam diutius affligi, ſed apparens illi, adduxit ſecum animam è pœnis liberatam: dixitq; ei: Aequo animo eſto dilecta: Ecce hęc eſt anima, pro qua poſtulas. Illa mox humi proſtrata in faciem pro eius liberatione Dominũ benedixit. Anima autẽ exultabũda & laudans, Lutgardo gratias egit, & ad potiora tranſiens, cum magna gloria cęlos penetrauit. Is idem Simon poſtea Lutgardo crebrò apparuit, & inter cætera dixit ei, vndecim annos ſe in Purgatorio pœnas fuiſſe luiturum, niſi ipſa ſuis precibus ſibi opem tuliſſet.

Probitas & innocentia vitæ, magnam offert iuſtis apud Deum confidentiam, ijdem plùs cæteris apud Deum poſſunt, & ſuis pręcibus plurimùm proſunt defunctis, Purgatoriasq́; aliorum pœnas, ſuis operibus redimunt. Hæc hinc diſce.

DE SPIRITV ARNOLPHI PRES- 11.

byteri, qui apparuit S. Remberto Archiepiſcopo Bremenſi, à quo etiam adiutus fuit. Surius hiſtoriam refert Tom. 1. ex quodam Manuſcripto Codice

Cum adhuc Rembertus eſſet in miniſterio deceſſoris ſui Anſcharij, appa ruit ei Arnolphus Presbyter, iam pridem defunctus: & percontanti, quo in ſtatu res eius ieſſent in llo ſeculo, dolenter reſpondit.

Digitized by Google

dit. Ego cum adhuc in corpore eſſem,ſalutem animæ meæ negligenter curabam;nec ſeruabam eam, quæ meam decuiſſet perſonam,morum grauitatem, otio ſæpe vacans, & quandoque etiam tempore indicti ieiunij carnem comedens, aliaque ſimiliter vetita in cibo & potu frequenter vſurpans: ob quas culpas hactenus indignus fui admitti ad conſpectum Dei. Sed ſi tua fraternitas pane & ſale,& aqua contenta à cæteris alimentis interim abſtinens, quadraginta dierum ieiunium pro me ſuſcipere vellet; credo,per Dei miſericordiam huius repulſæ,quam patior,pœna me abſolutum iri. Cui cum ille ſe ita facturum,vt ipſi videbatur,eſſet pollicitus,expergefactus mox,vt conueniendi Epiſcopum copia oblata fuit, viſionem omnem illi expoſuit, acceptoque ab eo conſilio, per dies quadraginta non niſi pane ſolo,& aqua vſus eſt. Expletis autem huius abſtinentiæ diebus, preſbyter ille,poo cuius ſalute hæc agebantur, apparuit cuidam fœminę, petijtque ab ea,vt gratias ageret ſeruo Dei Remberto,pro cibi,& potus parſimonia, eius cauſa tolerata; quam vſque adeò ſibi profuiſſe aiebat,vt priùs negatum ipſi Dei conſpectū,& celeſtis aulæ ingreſſum, propter eam permiſſum ſibi gauderet.

Non nulla peccata ſunt, quæ contra præcepta Eccleſiæ committuntur, Id hinc diſcis. Illud præterea,contraria peccata contrarijs virtutibus curari: Ieiunium quoque virorum defunctis prodeſſe ad remiſſionem pœnæ, alias perſoluendæ; Inprimis verò animas quaſdam in alia vita purgari antequam ad cælum admittantur.

12\. ## DE POENIS, QVAS S. SEVERINUS *Colonienſis Epiſcopus in Purgatorio ſuſtinuit. Ex. Epiſt. 13. Petri Damiani, ad Deſiderium Abbatem.*

Adraldi,prudentis & religioſi viri,qui Bremenſi præminet monaſterio,(inquit Damianus) didici relatione, quod ſcribo: quod etiam literis iudicium eſſe dicebat. Clericus,inquit, Colonienſis Eccleſiæ vadum fluminis tranſibat:& ecce B. Seuerinus eiuſdem Eccleſiæ nuper Epiſcopus, equi eius habenas apprehendit, eumque retinens ſiſtit. Cumque ille in ſtuporem verſus, & grauiter admiratus,cur illic tam clarus,& tam celebris famæ vir,moraretur,inquireret: Da mihi, ait,manum tuam: & quæ circa me ſunt, non auditu diſce, ſed tactu. Cumque datam manum fluctibus Epiſcopus impreſſiſſet; tantus eam ardor abſorbuit, vt vndique carnes eius reſolutæ diffluerent, & oſſa nuda vix hærentibus articulis remanerent. Ad quem Clericus; Cum nomen, inquit, tuum in tanta benedictione ſit apud nos;& fama tua conſonis totius Eccleſiæ præconijs celebretur; cur te peſtiles

hæc

hæc vorago perſtringit,tantoque (proh dolor) incēdio cruciaris? Ad quem S. Epiſcopus; Nihil,ait,aliud manſit in me remāſit vltione plectendum,præter hoc tantum: quia dum in aula regia conſtitutus,imperialibus me concilijs vehementer implicui, canonicæ ſynaxis officia per diſtincta horarum ſpatia non perſolui. Mane quippe, ſimul omnia coaceruans, tota die negotijs ingruentibus ſecura libertate vacabam. Ob hanc itaque negligentiam horarum, ardoris huius fero ſupplicium. Tu verò omnipotentis Dei clementiam humiliter implora: vt manum tuam in ſalutis priſtinæ reſtituat ſtatum. Quod cum factum fuiſſet: Vade,inquit,fili obſecra fratres noſtros Eccleſię Clericos,& alios ſpirituales viros, vt pro me preces fundant, indigentibus ſubſidia conferant, ſacrificiorum votis inſiſtant. His enim peractis, ego mox de vinculo pœnæ huius indubitanter expediar, & exſpectantibus beatorum ciuium choris lætus adiungar.

Marginale ſcholium ad hunc locum ita habet in exemplari quod Appendix Bibliothecæ SS. Patrum inſcribitur. Ecce hic palam cernis & Purgatorium eſſe, & oblata pro defunctis ſuffragia prodeſſe.

DE SPIRITVS MLITVM, IN

VVormatienſi campo viſorum, ex Chronico Hirſagienſi, circa annum Domini 1098.

Non longè à VVormatia multis diebus & noctibus maxima multitudo armatorum equitum, & peditum apparuit; tanquam ad placiti colloquium, ſeu bellum proceſſura: & nunc huc, nūc illuc, quaſi per turmas diſcurrentes,circa nonam horam noctis, ad vicinū montem, ex quo prædire conſueuerunt,reuertebantur. Tandem nocte quadam monachus Limburgenſis Cænobij, non procul à monte, de quo exire ſolebant diſtantis,aſſumptis ſecum quibuſdam alijs ad locum infeſtum acceſsit: munienſq́; ſe ſignaculo S. Crucis exeuntes de monte, qui eſſent per virtutem ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis,vt dicerent, adiurauit. Cui vnus ex turma: Nos phantaſma, inquit, ſumus; nec militum viuentium turba; ſed animæ hominum,quōdam in hoc mundo Principi terrenorum militantium,non ante multos annos,in hoc loco interfectorum. Arma,habitus & equi,quæ nobis dum viueremus, inſtrumenta fuerunt peccati: etiam nunc poſt mortem in nobis ſunt, quædam inditia tormenti. Omne, quod iam cernitis circa nos,totum ignitum eſt nobis, quamquā vos ignem noſtrum minimè videatis. Cumq́; Monachus, vtrum ab hominibus iuuari poſſent, inquireret,reſpondit Spiritus: Ieiunijs & orationibus, & maximè oblatione corporis & ſanguinis Chriſti adiuuari poſſumus & rogamus. 13.

His dictis omnis illa multitudo Spirituum, quaſi vna voce clamabat trina vice: Orate pro nobis: Orate pro nobis: Orate pro nobis. Mox omnes in ignem reſoluti videbantur: Sed & mons ipſe, quaſi arderet, ignem & maximam fragorem arborum & ſtrepitum emiſit.

Et hic tria Suffragiorum genera ſunt, quibus piè defunctorum in Chriſto Spiritus iuuantur.

Porrò & hoc caput hac Ratiocinatione concludimus.

Quæ præclaræ ſanctitatis homines, viri & fœminæ, & inter illos præcipuè, qui ex inferis, ad nos per miraculum redierunt, de futuræ vitæ ſtatu nobis tradiderunt, nemo facilè falſa dixerit & commentitia.

Sed inter alia hi tradiderunt eſſe quendam locum, vbi animæ quædam expurgantur, antequam ad cæleſtia regna tranſeant. Ergo nemo hæc facilè dixerit falſa, & commentitia. Atque hæc ad Theſin 33. Cap. 13.

PVRGANDORVM SPIRITVVM PER Ariſtotelicas Cathegorias deductio Theologica, centum Theſibus comprehenſa, ex qua, vtcunque conditio & ſtatus Animarum Purgatorij cognoſcitur.

1. *Subſtantia ſunt Purgandi Spiritus, ſed imperfecta: veruntamen multis perfectis perfectiores: omnibus ijs ſcilicet, quæ materiam tanquam ſui partem, requirunt.*

2. *Imperfectæ ſunt, quia hominũ partes: illæ, quas animas dicimus: Solæ enim Animæ purgantur præter animas, Spiritus nullus.*

3. *Veruntamen non omnes animæ purgantur. Quia non Gentiliũ: non Hæreticorum: nec iam etiam Iudæorum.*

4. *Sed nec Omnium Chriſtianorum. Quia non in omnibus, quod expurgetur, reperitur. Quid purgabis in ſuper niuem dealbatis? qui cum innocentia hinc diſcedunt? qui peccata quæ commiſerunt, dignis pœnitentiæ fructibus expiarunt?*

5. *Quid quod quidem in Purgandorum numero non ſint, quamuis graui peccati pondere grauentur? Hi ſunt, qui cum ſolo originali, quod ob ortu contraxerunt, diſcedunt.*

6. *Qui igitur purgantur? Chriſtiani, Iuſti, an iniuſti? Iuſti, & ſoli iuſti. Omnes, an aliqui? Aliqui. Et qui illi? Quicunque cum venialibus, ex hac vita, diſceſſerunt: quicunq; pro mortalibus, dignis pœnitentiæ fructibus, non ſatisfecerunt.*

7. *Duo hæc ſunt purgandorum Spirituum genera. Præter hæc non alia. Quicunq; ad horum alterum pertinent, niſi expolientur, cæleſtibus ædificijs apti non ſunt.*

8. *Quantitas, quæ Molis dicitur, in his non quæritur, quia materia, quæ huius fundamentum eſt, ſunt expertes. Inuenitur tamen aliquando, apud ipſos, quãuis rariſſimè. Quando? Dum in aſſumptis, Angelorum opera, corporibus, rebus Viuentium interſunt. aliàs nunquam.*

Quan-

Quantitas Virtutis, quæ vocatur, inuenitur. Quanta verò? Quanta ipſorum fuit, dum propria corpora circumferrent. Omnino tanta: hæc ex parte minor: illa maior.

Diſcreta inuenitur: non quæ eſt ex diuiſione continui; ſed ſuppoſitorum con-ſtat multitudine. Magnus numerus purgandorum Spirituum eſt, fuit, erit. Tantus, vt quidam multitudini hominum æquent; quamuis malè. 9.

Inuenitur Durationis quantitas. quia longo, breuiq; tempore purgantur: non inſtanti; quod indiuiſibile quidam, quamuis impropriè, tempus appellant. 10.

Et quanto quæſo purgantur? Nouit Deus. Experiuntur Spiritus. Nos non æquali omnes. non breuiſsimo omnes, non longiſsimo omnes. quoſdam breui: quoſdam longo. 11.

Errant; qui ad diem iudicij purgandorum Spirituum tempus prorogant. Errant, qui vnius anni ſpatio metiuntur breuiſsimum. Errant, qui longiſsimum ſpatio annorum decem. 12.

Purgantur, donec perſoluant nouiſsimum quadrantem: quem alij citius; quia minus debent: alij tardius; quia plus debent, perſoluunt. 13.

Qualitas, quoad prima eius genera omnia, ad Spiritus purgandos ſe non extendit, Species generum quorundam in ipſis plurimæ: ſed duorum maximè; naturalium Potentiarum, atq; Habituum. 14.

Potentiarum quadã in ipſis ſunt, tanquam in radice: quadã formaliter. Prioris generis ſunt, quæ ſine corporis opera defunctiones ſuas exercere nequeunt. poſterioris, quæ quãuis corpore aliquãdo vtantur, tamen corpore, abſolutè, nõ indigẽt. 15.

Priores variæ ſunt; poſteriores duæ, aut, ſi mauis, tres; intellectus, voluntas & mouendi vis. 16.

Ex his intellectus, & voluntas ſubiecta ſunt habituum, qui in ipſis tanquam proprijs ſedibus reſident: & habituum plurimorum, diuerſiſsimorum, virtute præſtantiſsimorum: quamuis inæqualium. 17.

Quorum verò? Intellectus Spiritualium atq; Naturalium: qui quanuis non eodem modo, ad eadem tamen ipſis ſeruiunt, dum corpora ſua circumferunt, & à corporibus ſunt expediti. 18.

In ſupernaturalibus ſunt Fides, Dona quædam Spiritus ſancti, Prudentia, atq; Character plures haud puto. 19.

Fides illa, quæ inter virtutes Theologicas primatum obtinet, hæc ipſos vſque ad regni cælorum portas comitatur. Non vlterius? Non vlterius. 20.

Dona, quibus iuſti in rebus fidei perſpiciẽdis iuuãtur, quã diu ipſis fides deſeruit. 21.

Prudentia illa, quæ in infuſarum virtutum numero habetur. & iuſtos in hac vita deſerit nunquam. 22.

Character, qui Sacramentorum alter effectus eſt; & ſemel animæ infixus, inde euelli non poteſt. 23.

In Naturalibus ſunt habitus, quos intellectiuos vocant: ſi quidẽ ipſos, dum in corporibus agerent, habuerent, Neq; .n. morte tolluntur. nõ cum vita præſenti exſpirant. 24.

Digitized by Google

His dictis omnis illa multitudo Spirituum, quaſi vna voce clamabat trina vice: Orate pro nobis: Orate pro nobis: Orate pro nobis. Mox omnes in ignem reſoluti videbantur: Sed & mons ipſe, quaſi arderet, ignem & maximam fragorem arborum & ſtrepitum emiſit.

Et hic tria Suffragiorum genera ſunt, quibus piè defunctorum in Chriſto Spiritus iuuantur.

Porrò & hoc caput hac Ratiocinatione concludimus.

Quæ præclaræ ſanctitatis homines, viri & fœminæ, & inter illos præcipuè, qui ex inferis, ad nos per miraculum redierunt, de futuræ vitæ ſtatu nobis tradiderunt, nemo facilè falſa dixerit & commentitia.

Sed inter alia hi tradiderunt eſſe quendam locum, vbi animæ quædam expurgantur, antequam ad cæleſtia regna tranſeant. Ergo nemo hæc facilè dixerit falſa, & commentitia. Atque hæc ad Theſin 33. Cap. 13.

PVRGANDORVM SPIRITVVM PER Ariſtotelicas Cathegorias deductio Theologica, centum Theſibus comprehenſa, ex qua, vtcunque conditio & ſtatus Animarum Purgatorij cognoſcitur.

1. *Subſtantiæ ſunt Purgandi Spiritus; ſed imperfectæ: veruntamen multis perfectis perfectiores: omnibus ijs ſcilicet, quæ materiam tanquam ſui partem, requirunt.*

2. *Imperfectæ ſunt, quia hominũ partes: illæ, quas animas dicimus: Solæ enim Animæ purgantur præter animas, Spiritus nullus.*

3. *Veruntamen non omnes animæ purgantur. Quia non Gentiliũ: non Hæreticorum: nec iam etiam Iudæorum.*

4. *Sed nec Omnium Chriſtianorum. Quia non in omnibus, quod expurgetur, reperitur. Quid purgabis in ſuper niuem dealbatis? qui cum innocentia hinc diſcedunt? qui peccata, quæ commiſerunt, dignis pœnitentiæ fructibus expiarunt?*

5. *Quid quod quidem in Purgandorum numero non ſint, quamuis graui peccati pondere grauentur? Hi ſunt, qui cum ſolo originali, quod ob ortu contraxerunt; diſcedunt.*

6. *Qui igitur purgantur? Chriſtiani, Iuſti, an iniuſti? Iuſti, & ſoli iuſti. Omnes, an aliqui? Aliqui. Et qui illi? Quicunque cum venialibus, ex hac vita, diſceſſerunt: quicunq; pro mortalibus, dignis pœnitentiæ fructibus, non ſatisfecerunt.*

7. *Duo hæc ſunt purgandorum Spirituum genera. Præter hæc non alia. Quicunq; ad horum alterum pertinent, niſi expoliantur, cæleſtibus ædificijs apti non ſunt.*

8. *Quantitas, quæ Molis dicitur, in his non quæritur, quia materia, quæ huius fundamentum eſt, ſunt expertes. Inuenitur tamen aliquando, apud ipſos, quãuis rariſſimè. Quando? Dum in aſſumptis, Angelorum opera, corporibus, rebus viuentium interſunt. aliaſq; nunquam.*

Quan-

Digitized by Google

Quantitas Virtutis, quæ vocatur, inuenitur. Quanta verò? Quanta ipſorum fuit, dum propria corpora circumferrent. Omnino tanta: hac ex parte minor: illa maior.

Diſcreta inuenitur: non quæ eſt ex diuiſione continui; ſed ſuppoſitorum conſtat multitudine. Magnus numerus purgandorum Spirituum eſt, fuit, erit. Tantus, vt quidam multitudini hominum æquent; quamuis malè. 9.

Inuenitur Durationis quantitas. quia longo, breuiq; tempore purgantur: non inſtanti; quod indiuiſibile quidam, quamuis impropriè, tempus appellant. 10.

Et quanto quæſo purgantur? Nouit Deus. Experiuntur Spiritus. Nos non æquali omnes. non breuiſſimo omnes, non longiſſimo omnes. quoſdam breui: quoſdam longo. 11.

Errant; qui ad diem iudicij purgandorum Spirituum tempus prorogant. Errant, qui vnius anni ſpatio metiuntur breuiſſimum. Errant, qui longiſſimum ſpatio annorum decem. 12.

Purgantur, donec perſoluant nouiſſimum quadrantem: quem alij citius; quia minus debent: alij tardius; quia plus debent, perſoluunt. 13.

Qualitas, quoad prima eius genera omnia, ad Spiritus purgandos ſe non extendit, Species generum quorundam in ipſis plurimæ: ſed duorum maximè; naturalium Potentiarum, atq; Habituum. 14.

Potentiarum quædā in ipſis ſunt, tanquam in radice: quædā formaliter. Prioris generis ſunt, quæ ſine corporis opera functiones ſuas exercere nequeunt· poſterioris, quæ quāuis corpore aliquādo vtantur, tamen corpore, abſolutè, nō indigēt. 15.

Priores variæ ſunt; poſteriores duæ, aut, ſi mauis, tres; intellectus, voluntas & mouendi vis. 16.

Ex his intellectus, & voluntas ſubiecta ſunt habituum, qui in ipſis tanquam proprijs ſedibus reſident: & habituum plurimorum, diuerſiſſimorum, virtute præſtantiſſimorum: quamuis inæqualium. 17.

Quorum verò? Intellectus Spiritualium atq; Naturalium: qui quamuis non eodem modo, ad eadem tamen ipſis ſeruiunt, dum corpora ſua circumferunt, & à corporibus ſunt expediti. 18.

In ſupernaturalibus ſunt Fides, Dona quædam Spiritus ſancti, Prudentia, atq; Character plures haud puto. 19.

Fides illa, quæ inter virtutes Theologicas primatum obtinet, hac ipſos vſque ad regni cælorum portas comitatur. Non vlterius? Non vlterius. 20.

Dona, quibus iuſti in rebus fidei perſpiciēdis iuuātur, quā diu ipſis fides deſeruit. 21.

Prudentia illa, quæ in infuſarum virtutum numero habetur. & iuſtos in hac vita deſerit nunquam. 22.

Character, qui Sacramentorum alter effectus eſt; & ſemel animæ infixus, ineuelli non poteſt. 23.

In Naturalibus ſunt habitus, quos intellectiuos vocant: ſi quidē ipſos, dum in corporibus agerent, habuerent, Neq; enim morte tolluntur. non cum vita præſenti exſpirant. 24.

Digitized by Google

26. Hi intellectus habitus Voluntatis haud pauciores; ſi non plures. Nam & ipſa Supernaturalibus inſtructa eſt, & Naturalibus.

27. In ſupernaturalibus eadem hic genera, quæ in intellectu, in Naturalibus ſimiliter.

28. Ex virtutibus Theologicis ſunt Spes, & Charitas: quarum prior ad cælorum portas comitatur: poſterior eaſdem ingreditur, nec herũ ſuum deſerit aliquando.

29. Ex Spiritus ſancti donis ſunt pleraque. quæ vt Charitatis ſunt indiuidui comites, ita ijſdem cum Charitate ſedibus morantur.

30. Ex virtutibus, quas Cardinales infuſas dicimus, eſt Iuſtitia duplex, & ſocia eius plurima. quæ ſi actus ſuos ſingulæ exercere non poſſunt: hoc quod poſſunt, præſtant, ſubiectum ſuum ornant egregiè.

31. Dicta omnes Supernaturales ſunt. Ex Naturalibus, ſi ex hac vita diſcedentes Iuſtitia inuenit comitatur: alias nequaquam.

32. Quid de Temperantia atq; Fortitudine? quibus illis? infuſis an acquiſitis? vtriſq; dubium inter doctos. nos formaliter conuenire negamus. & has & illas.

33. Hic quem diximus, Purgandorum ſpirituum, potentias ſecundum, præcipuus ornatus eſt. Hac virtutum inſtructi egregia ſuppellectile, etiam in ſua miſeria maxima.

34. Relatio in ipſis multiplex, quoniam ad multos. Deum, Angelos, Dæmones, viuentes, pœnarum ſocios, damnatos.

35. Dei ſunt filij. & quamuis non omnes, quidam chariores multis adhuc viuentibus: quidam quibuſdam cælitibus. etiam Angelis: etiam Archangelis: etiam ſupremorum multorum ordinum ſpiritibus.

36. Angelorum ſunt conciues, quamuis non re; ſpe tamen certiſſima; quæ non poteſt confundere: quin imo fide quæ efficit, vt de ſocietate ipſorum ſibi obtingenda dubitare non poſſint.

37. Dæmonum ſunt hoſtes: & ipſorum hoſtes Dæmones. hi tamen non ipſis; ipſi vero his moleſti eſſe poſſunt & ſunt aliquando.

38. Viuentium amici ſunt: etiam peccatorum: etiam infidelium, de quorum ſalute ſpes eſt aliqua. Amicitiam autẽ & animo fouent, & rebus ipſis perſæpe oſtendunt.

39 Sociorum in pœnis ſocij ſunt: & boni ſocij: Socij in certa ſpe ſalutis: in benefaciendi ſtudio, & omnium, & ſingulorum. Perſonarum acceptio apud ipſos locum non habet.

40. Damnatorum ſunt inimici: non contra charitatis iura; ſed zelo diuinæ Iuſtitiæ; quia quæ patiuntur & merentur, illis fauent ſupplicia.

41. Quemadmodum variæ ſunt Relationes, ita Relationum fundamenta varia, multiplicia q; Filij Dei ſunt, per gratiam. conciues Angelorum, per merita. hoſtes Dæmonum, per ipſorum peccatum. viuentium amici per charitatem. Bonorum ſocа per præmiorum identitatem: inimici Damnatorũ, per Iuſtitiæ zelum.

Actio

Actio his ſpiritibus omnino tribui debet. Agunt enim. imo non poſſunt non agere, non poſſunt non viuere. 42.

Quomodo vero agunt? Quid agunt? Quo fructu agunt? Non ſe, varia, paruo. Explico. 43.

Quomodo igitur? non ſua ſubſtantia. Illa non niſi remotum actionum principium eſt: & potius illa agere dicitur, quam per illam ipſi agere. principia actionũ ipſorum ſunt præcipua, intellectus & voluntas. his agunt. 44.

Quid verò? Intellectu Vera percipiunt. Voluntate Recta volunt. 45.

In Veris, quæ percipiunt, quædam præterita ſunt, quædam futura, quædam præſentia. 46.

Ad præterita refero, quæcunque in hac vita cognouerunt, quorum ſpeciebus deſtituti non ſunt. 47.

Ad futura, quæ ex his poſſunt conijcere: ſiue certa fide, ſiue probabili cõiectura ſiue demonſtrationis neceſſitate. 48.

Ad præſentia, quæ coram quaſi conſpiciunt; vt ſunt pœnarum ſocij, loci qualitas tormentorum ratio & ſimilia. 48.

Quid de abſentibus? Hæc, quamuis quodammodo præſentia ſint, & tunc ſint, quando ipſi ſunt; non cognoſcunt. Ergone ignorant, quæ apud nos geruntur? quæ ipſorum cauſa viuentes faciunt? ignorant. 49.

Nullo modo ſcire poſſunt? Vno. Quo? per reuelationem Quorum? Viuorum, qui hinc diſcedunt ad ipſos. Angelorum etiam, maximè proprium, quos omnem ipſorum curam depoſuiſſe veriſimile non eſt. 50.

Recta, quæ volunt, quædam Spei actiones ſunt: quædam Charitatis officia: quædam operationes Iuſtitiæ. 51.

Sperant beatitudinem, & ſummis deſiderijs ad ipſam anhelant: Dei nixi miſericordia: & ſuis, non quæ iam ſibi comparant, ſed olim in corpore, compararunt, meritis. 52.

Officia Charitatis exhibent, Deo maximè, & viuentibus. Pro his orant: illum amant: & ita, vt etiam quæ eius volũtate, & imperio patiuntur ſupplicia, & ferant libenter, & maiora pati, ſi quidem ille ita iuberet, non reformidarent. 53.

Ad Iuſtitiæ operationes refero, quòd ſua iuſta agnoſcunt, voluntque ſupplicia: quòd damnatorum probent tormenta; Deiq; regnum cupiant creſcere, expulſis inde cunctis vitiorum ſordibus. 54.

Quidquid agunt ex propoſito, virtutis opus eſt. Nulla ipſorum actio indifferens: nulla peccatum, ne veniale quidem. Poſſunt non bene agere: non poſſunt agere malè. 55.

Hæc agunt, quæ diximus, & ita agunt, vt diximus. Sed quo fructu? Multo inferiori iam, quam dum viuerent. poterant tunc agendo mereri ſibi, alijs: iam nec ſibi, nec alijs. 56.

Actiones ipſorum, dum viuerent, potuerãt eſſe impetratoria, meritoria, ſatiſ- 57.

Digitized by Google

factoriæ.iam non poſſunt eſſe meritoria: nõ ſatisfactora ſed tamẽ impetratoria.

58. *Et impetratoria poſſunt eſſe alijs,non ſibi,vt veriſimile.Ipſis nouiſsimus quadrans eſt perſoluendus,niſi aliunde inuentur.*

59. *Paſsio,ſi quòd natura ex ſe poteſt,attendas,in Spiritus cadere non poteſt:illa præſertim,quæ corporum & virtute contrariarum qualitatum peragitur.*

60. *Patiuntur tamen hi Spiritus:ſed non à Spiritibus. Patiuntur à corporibus:& à corporum patiuntur qualitatibus: & ab iiſdem grauia patiuntur tormenta: & in quibus poſſunt partibus patiuntur: patientiſsimi ſemper.*

61. *Patiuntur,quia hoc ipſorum meritis debetur. Quæ malè agendo debita contraxerunt,bene patiendo perſoluunt,iuſtiſsimè,miſericordiſsimè.*

62. *Patiuntur non à Spiritibus.quibus enim? Angelis bonis? nihil minus. Angelis malis?indignum.Spiritibus hominum?non hoc ipſorum officium. Deo authore* Spirituum?*per ſe neminem ille punit.*

63. *A corporibus patiuntur igne inquam non quia Deo alia media deſint, quibus ipſorum peccata vindicet: ſed:quia ita vult; Quod vult,vult ratione rectâ,iuſtiſq; de cauſis.*

64. *A corporeis patiuntur qualitatibus. quia ignis in ipſos agit, veris, quamuis miris,modis.*

65. *Patiuntur grauiſsima tormenta.id ignis nomen,à quo pati dicuntur,inſinuat. ignis enim vis agendi grauiſsima,inter omnia,quæ agere apta nata ſunt,corpora.*

66. *Sed ſi iuſta pœna; quomodo omnium grauiſsima?an omnium debita grauiſsima? Nec omnium eſt pœna grauiſsima. Leuem quidam,quidam leuiorem,quidam etiam leuiſsimam patiuntur.*

67. *In quibus poſsũt partibus patiuntur in intellectu: in voluntate. hæ præcipuæ ſi non ſolæ,partes ſunt,quibus pati poſſunt.*

68. *In pœnis nulla ipſorum querimonia: nulla impatientia: nullum impatientiæ ſignum.patientia inſignis;laude,quamuis non merito,digna.*

69. *Vbi vero patiuntur?* Non *in cælo,nõ in inferno,non in* Patrum *aut puerorum limbo,non in terra,aere,aqua:ſed ſuo nomini conuenientiſsimo loco.*

70. *Cælum beatorum eſt ſedes, illorum inquam, in quibus nihil coinquinatum labe peccati:nihil debito perſoluendo grauatum: nihil quod non,vt aurum in igne probatum.*

71. *Infernus damnatorum locus eſt, quibus nulla ad cæleſtia regna ſpes, quæ his Spiritibus eſt certiſsima, & perſpectiſsima.*

72. *Limbus Patrum aut puerorum,nõ pœnarum,ſuppliciorumq; eſt ſcola,ſed carcer:non beatorum olim Patrum & puerorum:nunc puerorum tantùm.*

73. *Terra data eſt filijs hominum,quemadmodum cælum cæli Domino. Viuentium habitatio eſt:non vita defunctorum,qualeſcunq; ſint illi.*

74. *Aqua piſcibus deſtinata: volucribus cæli aer. & ſi alios fines habent,vt Purgandorum* Spirituum *ſint proprius locus,non habent.*

75. *Purgatorium eſt Vbi,ſiue Locus Purgandorum Spirituum,locus infra terram, ſuper infernum,inferno proximus.*

An ſolus

An ſolus is? vt plurimum hic. certè proprius hic. Alius quandoque ſeruit terra inquam: tum frequentius, cum rebus viuentium Spiritus intereſſe ſæpius obſeruantur. 76.

Quamuis verò quandoque extra Purgatorium locum ſint Spiritus, non ſunt tamen ſine Purgatorio. Vbicunque ſunt, ſuas ſecum Purgatorias pœnas circumferunt, & purgantur. 77.

Ad hoc Vbi, ſiue purgatorium locum perueniunt, non ſoli quomodo viam in ignota regione inuenirent? Ducem itineris habent fidelem. 78.

Et quidem Angelum ducem habent. Malum, an bonum? Bonum; & illum eundem, qui ipſis datus eſt, quando primum corporibus vniti fuerunt. 79.

Ducis hic officio fungitur non vectoris: non impulſoris. quia præcedentem ſequuntur non inuiti, & coacti: ſed ſponte; & libentes. 80.

In itinere moram nullam faciunt. quid opus? Si tamen alicubi quoſdam hærere contingat, (contingit aliquando:) quamuis non ſint tum in purgatorio loco, ſunt tamen in purgatorio igne. 81.

Vt ad vbi ſiue purgatorium locum perueniunt; ita inde diſcedunt: comitati, ſi non pluribus; certè ſuo ſemper proprio Angelo cuſtode. 82.

Quando purgantur? Non dum corpora adhuc inhabitant, quamuis iam ſint ipſa relicturi. Non poſt aliquot tempora aut temporis etiam breuiſſimum ſpatium. Mox à morte, poſt latam à Iudice ſententiam purgatio incipit. 83.

Omnibus propemodum temporibus purgatio hæc viguit, Omnibus inquam, quibus mortales hanc præſentem, cum mortali vita, commutare cœperunt. 84.

Viguit tempore legis Naturæ: ad duo propemodum millia annorum. Ad 2000. annorum, tempore legis Moyſis. Ad duo propemodum millia annorum, tempore legis Gratiæ. 85.

An etiam quando Chriſtus ad inferos deſcendit, & captiuam accepit Captiuitatem? Certè ſi purgandos animos ex pœnis eripuit omnes, Purgatorium reliquit, illudq; mox in redemptorum locum alios ſuſcepit. 86.

Vigebit autem non omni tempore. Neq; enim poſt diem Iudicij. Quod ſi dies illa inueniat quædam in Spiritibus purganda: illa ignis, qui conflagrationis dicitur, perfectè expiabit: & quidem æquali tempore quamuis purganda futura ſint inæqualia. 87.

Situs in purgandis Spiritibus fruſtra quæritur. quoniam ille corporum eſt, non Spirituum. Si quis, loci ſit, vbi purgantur, quæritur, iam ſuperius diximus viciniũ eſſe inferno. Sed quantus, qualiſq; locus? 88.

Vt magnus ſit admodum, neceſſe non eſt. quoniam non corporibus purgandis deſtinatus eſt, ſed ſpiritibus: quorum multitudo, quàm maxima, minimo loco & eſſe, & cum voluptate eſſe, & cum moleſtia eſſe poteſt. 89.

Vt ſit minimus vix eſt credibile; cùm portio quædam ſit inferni, qui paruus non eſt & inferno, poſt diem Iudicij, reſtituenda. 90.

Obſcurum

92. *Obſcurus verò admodum locus eſt. Nec mirum. quia in viſceribus terræ, quæ ſolis lumen radijs ſuis penetrare nequit.*

93. *Num illuſtratur infernali igne, quo abundat? Non illuſtratur. Lumen ille ignis non præbet, ſi quod præbet: non tantum, vt loco illuſtrando ſufficiat.*

94. *Nullo in hoc loco Dæmones. nulli damnati. nulli damnatorum, vel purgandorum hominum corpora. nulla animalia. nulli vermes: ſerpentes bufones. Ignis ibi & purgandæ animæ: præterea nihil.*

95. *Boni Angeli aliquando inueniuntur, non vt purgentur: mundiſſimi ſunt: ſed pro Spirituum purgandorum ſolatio & officio.*

96. *Habitus eadem, quæ Situs eſt ratio corporum eſt. fruſtra in Spiritibus quæritur. Si quis tamen Spiritibus ſuas veſtes, conuenientemq́; Habitum tribuere velit cum ſacris literis, inueniet non nudos, ſed egregiè veſtitos.*

97. *Et veſtitos veſtem nuptialem. Nec mirum. Iam ingreſſuri ad nuptias filij Dei, à quibus profectò, ſi hac deſtituti comparerent cum ignominia repellerentur.*

98. *Forte hanc veſtem, poſtquam bene purgati, induuntur? Non induuntur. Induuntur dum eandem ſibi comparant, dum communem hanc nobiſcum vitam agunt. purgati iam induuntur ſtolam gloriæ.*

99. *Et non igne purgatorio illa conſumitur? Non conſumitur, Perfectior acceſſione aliqua redditur. A næuis & maculis ſolùm, quas contraxit expurgatur, ſuoq́; nitori reſtituitur.*

100. *Charitas hæc veſtis eſt. quæ non ita in hac vita comparari dicitur, quaſi proprijs hominum viribus, aut etiam meritis habeatur: ſed quia non congeneratur. Quæ tamen meritis non habetur, meritis conſeruatur, illuſtrior redditur, incrementum ſumit, difficilius perditur.*

FINIS.

LIBER

LIBER PRIMVS, DE DIVINA, SIVE DEI, IN VETERI TESTAMENTO APPARITIONE ET LOCVTIONE Oculari ſeu Viſibili.

CAPVT I.

Explicatur, quid nomine diuinarum Apparitionum intelligatur, & de quibuſdam ſit præſens Diſputatio.

DIVINAS *Apparitiones*, hoc loco non omnes illas intelligimus, quæ vel Deo efficiente, præcipiente, aut permittente fiunt; vel etiam quibus diuinum aliquid propoſitum eſt, quod ad mortales peruenit: ſed in quibus Deus ſe rationali creaturæ, quodam ſingulari modo, exhibet. 1.

Multæ multarum rerum, Deo efficiente fiunt, & ad hominum notitiam perueniunt Apparitiones. Plures fiunt eodem *præcipiente*: & non ſolùm efficiente. Adhuc plures ipſo *permittente*. Et in his, quæ, ipſo aut efficiente, aut præcipiente, aut permittente fiunt, diuinum quid propoſitum poteſt eſſe, quod in hominum cedat commodum, vel detrimentum: has tamen pro Diuinis Apparitionibus non habemus. 2.

Diuinæ ab *obiecto* nomen habent. In harum genere illas reponimus, quibus non creaturas, ſed ſe ita mortalibus Deus exhibet, vt ipſis adeſſe, cum ipſis agere, & loqui & conuerſari, quodam ſingulari, & non vſitato modo, dici debeat. 3.

Singularis hic, & non vſitatus *modus*, illos excludit, quibus alioquin aut omnibus rebus, aut rationali creaturæ, ſolet adeſſe. Adeſt omnibus, cõmuni illa ratione, per eſſentiã, præſentiam, & potentiã. Adeſt rationali creaturæ modo altiori, nunc per gratiã, nunc per pœnã. Veruntamen his aut non Apparere dicendus eſt, aut non Apparere ea ratione, qua nos de Apparitionibus loquimur. 4.

Noſter modus poſtulat, vt præter quam nobis adſit per eſſentiam, præſentiam & potentiam, præterquam adſit per gratiã vel pœnam; etiam *forma*, aut *voce*, (quali quali tandẽ) præſentiam ſuã teſtetur; atq; in *ſenſus noſtros*, ſiue externos, ſiue internos incurrat, aut *intellectum* rationemq; occupet, & quaſi obſideat. 5.

Quocirca liberius hîc de Dei, ſiue Diuinis Apparitionibus loqui- 6.

 mur,

mur, quàm ca 3. Diſputationis noſtræ de Apparitionibus Spirituum. Multas hîc Dei Apparitiones admittimus, quas ibi excluſimus. Ibi illas tantùm admiſimus, in quibus ſub humana, & ferè externa ſpecie ſe Deus exhibuit: hîc plures complectemur; quemadmodum ſequenti Capite erit manifeſtum.

7. Deus verò, & in Noua, & in Veteri Lege Apparuit. Res omnium confeſsione eſt certiſsima. Nobis non omnes hæ vtriuſque Legis Apparitiones ſunt diſcutiendæ. Propoſitæ ſunt illę, quæ in Veteri Lege, ante Chriſtum incarnatum, olim acciderunt; quarum in plèriſque veteris Teſtamenti Libris fit mentio. Alias illas, quæ Gratiæ tempore contigerunt, melior, alias, dabitur occaſio diſcutiendi.

8. Et quas *Apparitiones* nunc dicimus, aliquando, in hac Diſputatione, vocamus *Relelationes*; aliquando etiam *Locutiones*; rerum parua admodum differentia. Nam, nunc Deo ſub externa forma apparet, & ſimul loquitur, atque mortalibus ſecreta ſua reuelat, & rurſus; nunc ſuam tantum ſpeciem exhibet, & loqui videtur nihil. aliquando etiam tantùm loquitur, & nulla ſe forma exhibet, aliquando arcana ſua reuelat, quando nec ſub aliqua ſpecie percipitur, nec loqui auditur.

CAPVT II.

Qua druplex diſtinguitur Apparitio Dei in veteri teſtamento: & ſimul oſtenditur quid inter ſingulas ſit diſcriminis.

1. QVADRVPLICEM Dei Apparitionem diſtinguere poſſumus. Primam dicemus, *Viſibilem* ſiue Ocularem, alteram *Vocalem* ſiue auricularem, tertiam *Imaginariam*, quartam *Intellectualem*. Diſtinctionem hanc ſuggerit doctiſsimus Toſtatus, Epiſcopus Abulenſis, pluribus locis, ſed præcipuè quæſt. 2. ſuper cap. 9. tertij Regum verba eius deſcribimus. *Multi,* inquit, *ſunt modi, quibus Deus hominibus Apparet. Vnus eſt; quod veniat aliquis Angelus Dei, ſumpta figura humana, & videatur atque loquatur. Sic apparuit Gedeoni, Iudic. 6. ſic etiam Manue, & vxori eius, Iudic. 13. Secundò apparet in ſola voce, vt cum ad vigilantem hominem vox aliqua mittitur, & nulla loquentis videtur effigies. Sic fuit Iſraelitis, quibus Deus locutus eſt, dando ipſis legem. Exod. 20. Deuteronom 5. Sic quoq; Moyſes audiebat vocem loquentis Dei ad ſe, de Propitiatorio. Num. 7. Sic apparuit etiam Samueli; cum ter Deus ipſum vocauit, ipſe, verò ſe ab Heli vocari æſtimauit, 1. Regum 3. Tertio modo apparet Deus hominibus per ſom-*

Digitized by Google

ſomnia. De hoc Num. 12. Si quis Propheta Domini eſt inter vos; aut viſione apparebo ei, aut per ſomnium loquar ad eum. Huc pertinent illa, dicitur, quod quibus dicitur, quod quibuſdam apparuit Deus per noctem: vt de Daniele Dan. 7. de Abimelech Rege Gerare, Geneſ. 20. de Iacob eunte in Ægyptum, Geneſ. 46. Quartus modus eſt per immutationem intellectus; vt quando Deus alicuius intellectum eleuat ad intelligendum ſuper naturaliter, quod alter non poterat intelligere. Hoc fit dupliciter, aliquando cum ecſtaſi vel raptu, ſicut fuit in B. Paulo 2. Corinth. 13. aliquando ſine ecſtaſi. & ſic fuit in Eliſæo. 4. Regum 3 & multis alijs prophetis. Hæc Toſtatus.

Itaque *Viſibilem* ſiue ocularem dicemus, non illam, qua Deus perſonaliter eſt præſens, ſeque per ſe immediatè exhibet, ſed qua perſona quædam, Angelus inquam, qui Dei perſonam ſuſtinet, ſe viuentiū oculis offert. *Vocalem*, qua nihil Dei videtur; ſed ipſius tantū vox percipitur. *Imaginarium*, qua ſe nunc vigilantibus, nunc etiam ſomno oppreſsis, per ſimulachra, quæ in phantaſia concipiuntur, inſinuat. *Intellectualem*, qua menti atque intellectui obicitur. 2.

Non inconueniens eſt hæc diuinæ Apparitionis diſtinctio. Finis, qui in Apparitione Deo propoſitus eſt, ipſam ſuggerit. Hic eſt, vt Deus innoteſcat & intelligatur. Pro diuerſitate igitur modorum, quibus Deus cognoſcitur, Apparitio eſt diſtinguenda. At *quatuor* modis Deus cognoſcitur; viſu, in Apparitione viſibili, auditu, in Vocali: imaginatione, in Imaginaria, intellectu, in intellectuali. 3.

Ex dictis prima, inter Apparitiones differentia petitur: illa ſcilicet, quam *vires & potentia*, quibus ipſæ perficiuntur, ſuppeditant. Nam prima eſt viſus: altera auditus: tertia imaginationis: quarta intellectus. Singulę ſuis potentijs reſpondent, quamuis non in ſuis ſingulæ potentijs ſubſiſtant: ſed quædam ex his ſe ad alias inſinuant. 4.

Atque hæc ſecunda eſt differentia. Quædam enim ipſarum *vna* tantùm potentia percipiuntur: quædam *pluribus*. Viſibilis & Vocalis non ſubſiſtunt in viſu, vel auditu: ab his tranſeunt ad imaginationem, & intellectum: quemadmodum pleraque, quæ ſub exteriores cadunt ſenſus, mox hinc in ſuis ſpeciebus & imaginibus tranſeunt ad phantaſiam, & intellectum. Sic Imaginaria ſe ſola non perficitur: ad Intellectualem quoque ipſa, tanquam perfectiorem, tendit, in eaq; ſuam ſortitur perfectionem. At intellectualis poteſt ſe ſola ſubſiſtere, & perfecta eſſe, abſque ſenſuum exteriorum, aut etiam imaginationis, cooperatione. 5.

R 2 Tertiam

6. Tertiam differentiam *eædem potentiæ*, quibus perficiuntur, ſuggerunt. Harum enim ratione contingit vnam alia eſſe præſtantiorem; pro dignitate, ſcilicet, potentiarum, à quibus ſortiuntur nomina. Nam nec ipſarum omnium æqualis dignitas. eo vnaquæque præſtantior eſt, quò à materia abſtractior. Quocirca cùm hîc auditum viſus; viſum imaginatio; imaginationem excedat intellectus; præſtantiſsima Apparitionum erit Intellectualis: poſt hanc Imaginaria: poſt Imaginariam viſibilis; vltimum locum habebit Vocalis. Vide S. Thomam. 22 q. 174 art. 2.

7. Differunt quartò *ſubiectorum amplitudine*. Ad plurimos ſe extendit illa Intellectualis; omnes, ſcilicet, rationales, & intellectuales creaturas; apud quas omnes aliæ illæ locum habere nequeunt. Imaginaria non ad tot ſe extenpit, cùm creaturarum intellectualium quædam ſint deſtituæ vi imaginandi. Veruntamen hæc pluribus conuenit, quā aut Viſibilis, aut Vocalis: quia imaginandi vi quidam valent, qui ſenſuum auditus & viſus ſubſidio deſtituuntur, in quibus ob id nec Viſibilis nec Vocalis Apparitio locum habent.

8. Differunt quintò *perfectione* rerum, quæ immediatè in his Apparitionibus percipiuntur. Multò præſtantiores ſunt illæ, quæ ab eleuatioribus potentijs ſuſcipiuntur. Quid mirum? Ex ſuſcipientium conditione æſtimantur quæ ab illis ſuſcipiuntur, quæ ab intellectu; res ſunt prorſus ſpiritales, ab omni materia abſtractæ; quæ à ſenſibus externis; corporeæ: quæ ab imaginatione; inter vtraſque quodam modo, mediæ Plures differentias in reliqua Diſputatione licebit obſeruare. Hæ modo ſufficiant.

DE APPARITIONE DEI *Viſibili ſiue Oculari.*

CAPVT. III.

Dari Dei Apparitionem Viſibilem; qua ſub externa forma apparuit, docetur multis SS. Scripturarum exemplis.

1. MVLTA ſunt, quæ de *Viſibili*, externaque Dei inuiſibilis. Apparitione diſputationem habent, & vtilem, & difficilem. Sed præcipua ad *tria* prima Capita reuocantur. Primò quæritur, *fuerintne* aliquæ inuiſibilis Dei Viſibiles Apparitiones, & quæ illæ. Deinde, quæ ipſarum *cauſa*. Denique, quæ *circumſtantiæ*.

Primum Caput difficultatem, quamuis non magnam, aliquam tamen habet. Nam ſub viſibili, & ſpectabili forma inuiſibilem Deum aliquando

aliquando apparuiſſe, nemo, mediocriter in ſacris Scripturis verſatus, negat: quando verò apparuerit, & viſus ſit, non ita facilè à quoquam docetur.

Abulenſis Epiſcopus, Toſtatus, in 3. Regum, cap. 9. à nobis, præcedenti Cap. citatus, *ſecundò* Deum ſic apparuiſſe aſſerit. primo Gedeoni, Iudicum 6. quem & fortiſsimum virum appellauit, & triſtitia graui oppreſſum, ſpe libertatis recuperandæ recreauit, deinde Manne, & vxori ipſius, parentibus Sampſonis, Iudic. 13. eoſque noua & inſigni prole beandos ſignificauit. 3.

Nos, in illa, De Apparitionibus Spirituum Diſputatione, alia *ſex* exempla protulimus. Nam primò, ſub ſpectabili ſpecie, apparuit omnium parenti Adamo; quando, poſt prænaricationem diuini præcepti, venit exacturus rationem tranſgreſsionis, Geneſ. 3. Secundò apparuit Noe: ipſi ſecreta cordis ſui expoſuit: modum conſtruendæ arcæ edocuit; & tandem inſtructam incluſit, Geneſ. 7. Apparuit tertiò, in ſpecie trium virorum, Abrahæ, ſedenti in conualle Mambre, cum eoque de extrema clade Sodomitis afferenda, aliiſque grauibus rebus locutus: Geneſ. 18. Quartò apud Sodomitas apparuit Loth, eundemque, vna cum filiabus, ab incendo eripuit, Geneſ. 19. Apparuit quintò Iacob: redeunti de Meſopotamia: & inſignes poſteris fecit promiſsiones, Geneſ. 32. Apparuit denique Moyſi; quando nebulam eſt ingreſſus: & populo à longe ſtante, atque montem fumantem conſpiciente, ipſe ſecretorum Die factus eſt conſcius. Exod. 20. 4.

Præter has Dei Apparitiones, *aliam* eiuſdem generis inſinuat Caietanus, in 4. Cap. Geneſ. ſcribens. Putat enim in ſpectabili forma viſum eſſe, quando obiurgaturus, ob patratum fratricidium, acceſsit Cain; dixitque futurum, vt *maledictus ſit ſuper terram, vagus item ac profugus.* Idem Caietanus teſte Pererio, in 12. cap. Geneſ. Deum in corporea ſpecie docet apparuiſſe Agar, ancillæ Abraham, Geneſ. 16. Sic eundem ſimili modo apparuiſſe Ioſue (5. ca.) teſtatur Euſebius lib. 1. Hiſtoriar. cap. 4. 5.

Forſitan & aliis quibuſdam viſus eſt Deus. In ſumma, Si quæ iam diximus, vera ſunt, de *vndecim* Dei viſibilibus Apparitionibus, quibus diuerſis hominibus apparuit, certi ſumus. Et primam dicemus factam primis parentibus: alteram eorum filio, Cain: tertiam Noe: quartam Agar ancillæ: quintam Abrahamo, ſextam Loth: ſeptimam Iacobo: octauam Moyſi: nonam Ioſue: decimam Gedeoni: parentibus Sampſonis vndecimam. Sunt qui dictis addunt duodecimam factam Nabuchodonoſor Regi, apud Danielem, cap. 3. verum quid 6.

Digitized by Google

de illa ſentiendũ ſit explicabitur Capite 25. præſentis Diſputationis.

7. Sed in dictis omnibus Apparitionibus, ſub *ſpectabili & viſibili forma*, Deus ſit viſus. Vtrum viſum eſſe *certò* affirmari debeat, dubium forſitan eſſe poteſt; præſertim cum illarum quædam in aliarum Appariti-onem numero reponendæ videantur. Quid in ſingulis rationi conſentaneum exiſtimemus, aperimus.

8. *Primam illam*, primis parentibus factam, in hoc Apparitionum genere reponendam eſſe credimus. Docet hoc li. 2. de Trinit. cap. 10. B. Auguſtinus. verba eius hæc ſunt. *In ſpecie hominis videtur Deus locutus cum Adam; cum vocem Dei ambulantis dicitur audiuiſſe in paradiſo. Quomodo enim*, inquit, *poſſit ad literam intelligi Dei ambulatio & locutio, niſi in ſpecie humana, non video.* In eadem ſententia videtur fuiſſe Irenæus, lib. 3. aduerſus Hæreſes, cap. 37 quando docet Adamum poſt præuaricationẽ vocatum eſſe ad Deum; & idcirco ſe abſcondiſſe, quod indignum ſe putauerit, qui veniret *in conſpectum* & colloquium Dei. In eadem Pererius, in verſum 8. tertij cap. Geneſ. dicit enim Deum Adamo *terribilem & formidabilem* ſe repreſentaſſe: item aduentum ſuum præſignificaſſe voce, id eſt, vt ipſe exponit, *ingenti terrificoq́; ſonitu & fragore*. Sed & textus hic nobis fauet. Nam & ambulaſſe Dominus auditus eſt; & ſonitum atque fragorem in ambulando excitaſſe: & tranſgreſſores ſuæ legis ſibi præſentari voluiſſe: & quæſtionem cum ijs inſtituiſſe: & excuſationes audiuiſſe; & poſt cogitationem cauſæ, iuſta in ipſos pœna, dicta ſententia, animaduertiſſe, &c.

9. Iiſdem propemodum argumentis, vt *ſecundam* Apparitionem ad hanc claſſem pertinere dicamus, inducimur. Nam & Toſtatus veriſimile cenſet Deum, in forma *viri*, Cain apparuiſſe: & Caietanus, vt diximus, exiſtimat eandem formam fuiſſe *ſenſibilem & externam*. Suadet quoque hoc oratio mutua; quæ inter Dominum & Cain interceſſit: & inprimis vox Cain; qua ſe conqueritur eijciendum à *facie* Dei. illud etiam; quod ibidem dicitur, Cain egreſſus à *facie* Domini, id eſt vt inter alias expoſitiones habet Pererius, à loco & terra, vbi Deus ſub *ſpectabili forma* humanæ naturæ, cum primis hominibus familiariter ſolet loqui.

10 Apparitionem *tertiam*, id eſt, Noe factam, Viſibilem fuiſſe iam dicta Pererij auctoritate inducti credimus. Nam & Noe inter primos *illos homines* fuit, cum quibus Deus ſub aſpectabili forma humanæ naturæ, eſt conuerſatus. Nec parum huc facit, quod cum Deo dicatur Noe *ambulaſſe*; ab eodem de arca conſtruenda inſtitutus: ab eodem in conſtructam arcam incluſus de foris.

11. In hoc quoque apparitionum genere Caietanus, vt diximus, recenſet

cenſet illam *Agar* factam. Quamuis enim Angelus ipſi apparuiſſe, & viſus eſſe dicatur, cap. 16. Angelum tamen Dei perſonam ſuſtinuiſſe exiſtimat Caietanus. Nec malè, quemadmodum verba Agar oſtendunt. Sic enim loquitur, cap. 16. *Vidi poſteriora videntis me. Propterea* (additur) *appellauit puteum illum: Puteum viuentis, & videntis me*. Eſſe enim *Viuentem & videntem* ſimpliciter & abſolutè dictum (notat hoc Pererius) vnius Dei ſunt propria. Ipſe ſolus ex ſe viuit, & vitam habet æternam, ipſe eſt cauſa, cur viuant, quæcunq; viuunt. Hinc illa in ſacris Scripturis, *Viuo ego* Ezech. c. 18. &, *Viuit Dominus*, 4. Reg. 2. &, *Apud te eſt fons vita* Pſal 35 &, *Ego ſum via, veritas & vita*, Ioan. 14. Similiter proprium Dei eſt *Videntem* eſſe; ſiue id abſolutè ſignificet eſſe ſcientem; cum ipſe ſciat omnia, non ſolum quæ ſunt, aut fuerunt, aut erunt: ſed & quęcunq; fieri poſſunt, aut etiam non poſſunt: ſiue illud, *videre Dei*, ſignificat miſericorditer reſpicere in periculis, in anguſtijs, in calamitatibus verſantes. Hunc enim diuinæ miſericordiæ reſpectum ſuper afflictos & calamitoſos homines, vt propriũ Dei, multis locis refert & prædicat diuina Scriptura.

Quod *Abrahamo* apparuerit ſub ſpectabili forma, nominatiuus *Viri* 12. ſignificat Idem, quod Abrahamus dicatur vidiſſe *viros*, ijs *pronus factus*, eos in *Domum recepiſſe; conuiuio recepiſſe, cum ijs profectus: ſermonem*, haud breuem, *miſcuiſſe*. Niſi fortè non Dei, ſed Angelorum quis hanc Apparitionem dicat; quod Apoſtolus, ad Hebreos ca. 13. hoſpitalitatẽ commendat ex eo, quòd Angeli ſint hoſpitio excepti, alludens ad hoc exemplum. At principium & finis capitis 18. *Deum* apparuiſſe apertè teſtatur: *Apparuit*, dicitur initio Capitis, *Abrahamo Dominus* (hebraicè Iehouah) *in conualle Mambre, ſedenti in oſtio tabernaculi ſui*, in ipſo feruore diei Finis verò eiuſdem capitis ſic habet: *Abijtq; Dominus* (hebraicè Iehouah) *poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham*. Id confirmat oratio Abrahami, perinde enim cum Angelo loquitur, ac ſi loqueretur cum Deo: *Non hoc eſt tuum*, inquit, *qui iudicas omnem terram*. Hanc ob rationem Euſebius li. 1. ca. 2. docet Deum eſſe, qui Abrahamo apparuit. De hac Apparitione vide pulchram diſputationem apud Iuſtinum, Dialogo, contra Thriphonem.

Eaſdem ob cauſas Aapparitionem *Loth* factam, putamus in viſi- 13. bilium eſſe numero. Nam & ille *viros* vidit & ille viros *pronus adorauit; in domum ſuam recepit: cum ijſdem ſermonem miſcuit: & ab ijſdem per manus apprehenſus extra Sodomam eſt eductus*. Quòd verò Dei perſonam ſuſtinuerint, primum inſinuat id, quòd ijdem illi fuerint, teſte Pererio, in ca. 18. Ge. qui hoſpitio ſunt excepti ab Abrahamo ſiquidem ab-

Abra-

Digitized by Google

Abrahamo egreſsii, mox deflexerunt ad Loth. Deinde, quod ſingulari numero, quamuis duo fuerint, illos alloquatur Loth; quo numero Abrahamum, in tribus Angelis vnum Deum agnouiſſe, docet S. Auguſtinus 16. de Ciuit. Dei, ca. 29. Tertiò denique, quod eodem capite *Dominus* ſit, qui dicitur deleturus ciuitatem; cum tamen *Angeli* dicant *Se* non poſſe delere ciuitatem, nec quicquam facere; donec Loth, Segor ingreſſus, ſaluet ſe & filias. Meminit & huius Apparitionis Clemens lib. 5. Conſtitut. Apoſt. cap. 2.

14. Iacobo Viſibilem Apparitionem factam eſſe ſacræ Scripturę verba haud obſcurè demonſtrant. In hunc enim modum illam deſcribunt. cap. 32. *Ecce vir luctabatur cum eo, vſq; manè Qui cùm videret, quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum fæmoris eius, & ſtatim emarcuit. Dixitq; ad eum: Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. Reſpondit. Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Ait ergo. Quod nomen eſt tibi. Reſpondit, Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis? Interrogauit eum Iacob. Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile. Et benedixit ei, in eodem loco; vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi Dominum, facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea, &c.* Hanc inter Viſibiles recenſet Leo, Epiſt. 13. ad Pulcheriam.

15. Viſibiliter, atque adeo ſub humana forma Deum *Moyſi* apparuiſſe in monte Sina; quando primum legem accepit, quidam ex eo colligunt, quod plus aliquid tributum ſit ipſi, quàm populo, qui Dei voces audiebat. Itaque cenſent Moyſen ad conſpectum Dei admiſſum fuiſſe, familiareſque cum ipſo habuiſſe ſermones. Hanc ſententiam nos in illa de Apparitionibus Spirituum Diſputatione ſecuti ſumus. Sed hæc ex ſacris literis colligi certò nequeunt. Quocirca alij, inter quos eſt Toſtatus, hanc, cuius Exod. 20. mentio fit, Apparitionem, ad ſecundum genus verbalium ſcilicet, referunt. Veruntamen Deus qui Moyſi ſe non exhibuit videndum, cùm primùm, pro legis tabulis, montem aſcendit: exhibuit, cùm aſcendit ſecundò, quemadmodũ alias cap. 23. huius Diſputat. ex ſententia Toſtati, contra Rabbi Cahadiagon, docebimus.

16. A *Ioſue Duce* Deum corporeis oculis viſum eſſe docet Euſebius, vt diximus Theſ. 5. Colligit id inde, quòd non aliter Ioſue, quàm Moyſi apparuerit in rubo; vbi Deum ſub externa ſpecie viſum eſſe credit Iuſtinus in Triphone. Sed aliæ ſunt in Ioſue hiſtoria pro hac re argumenta non parua Sic enim legimus. *Cum eſſet Ioſue in agro vrbis Iericho leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euaginatum tenentem gladium. perrexitq; ad eum, & ait: Noſter es, an aduerſariorum.*

Qui

Qui reſpondit: Nequaquam: ſed ſum Princeps exercitus Domini: & nunc venio. Cecidit Ioſue pronus in terram, & adorans, ait: Quid Dominus meus loquitur ad ſeruum ſuum. Solue, inquit, calceamentum tuum, locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt, fecitq; Ioſue, vt ſibi fuerat imperatum.

Apparitionem *Gedeoni*(Iudic 6.) factam inter Viſibiles omnino reponendam cenſemus. Magnum pro hoc argumentum præſtant, quæ in illa dicuntur. Diuinam eſſe quidam difficulter admittunt: mallentque Angelicam dici, quòd *Angeli* in ipſa fiat mentio: ſed qui prius Angelus Domini dicitur, (tex. 14) Dominus poſtea vocatur *Reſpondit* (dicitur text. 14.) *ad eum Dominus* (Hebraicè Iehouah) & *ait; Vade in hac fortitudine tua.* Et rurſus (text. 16.) *Dixitq; ei Dominus: Ego ero tecum.* Accedit, quòd pro Domino eundem agnouerit Gedeon; ſiquidem ſacrificium, quod non niſi Deo offertur, ipſi promittit. Sed nec ipſe Angelus ſacrificium recuſat, quin imò ad ſacrificium quod hortatur Gedeonem. Quid quod idem, ille hîc apparuiſſe Gedeoni dici poſſit, qui ipſi poſtea in ſomno viſus eſt, atque vt aram Baal euerteret, author fuit? At Dominus is fuit, ſic enim eodem capite, text. 25 legitur: *Nocte illa dixit ad eum Dominus: Tolle taurum patris tui,* & cætera. & paulò poſt, *fecit ſicut præcepit illi Dominus.* 17.

Difficilius in diuinarum Apparitionum numero ponitur *illa Manue*, & vxori ipſius (Iudic. 13.) facta. Quidquid propemodum in illa dicitur, ad ſolius Angeli officium videtur pertinere. Nec facilè intelligatur, quam ob cauſam inter *diuinas* referri debeat: niſi quis omnes Angelorum, quibus diuina voluntas innoteſcit, *diuinas Apparitiones* voluerit dicere. Sed tamen grauiſsima Toſtati authoritas contemni non debet facilè, præſertim in rebus, vbi citra ſalutis & fidei diſpendium licet ſentire, quod licere quis ſibi cum ratione perſuaſerit. Fortè pro Toſtato eſt, quod interrogatus Angelus de nomine, eodem modo reſponderit, quo in perſona Dei alius reſpondit Patriarchæ Iacob: *Cur*, inquiens, *quæris nomen meum, quod eſt mirabile.* Fortè & illud; quòd cùm Angelus diſparuiſſet, dixerit Manue vxori, *Morte moriemur, quia vidimus Dominum.* Fortè & reſponſio vxoris: *Si Dominus nos vellet occidere de manibus noſtris holocauſtum non ſuſcepiſſet.* 18.

Facilius inter Diuinas admittitur (Iudicum 2.) populo Iſraelitico exhibita. Nam quòd Dei perſonam ſuſtineat Angelus ibidem, ipſius oratio probat. Beneficia, quæ commemorat, ſæpius à Deo dicuntur collata. Pactum, cuius meminit, pactum fuit ipſius Dei, quod cum Iſraele inijt. Sed orationem audiamus. *Aſcendit* (habet ſcriptura) 19.

Digitized by Google

Angelus Domini de Galgala, ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram, pro qua iuraui Patribus veſtris: & pollicitus ſum, vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum, in ſempiternum: ita duntaxat, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum ſubuerteretis. Et noluiſtis audire vocem meam, &c. Cui hæc melius, quàm Deo, oratio conuenit? In numero igitur Diuinarum, & quidem Viſibilium Apparitionum, hanc ponerem. Verùm quoniam nullius hîc auctoritate fulcior, ad ſecundam claſſem Vocalium refero: quòd credi poſſit hîc Angelum, non ſub viſibili forma apparuiſſe, ſed ex nube, aut cælo loqui auditum.

20. Atque his, vt putamus, Deus ſub externa forma viſus eſt. An verò his *ſemel* tantùm? an etiam *ſæpius*? Exiſtimamus ſi non pluribus, aliquibus ſæpius apparuiſſe. Nam primo parenti etiam ante diuini præcepti præuaricationem exhibitus eſt; tum, ſcilicet, quando eundem Deus *tulit*, & poſuit in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum. Scio duobus modis illud *tuliſſe* poſſe exponi: vno, vt Deus interiori monitu docuerit, quò eſſet eundum Adamo, quemadmodum in deſertum à Spiritu ductus eſt Dominus noſter: altero, vt quemadmodum Enoch, Abacuc, & Philippus abrepti ſunt à ſpiritu Dei, & in remota loca delati, ita Adamus ex loco vbi creatus erat, in paradiſum, ſpiritu Dei, ſit tranſlatus: hæc ſcio. Sed tamen, præter hos duos modos, tertius eſt, vt ſub *forma viſibili* Deus Adamum per manum apprehenderit, & velut Raphael Tobiam, ipſum in paradiſum duxerit. Hunc modum libentius complectimur: quòd B. Auguſtinus illum magis probet, quemadmodum ſuorum Commentariorum in Geneſim, Tom. 1. notat Pererius. Præterea Abrahamo ſub ſpectabili forma ſæpius apparuiſſe Deum docet Nicephorus, lib. 1. cap. 3. & Euſebius lib. 1. cap. 3. Et ſub hoc eundem viſum eſſe Moyſi in rubo credit Iuſtinus in Triphone. Viſum quoque in diuerſorio, Exod. 4. non ſine magnis argumentis creditur. Neque enim illa Domini apparitio in ſomnis eſt facta. Res ipſa hoc teſtatur. Neque fuit vocalis: quia nulla vox audita. Fuit igitur viſibilis. Atque hoc confirmat, quòd mox viſo Domino terribili atque ad occidendum parato, vxor Moyſis petram acutiſſimam arripuerit, filiumque circumciderit.

NOTA

Digitized by Google

NOTATIO.

DE CAVSIS VISIBILIVM DEI APPARItionum,quænam inquirendæ,in hac Diſputatione,& quòd initium inſtituendum à forma.

PRimum caput præſentis diſputationis abſoluimus. Oſtendimus inuiſibilem Deum ſub viſibili ſpecie hominibus aliquando apparuiſſe. Sequitur, vt Apparitionis Cauſas inueſtigemus: non illas ſolùm, quæ in re, quæ apparet exiſtunt: verùm etiam extra ipſam ſunt conſtitutæ: Cauſas, inquam, formalem, materialem, efficientem & finalem: quarum hæ duæ poſteriores ſunt externæ, priores duæ internæ. A forma facimus initium.

CAPVT. IIII.

An in Viſibilibus Dei Apparitionibus, ipſe olim in Veteri Lege ſub humana, an aliqua alia forma ſit viſus.

FORMAM hoc loco vocamus, ſpeciē, qua Deus in viuentium oculos incurrit; qua apparet & conſpicitur. Qualis hæc in viſibili corpore inuiſibilis Dei fuerit, de *triplici* poteſt eſſe controuerſia: forma, ſcilicet, quarundam rerum inanimatarum; animalium quorundam brutorum; & hominum, ſiue humana. Et fortè pro ſingulis eſt ratio. Pro *humana* multæ Scripturæ loca, quibus diuinas has apparitiones probamus: quæ, pro humana, multa præbent & magna argumenta Pro *brutorum forma*, etiam quædam Scripturæ videntur ſeruire; illæ, ſcilicet, quæ Deum nūc vrſum, nūc leonem vocant; nunc aliorum animalium nominibus indigitāt. Pro *rei inanimatæ* pictura, quæ apud Aegyptios circumlata fuit; qua Deum exprimunt ſceptro, in cuius ſuprema parte oculus reſidet. de quo Cyrillus lib. 9. contra Iulianum: & poſt Cyrillum Ioan. Molanus de picturis cap. 3. 1.

Veruntamen *ſub nulla rei inanimatæ forma Deus vnquam apparuit*. Neq; enim res inanimæ Deo ita commodè ſeruire potuerunt, quemadmodum animatæ. Neque diuinam Maieſtatem decebat, vt ſub his ſe exhiberet. Erroris quoque cauſam facilè mortales habuiſſent; ſi diuinū numen in rebus inſenſibilibus latere obſeruaſſent. 2.

Nec

Angelus Domini de Galgala, ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram, pro qua iuraui Patribus veſtris: & pollicitus ſum, vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum, in ſempiternum: ita duntaxat, vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorum ſubuerteretis. Et noluiſtis audire vocem meam, &c. Cui hæc melius, quàm Deo, oratio conuenit? In numero igitur Diuinarum, & quidem Viſibilium Apparitionum, hanc ponerem. Verùm quoniam nullius hîc auctoritate fulcior, ad ſecundam claſſem Vocalium refero: quòd credi poſsit hîc Angelum, non ſub viſibili forma apparuiſſe, ſed ex nube, aut cælo loqui auditum.

20. Atque his, vt putamus, Deus ſub externa forma viſus eſt. An verò his *ſemel* tantùm? an etiam *ſæpius*? Exiſtimamus ſi non pluribus, aliquibus ſæpius apparuiſſe. Nam primo parenti etiam ante diuini præcepti præuaricationem exhibitus eſt; tum, ſcilicet, quando eundem Deus *tulit*, & poſuit in paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum. Scio duobus modis illud *tuliſſe* poſſe exponi: vno, vt Deus interiori monitu docuerit, quò eſſet eundum Adamo, quemadmodum in deſertum à Spiritu ductus eſt Dominus noſter: altero, vt quemadmodum Enoch, Abacuc, & Philippus abrepti ſunt à ſpiritu Dei, & in remota loca delati, ita Adamus ex loco vbi creatus erat, in paradiſum, ſpiritu Dei, ſit tranſlatus: hæc ſcio. Sed tamen, præter hos duos modos, tertius eſt, vt ſub *forma viſibili* Deus Adamum per manum apprehenderit, & velut Raphael Tobiam, ipſum in paradiſum duxerit. Hunc modum libentius complectimur: quòd B. Auguſtinus illum magis probet, quemadmodum ſuorum Commentariorum in Geneſim, Tom. 1. notat Pererius. Præterea Abrahamo ſub ſpectabili forma ſæpius apparuiſſe Deum docet Nicephorus, lib. 1. cap. 3. & Euſebius lib. 1. cap. 3. Et ſub hoc eundem viſum eſſe Moyſi in rubo credit Iuſtinus in Triphone. Viſum quoque in diuerſorio, Exod. 4. non ſine magnis argumentis creditur. Neque enim illa Domini apparitio in ſomnis eſt facta. Res ipſa hoc teſtatur. Neque fuit vocalis: quia nulla vox audita. Fuit igitur viſibilis. Atque hoc confirmat, quòd mox viſo Domino terribili atque ad occidendum parato, vxor Moyſis petram acutiſsimam arripuerit, filiumque circumciderit.

NOTA

NOTATIO.

DE CAVSIS VISIBILIVM DEI APPARItionum, quænam inquirendæ, in hac Diſputatione, & quòd initium inſtituendum à forma.

PRimum caput præſentis diſputationis abſoluimus. Oſtendimus inuiſibilem Deum ſub viſibili ſpecie hominibus aliquando apparuiſſe. Sequitur, vt Apparitionis Cauſas inueſtigemus: non illas ſolùm, quæ in re, quæ apparet exiſtunt: verùm etiam extra ipſam ſunt conſtitutæ: Cauſas, inquam, formalem, materialem, efficientem & finalem: quarum hæ duæ poſteriores ſunt externæ, priores duæ internæ. A forma facimus initium.

CAPVT. IIII.

An in Viſibilibus Dei Apparitionibus, ipſe olim in Veteri Lege ſub humana, an aliqua alia forma ſit viſus.

FORMAM hoc loco vocamus, ſpeciẽ, qua Deus in viuenti- 1.
um oculos incurrit; qua apparet & conſpicitur. Qualis hæc in viſibili corpore inuiſibilis Dei fuerit, de *triplici* poteſt eſſe controuerſia: forma, ſcilicet, quarundam rerum inanimatarum; animalium quorundam brutorum; & hominum, ſiue humana. Et fortè pro ſingulis eſt ratio. Pro *humana* multæ Scripturæ loca, quibus diuinas has apparitiones probamus: quæ, pro humana, multa præbent & magna argumenta. Pro *brutorum forma*, etiam quædam Scripturæ videntur ſeruire; illæ, ſcilicet, quæ Deum nũc vrſum, nũc leonem vocant; nunc aliorum animalium nominibus indigitãt. Pro *rei inanimatæ* pictura, quæ apud Aegyptios circumlata fuit; qua Deum exprimunt ſceptro, in cuius ſuprema parte oculus reſidet. de quo Cyrillus lib. 9. contra Iulianum: & poſt Cyrillum Ioan. Molanus de picturis cap. 3.

Veruntamen *ſub nulla rei inanimatæ forma Deus vnquam apparuit.* Neq; 2.
enim res inanimæ Deo ita commodè ſeruire potuerunt, quemadmodum animatæ. Neque diuinam Maieſtatem decebat, vt ſub his ſe exhiberet. Erroris quoque cauſam facilè mortales habuiſſent; ſi diuinũ numen in rebus inſenſibilibus latere obſeruaſſent.

Nec

Digitized by Google

3. Nec hîc quidquam aut debet, aut poteſt probare Aegyptiorum figura. Non illa ex ſimili Dei Apparitione profecta eſt; quemadmodum pleræque apud Chriſtianos. ſigno quodam inſinuârunt Aegyptij, quæ vis Deo inſit, quáue poteſtate diuinum numen ſit præditum; intelligendi videlicet quod in apice *oculus* demonſtrat: & gubernandi, quod *ſceptrum* indicat. In Deo ſiquidem ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ. Deus vniuerſum mundum gubernat. Quanquam & per ſceptrum ſtans detur intelligi, quod diuina natura nullo modo poſsit labefactari, ſed ſemper ſtet, omnia ſuſtineat, omnia firmet.

4. Similiter *ſub nullis brutorum animantium formis ſe Deus mortalium oculis ſubiecit*. Quas negamus in Angelos cadere debere; Deo tribuemus? In pœnam peccati illæ Dæmonibus tribuuntur; Deum, qui peccatũ deteſtatur, eiuſque vindex eſt, concedemus? Et quo, quæſo, loco vnquam Deus, ſub cuiuſcunque etiam, animantis bruti forma conſpectus eſt?

5. Brutorum animantiũ quandoq; ipſi nomina tribuuntur? Quid mirum? Tribuuntur & rerũ inanimatarum: vitis, ſcilicet, ſolis, petræ, & ſimiliũ: verùm tribuuntur; non quia ſub ſimilibus ſe exhibuit hominibus; ſed quia horum animantiũ proprietates quaſi exprimit & demonſtrat: Leonis atq; vrſi feritatem, erga reprobos & diſcolos; agni manſuetudinem, erga eos, qui ad cor redeunt, erratorumq́; veniam ſupplices precantur.

6. *Vna humana forma eſt, qua Deus ſe ſpectandum exhibuit*. Inſpiciamus quotquot recenſuimus ſuperiori cap. Apparitiones, quod dicimus haud obſcuris argumentis demonſtrant: aliæ quidem, quòd *virorum* meminerunt; aliæ, quòd *Angelorum*; aliæ, quòd *actionum*, quæ nonniſi hominibus conuenire poſſunt.

7. Et humana forma à Deo non malè eſt aſſumpta. Nã & iuſtius hæc Deo conueniebat: & melius officijs, quæ in his Apparitionibus propoſita erant, deſeruiebat, & ad ingenium homini, quibus Deus apparebat, magis erat accommodata. Fuit quoq; hæc præclarus index grauiſsimi Chriſtianæ Religionis Myſterij, quod in filij Dei incarnatione perficiendum erat.

8. Deus entium omnium eſt perfectiſsimum, præſtantiſsimumque. *Quis ſimilis mei?* inquit ipſe apud Prophetam Iſaiam, cap. 44. Ieremias verò de eodem: *Non, inquit, eſt ſimilis tui Domine. Magnus es tu: & magnũ nomen tuum in fortitudine: &c.* Conueniat igitur; vt, ſi qua ſe vellet, optima præſtantiſsimaq; forma mortalibus inſinuaret: ne aut non perfectiſsimus haberetur; aut perfectiſsimam formam videretur non poſſe aſſumere. At inter omnes, quæ ſub aſpectum cadunt, nulla eſt, quæ humanam ſuperet, de qua ob id Poeta.

Pronaq;

Pronaq́, cùm ſpectent animalia cætera terram,
Os homini ſublime dedit, cælumq́ue tueri
Iuſſit, & erectos ad ſydera tollere vultus.

Rurſus nouum non eſt Deum paſsim, quibus poteſt argumentis, ſuum erga homines amorem demonſtrare: viciſsim quoq; hominũ erga ſe amorem excitare. At ſimilitudo, amoris maximè eſt conciliatrix. *Omne animal,* inquit ille (Eccl. 13.) *diligit ſibi ſimile.* Par igitur erat, vt ſub humana forma appareret: vt hinc quoque intelligerent homines, ſe diligi à Deo: & Deum viciſsim à ſe diligendum eſſe. 9.

Poſuit quoq; hîc Deus attendiſſe; quòd homines, in prima ſui conditione, ad ſuam imaginem & ſimilitudinem formarit. *Faciamus,* dixerat, *hominem ad Imaginem & ſimilitudinem noſtram.* Huius verò ipſos frequentẽ oportere habere memoriam, partim illud *faciamus,* pluraliter probatũ (quod rariſsimũ eſt apud Deum) demonſtrat, partim, quòd toties, primo Moyſis libro, homo ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus dicitur. Quid verò, ſi alia, quã humana, forma Deus ſe exhibuiſſet? nonne de ſimilitudine & imagine, in ſe relicta, dubitare homines potuiſſent? Quamuis enim de externa ibi Deus locutus non ſit, ſed interna; quia tamen illa huius eſt quaſi index; de interna dubitâſſent, quando externam, quamuis peregrinam, non ſimilem; ſed diſsimilem obſeruâſſent. 10.

Functionibus etiam atque officijs, quæ in his Apparitionibus Deo erant propoſita, humana aptiſsimè ſeruit. Quid ita? Quia hominibus apparebat Deus, vt cum ipſis conuerſaretur; ſua ipſis conſilia explicaret; de diuinis rebus inſtrueret: afflictos conſolaretur, deiectos erigeret, &c. quæ his officijs forma magis deſeruit: quam illius creaturæ, quæ ſola rationis eſt particeps? quæ ſola conſolationẽ admittit? ſola in viam alios ab errore poteſt reuocare? futura intelligere? Et quæ præter humanam, eſt hîc alia? 11.

Præterea hominibus etiã, quibus Deus ſe exhibet, prodeſt, quod humanã formam aſſumat. Primùm hinc colligũt corpus ſuũ, formamq́; exteriorem, non Dæmonum ſiue immundorum Spirituũ eſſe opus, quemadmodũ malè docuerunt impij Manichæi; ſed Dei Opt. Max. quod conſtanter confitentur Catholici. Huius inquam, Formæ humanæ admonentur aſſumptione: cùm meritò credere poſsint & debeât Deum Dæmonũ opera in arduis magnis, diuinis & negotijs, qualia in his Apparitionibus perficiuntur, vti nequaquam velle. 12.

Deinde, agnoſcunt dignitatem formæ; quam à Deo Opt. Max. in prima ſui conditione, ſunt conſecuti. Neque enim illam paruo loco habere poſſunt, quam aſſumere aliquãdo dignatur, & prudentiſsimus & potentiſsimus rerum omnium, quæcunque ſunt, erunt, fuerunt, 13.

artifex, quibuſcunque alijs quarumcunque rerum relictis.

14. Hinc iam diuinæ bonitatis miſericordiam erga ſe, clementiamq; intelligunt, & gratiarum actionis identidem admonentur. Illam intelligunt; quando tanto ſe beneficio, diuinitus, obſeruant cumulatos eſſe: huius admonentur; quia beneficiorum illa conditio, vt eorum memores continuò excitent ad grati animi ſignificationem teſtandam.

15. Cognoſcunt quoque ex hac humanæ formæ à Deo aſſumptione quid de Ipſo ſentire debeant. Quemadmodum ſuſpenſa hedera ſymbolum eſt venalis vini: ita in aſſumptæ humanæ formæ membris datur intelligi, quibus Deus inſtructus ſit. Oculi ſcientiæ ipſius, quodque omnia inſpiciat, argumentum ſunt. Os, quòd cogitationes ſuas, atque conſilia alijs poſsit communicare. Manus, quòd ipſi vires non deſint. Pedes; quòd virtute polleat ſe mouendi, nec vni loco ſit affixus, &c.

16. Denique, à Deo alienum non eſt, quòd quæ ſequentibus temporibus eſt perfecturus, præcedentibus ſæculis, quibuſdam quaſi figuris, & vmbris inſinuet. Hoc in noſtris Sacramentis, illa, quæ in Veteri lege recepta erant, probant omnia. At magnum opus, arduum opus, diuinum opus, in fine ſeculorum perfecturus erat. Daturus erat Filium; qui, quam nos circumferimus, aſſumpturus erat carnem, habitu & forma, vt homo inter homines erat conuerſaturus. An non conueniebat, vt huius tanti Myſterij vmbra aliqua atque figura præiret? Quæ verò hîc magis ſeruire potuit; quàm vt Deus hominem ſimularet aliquando, quem olim reuera in vnitatem hypoſtaſis eſſet aſſumpturus? Ad hanc rationem alludit aliquando S. Auguſtinus. *Ipſe*, inquit, *Filius, qui eſt verbum Dei, non ſolùm nouiſsimis temporibus, cùm in carne apparere dignatus eſt; ſed etiam prius à conſtitutione mundi, cui voluit de Patre annuntiauit: ſiue loquendo, ſiue apparendo, vel per angelicam aliquam poteſtatē, vel per quamlibet creaturam.* Ita S. Auguſtinus ad Amantium, Manichæi diſcipulum, cap. 9. Apertius hanc rationem indicat Leo, Epiſt. 13. ad Pulcheriam Imperatricem: *Illa*, inquit, *formæ magis huius hominis erant indices, cuius veritatem ex præcedentibus Patrum ſtirpe ſumendam ſignificationes myſticæ nuntiabant.*

CAPVT V.

Sub quo ſexu Deus olim apparuerit, quando ſub externa humanaq; forma eſt viſus: & cur potius hunc, quàm illum, elegerit.

1. VARIA ſunt diſcrimina in humana forma. Et hæc, in hac Viſibili Dei inuiſibilis Apparitione, diſcutienda ſunt. Nec,

vt ſpero, temere aut otioſè: quia plærorumque etiam meminerunt Sacræ literæ. Diſcrimina hæc vel ad ſexum pertinent: vel ad ætatem: vel ad formæ dignitatem & ſplendorem: vel ad illa, quæ formam extrinſecus afficiunt. In ſexu quæritur; vtrũ apparuerit in virili, an fœmineo. In ætate; vtrum in puerili, an adulta, an ſenio confecta. In formæ dignitate; an venuſta, an obſcura. In ijs, quæ formam afficiunt; an ſine veſtibus, an veſtitus; & quo, qualiúe habitu. Hoc capite *ſexum* diſcernemus.

Certum hîc eſt, *Deum ſub virili ſexu aliquando viſum eſſe*. Clara ſunt pro hoc diuina Scripturarum oracula. Quando Abrahamo, ſedenti in conualle Mambre, apparuit, dicuntur tres *viri* fuiſſe; qui Deum exhibuerunt. Geneſ. 18. Hanc præcipuam inter omnes Apparitiones, & Sanctiſsimæ indiuiduæque Trinitatis teſtatricem cenſet Caietanus. Iidem *viri* fuerunt, qui ab Abrahamo egreſſi, in perſona Dei, hoſpitio recepti ſunt à Loth, Geneſ. 19. Sic *vir* dicitur, qui luctabatur cum Iacob, in ſeptima Apparitione, Geneſ. 32. Et *vir*, qui apparuit parentibus Sampſonis, Iudicum 13. Et *vir*, qui contra Ioſue ſtetit, Ioſ. 5. Et, ſi Toſtato credimus, ſub *viri* ſpecie ſe Deus obtulit Cain; quando, poſt patratum fratricidium, ipſum reprehendit, Geneſis 4. 2.

In Apparitionibus alijs, quamuis *Viri* nomen non exprimitur; ſexus tamen virilis haud obſcurè inſinuatur, compellatione *Angeli*. In omnibus, quibus Deum apparuiſſe, ſuperius, cap. 2. docuimus, *Angelorum* fit mentio; ſi tres dempſeris: primam illam, qua ſe primis parentibus exhibuit, Geneſ. 3. alteram, qua apparuit Cain, Geneſ. 4. tertiam, in qua cum Noe egit, Geneſ. 6. Sed *Angelos*, quemadmodum non alia, quàm virili, forma pingunt pictores: ita nec alia apparuiſſe cuiquam, quod ſciam, venit in mentem. Iam verò Dei Apparitiones, per *Angelos*, quemadmodum poſtea cap. 24. dicturi ſumus, exhibitæ ſunt & perfectæ: ſub virili igitur ſpecie, & forma exhibitæ. Atque hoc extra controuerſiam eſt. 3.

Sed, vtrum qui *aliquando* ſub ſexu virili certò deprehenſus eſt, *ſemper* ſub virili Deus apparuit? Hoc forſitan dubitationem habet. Quãuis enim in recenſitis à nobis Apparitionibus, ſub *viri* ſpecie, vel forma *Angelorum* apparuiſſe probatum ſit; non tamen ſimpliciter abſoluteque probatum eſt, ſub virili ſemper apparuiſſe: propterea, quòd præter illas, quas nos recenſuimus, aliæ potuerunt fuiſſe Dei Apparitiones, de quibus dubium eſt, Vtrum *virili*, an *fœminea* ſpecie Deum exhibuerint. 4.

Dein-

Digitized by Google

5. Deinde, neque ſatis firma videntur eſſe præſidia, quibus *Aſſertionem* noſtram aſtruximus. Docuimus *Viri* nomine in ijs Dominum indigitari, atque *Angelum* vocari, quæ ſexum prodant. At, inter recenſitas à nobis Apparitiones, ſunt, in quibus nec *viri* nomen inuenitur, nec *Angeli*: vt prima, ſecũda, & tertia: Dei nihilominus in his fit mẽtio: quid ſi hîc non maſculinum; ſed fœmineum genus retulit Deus.

6. Accedit, quòd nec ſatis firmum appareat, quod ab *Angelis* ſumitur argumentum. Hi ſub *fœminea* forma poſſunt pingi, quia ſub eadem poſſunt ſculpi. Quid ſi ſculptas proferamus? Profert Benedictus Arrias in lib. de Sacris Fabricis: vbi explicans Propitiatorium; cùm ad duo Cherubin venit, qui ſedentem in Tabernaculo Dominum excipiebant, ſic loquitur: *Erant autem maris & fœminæ ſpecie varij. cætera omnino ſibi æquales, inuicemq́; ſibi ſimiles, ſeſeq́; mutuo aſpicientes.*

7. Quid, quòd nec ſatis magnum argumentum ſuggerit nomen *Viri*. Neque enim *vir* ſemper ſexum ſignificat pro homine, qui fœminam non excludit, accipitur in Sacris literis, non rarò. quemadmodum Pſalm. 1, *Beatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum.* & Pſal. 111. *Beatus vir, qui timet Dominum, in mandatis eius volet nimis.* & Eccleſ. 14. *Beatus vir, qui in ſapientia morabitur.* Et ad Eph. 4. *donec occurramus omnes in virum perfectum.* Et Holofernes quoque fœminas intelligit, quando Iudith ſic allocutus eſt Ca. 11. *Noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui Viro, quid voluit ſeruire* Nabuchodonoſor.

8. Denique, cùm perſonarum acceptor Deus non ſit, Actuum cap. 10. Cùm æqualis ſit ei cura de omnibus, Eccleſ. 41. Cùm tam fœminam creârit, quàm maſculum. Gen. 2. nomine qui *viri* ſpecie ſe exhibuit; & hoc ipſo virilem ſexum commendauit; etiam, ſi non ſemper, aliquando ſaltem, ſub *fœminea* debuit comparere; ne hic ſexus à Deo cõtemptus videretur.

9. Sed tamen quemadmodum demonſtrauimus Deum *aliquando* ſub virili forma apparuiſſe; ita, quamdiu alijs rationibus non perſuadebimur, *ſemper* ſub virili; & *nunquam* ſub fœminea apparuiſſe dicemus. Nihil nos mouent, quæ in contrarium afferantur argumenta.

10. Non negamus potuiſſe alias Dei extitiſſe Apparitiones: ſed vtrum quoque alia extiterint, præter illas, à nobis recenſitas, dubitamus. Extiterint quoq; aliæ ſed & omnibus vnà producatur, qua Deus ſexum *fœmineum* ſimulârit. Excogitentur etiam aliæ; quales quales eſſe poſſint, qua tandem conueniſſe, vt ſub fœminea forma Deus exhiberetur, dici debet?

11. Fatentur quoque, inter noſtras, quas ſecundo Cap. recenſuimus, quaſdam eſſe, in quibus neque *Viri*, neque *Angeli* nomen ſexum prodit: ſed

Digitized by Google

Sed quia illæ paucæ ſunt; (tres tantùm) ex alijs (quæ numero ſuperant) de his iudicium ferendum eſt, vt taceatur in dictis tribus pro nobis eſſe grauiſſimorum virorum ſententiam; qui in his ſub *viri* ſpecie Deum ſe exhibuiſſe affirmant: taceatur genus grammaticum hic nobis patrocinari; Maſculini generis Deus eſt, abſolutè, ſine articulo ſumptus: & quidem apud omnes gentes, Hebræos, Græcos, Latinos, Germanos, Gallos, Italos, Hiſpanos, & cætera. Maſculum igitur, non fœminam referet Deus, mortalium conſpectui oblatus. 12.

Quod de *Angelis* argumentum produximus, cur ſatis firmum non ſit, nondum videmus. Producitur alter Cherub, pictus & fictus ſpecie fœminęab Arria. ſed, vtrum benè? Certè (Exo. 25.) vbi exacta forma propitiatorij futuri deſignatur: Ex. 37.) vbi iam perfectum idē deſcribitur: alijs item locis ſcripturæ, duorum Cherubin, qui extendant alas, & Propitiatorium tegant, ſeque mutuo reſpiciant, fit mentio: quod *maris & fœminæ* ſpecie differant, nequaquam. Toſtatus verò diſertis verbis vtrumque *virilem* formam retuliſſe fatetur. Sed de hoc nos plura in ſequentibus. 13.

Similiter ſuū robur putamus obtinere illud aliud, quod ex *Viri* nomine petiuimus. Eſto. *Viri* nomē vtrumque genus aliquando complectatur: & promiſcuè hominem ſignificet, qui & vir eſſe poſsit & mulier: at plerumque ſexus nomen eſſe nemo negauerit. Et quidem ijs locis, quæ nos produximus, ſexū ſignificare non dubitabit, qui meminiſſe voluerit ſexum ſignificare, quoties in rerū geſtarū (quæ particularium ſunt) hiſtoria ponitur. Quod verò apud Prophetas aliquando, aut hagiographos, vt vocamus, Scriptores, qui vniuerſales plerunque continent propoſitiones, non ſexum, ſed hominem ſignificet, mirum videri non debet, nec aſſertionem noſtram infringit.

Ad illud de perſonarum Acceptione facilè reſponderet, qui nūper edito libello (neſcio an ingenij oſtentandi cauſa) docuit mulieres ad humanū genus non pertinere. Nos homines eſſe dicimus & docemus: nec à viris, niſi accidente; differre. Sed tamen perſonarum acceptor Deus dicendus non eſt, quando viri, non fœminæ formam, in hac Viſibili Apparitione aſſumit: quia fœminæ hîc nullam iniuriam facit: quamuis viro faciat gratiam. Acceptio enim perſonarum, ſine iniuria eius perſonæ, quæ relinquitur, accidit nunquam. An forſitan etiam perſonarum acceptorem Chriſtum Dominum dicemus, quando virilem non fœmineam formam, in aſſumptione noſtræ naturæ elegit? 14.

T Maneat

15. Maneat igitur Deum ſub virili tantùm ſpecie eſſe viſum. Verùm cur hanc potiùs, quàm illam aſſumpſit? Nunquid & *fœmineam* potuit aſſumere? Potuit quàm maximè. Qui potuit neutram aſſumere; potuit ex vtraque, quam vellet. Quidni igitur aſſumpſit? Quia vt hanc, nō illam aſſumeret, rationes habere potuit. Quas illas? Sequentes; ſi conijcere licet.

16. Prima eſt, quòd quicunque Deum concipiunt; ſub *Viri*, non fœmineæ, ſpecie concipiant. Quocirca ſi ſub fœminea aliquando appareret, difficulter ſibi mortales perſuaſiſſent Deum eſſe præſentem: difficulter etiam ijs, quæ ab ipſo dicerentur, fidem adhibuiſſent; quam tamen vt eius dictis adhiberent, maximè in his Viſibilibus Apparitionibus, erat neceſſarium.

17. Altera eſt, quòd perfectiora Deo tribuenda eſſe cenſeant omnes. Quocirca & ipſe, niſi grauiſsimæ contrarium perſuadeant rationes, perfectiora ſolet aſſumere. At quemadmodum *viri* multis modis fœminis; ita virilis forma multis modis fœminea præſtat. Hanc igitur relinquet: illam aſſumet; ſi quando ratio, vt alterutra illarum aſſumatur, poſtulat.

18. Tertia ſit, quòd virilis magis ſeruire videatur functionibus, quas Deus ſub ſpectabili forma apud mortales exercet. Exercet varias, quemadmodum allata à nobis, ſecundo capite, exempla demonſtrāt. Verùm exerceat quales, quales velit: exercuerit quales, quales velit: *fœminea* aut ſeruire non potuit; aut non ita commodè potuit ſeruire: ſeruiuit verò commodiſsimè virilis.

19. Accedit his quarta, quòd quemadmodum corpora, ſub quibus Deus apparere dicitur, opera ſunt Angelorum; ita & corporum formæ atque figuræ. Angeli igitur, quemadmodum ſe mortalibus quandoque in effictis corporibus exhibent; ita Deum optimum Maximū. At ſe ſub *fœminea ſpecie* nunquam exhibuerunt: exhiberent Deum?

20. Denique, quæ quinta ſit ratio, Dei hæ primis temporibus exhibitæ Apparitiones, vmbra quædam ſunt & imago admirandæ illius Apparitionis, quam Filius in humana natura perfecit, teſte B. Auguſtino cap. 9. ad Adamantium Manichæi diſcipulum. conueniebat igitur, vt quàm proximè illam accederet externa, qua olim viſus eſt, forma, atque ideo accederet *virili*: quia vir erat futurus, qui humanam naturam in vnitatem hypoſtaſis diuinæ aſſumeret, ſecundum illud: *fœmina circundabit virum*, Ierem. 31.

CAP.

CAPVT VI.

Quam ætatem præ ſe tulerit olim Deus, quando mortalibus apparuit, & cum iiſdem eſt conuerſatus: quæ cauſa item ætatis ſimulatæ.

VARIAS hominum ætates diſtinguunt Scriptores. Varro 1.
quinque gradus facit. In primo, vſque ad annum decimum quintum, *Pueros* dictos vult; quòd ſint pueri, id eſt, impuberes. In ſecundo, ad annum trigeſimum, *Adoleſcentes*, ab adoleſcendo nominatos. In tertio, vſque ad annum quadrageſimum, *Iuuenes* appellatos; eò, quòd Rempub. in re militari iuuare poſſent. In quarto autem gradu, vſque ad annum ſexageſimum, *Seniores* nuncupatos; quòd tunc corpus ſeneſcere incipiat. Inde vſque ad finem vitæ vniuſcuiuſque, quintum gradum factum, in quo qui eſſent, *Senes*, eſſe appellatos: quod ea ætate corpus in ſenio laboraret. Quoniam igitur Deum humana forma apparuiſſe certum eſt: dubitare non poſſumus, quin tali forma ſe exhibuerit, quæ alicuius *ætatis* eſſet index. Qualis hæc fuerit hoc capite inquirimus.

Omnium tamen graduum, quos Varro recenſet, nobis ratio ha- 2.
benda non eſt. Ad tres præcipuos omnes reuocamus: aut certè de tribus noſtra erit inquiſitio: aſcendente ætate, conſtante, deſcendente: ſiue de puerili, virili ſeu adulta, & ſenili. Quæcunque puerilis non eſt, nec ſenilis: virilis nobis adulta dicetur: quæ virilem non accedet, puerilis: quæ excedet, ſenilis.

Metiemur etiam ætatem non annorum numero. Quid enim? An 3.
fortè annorum, quibus Deus fuit, ratio habenda? an quibus ſub ſpectabili corpore humanaque fuit figura? Prius tempus (liceat ita nominare) ne cogitatione quidem poſſumus concipere. *Deus æternus Dominus*, (inquit Iſaias, cap. 40. Et Regius Propheta Dauid Pſal. 89) *A ſeculo, & vſque in ſeculum tu es Deus. Numerus annorum eius inæſtimabilis eſt*, inquit Iob, cap. 36 Poſterius, nunquam vel vnius anni fuit.

Metiemur ætatem ex forma externa, quæ ætatis ſolet eſſe index. 4.
Nam quorum cæſariem caneſcere, & faciem contrahi videmus, ſolemus *Senes* dicere; quamuis de annorum ætatis numero ipſorum nobis non conſtet: & *Pueros*, qui paruæ ſunt ſtaturæ, nihilque oſtentant virile: & *Viros*, qui firmiora, & magis adulta circumferunt corpora, maioribuſque viribus videntur pollere. His modis ætates diſcriminant, & ſacri, & profani Scriptores. Ex his de ætate apparentis diuini Numinis iudicium feremus.

Digitized by Google

5. *Qua igitur forma ætateq́, Deus viſus?* Ex tribus ſumenda conicturæ. Ex ipſis Dei Viſibilibus Apparitionibus, olim factis. Ex Apparitionibus Dei Imaginarijs, de quibus poſtremo loco, huius Diſputationis. Denique ex picturis, quibus Pictores Deum videntium oculis obijciunt.

6. Apparitiones Viſibiles (quæ propriè ſunt huius loci) duobus nominibus ætatem inſinuāt, *Viri* ſcilicet, & *Angeli*. Nam in alijs quidem Deus *Vir* vocatur, in alijs *Angelus*. Vir vocatur in illis, Abrahamo, Iacobo, duobus Patriarchis, atque parentibus Samſonis factis: Angelus in omnibus alijs; ſi duas vel tres exceperis.

7. Et hæc qualem ætatem inſinuat? Non extremarum alteram; ſed mediam *Virilem*, ſcilicet, ſiue *adultam*. Quamuis enim *Viri* nomen perſæpe ſexum indicet; non minùs tamen frequenter ætatem, & quidem mediam illam inter vtramque. Exemplo ſint ſequentia Scripturæ loca 15. Exod. *Dominus quaſi Vir, pugnator.* Ioſue 17 *Qui fuit vir pugnator.* Iudicum 6. ibid. *Dominus tecum, virorum fortiſſimè & 1.* Reg. 4. *Confortamini, & eſtote Viri.* 1. Cor. 13. *Quando factus ſum vir, euacuaui quæ ſunt paruuli.* Epeſ. 4. *Donec occurramus omnes, in virum perfectum.* Idem expreſsiùs inſinuat illud *viriliter agite*, toties in ſacris literis repetitum, vt Deut. 13. Ioſue 1. Paralip. 19. 22. 28. 2. Paralip. 32. Pſalm. 26. & 30. 1. Mach. 2. 1. Corinth. 6.

8. Eandem ætatem inſinuat nomen *Angelorum*. Nos hanc mediam ſemper, & extremarum alteram, nunquā præ ſe tuliſſe legimus; quando apparuerunt. Nunquam viſi ſunt ſpecie ſenis. Nunquam ſpecie pueri. ſub ſpecie viri, aut iuuenis ſemper; quemadmodum docent qui viſi ſunt mulieribus, poſt Chriſti reſurrectionem: qui flagellarunt Heliodorum, 2. Mach. 3. & qui ſe Tobiæ comitem, & ducem itineris præbuit, Tobiæ 5.

9. Ex dictis de *vna* Dei forma ſiue ætate coniectura non improbabilis accipitur: quod ſub ſpecie *perfecti viri* apparuerit. Verùm quia in omnibus Dei Apparitionibus Viſibilibus, nec *Angeli* fit mentio, nec *viri*, vt dictum eſt; vtrum in omnibus alijs, vt his ſub ſimili *perfecti viri* ſpecie exhibitus ſit, dubium eſt; præſertim, aliam quandam formam eidem tribuant, & Imaginaria Apparitio exhibita Danieli: & pictorum manus, quà poſsim, cum Trinitatis Myſterium, aut opus Creationis mundi pingitur, exhibetur.

10. Species hæc *ſenis* eſt, de qua ſic Daniel, cap. 7. *Aſpiciebam, donec throni poſiti ſunt; & Antiquus dierum ſedit. Veſtimentum eius candidum, quaſi nix: & capilli capitis eius, quaſi lana munda. Thronus eius ſicut flamma ignis: rotæ eius ignis accenſus Fluuius igneus rapidusq́, egrediebatur à facie eius millia millium.*

lium miniſtrabant ei: & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.

Cùm igitur alia quadam ſpecie, *ſenis* inquam Deus viſus ſit, in Imaginaria, quam Propheta Daniel habuit, Apparitione: eadem Deum Patrem mortalium oculis obijciãt Pictores; quęritur, an eadem quoque, in aſſumpto corpore, ſit viſus, tum maximè: quando apparuiſſe dicitur, & *Angeli* vel *viri*, qui ipſum repreſentârunt, nulla ſit mentio. Ad hoc *duo* dicimus. 11.

Vnum eſt, certum hîc afferi poſſe nihil. Cùm enim de hoc nihil nobis aut ſacrarum Scripturarum teſtimonio conſtet: aut Eccleſiæ authoritate. Maiorumq́ue traditione: hoc inter illa reponimus, quæ abſque ſalutis diſpendio & recipere poſſumus, & repudiare. Non neceſſe eſt credamus forma *ſenis* apparuiſſe aliquando Deum. Non neceſſe eſt credamus ſemper apparuiſſe ſpecie *viri* integri & perfecti. 12.

Alterum eſt: Probabile nihilominus videri, ea aliquando in aſſumpto corpore viſum eſſe forma, qua deſcribitur à Daniele Propheta. Primùm quidẽ, quod paſſim ita à pictoribus pingatur. Deinde quòd, cùm Deum *ſenis* ſpeciem deſcribat Daniel, eam formam videatur inſinuare, quã Deũ habere pleriq; omnes credebant: Deniq;, quòd cùm conſtaret ab æterno, ipſum fuiſſe, *Antiquus* dierum ſpecies ipſi magis, quàm iuuenis conueniat. 13.

Ex dictis concludimus probabiliter admodum dici, *duplici*, ſenis inquam, atque virili: aut certè vna virili *forma* Deum olim in aſſumpto corpore, hominum oculis conſpectum eſſe: ſub *puerili* viſum nunquam. Sed quæ dictarum formarum rationes? Hoc vbi breuiter expoſuerimus, præſens Caput concludimus. 14.

Antiquus ergo dierum, ſiue ſenex apparuit, quòd ſit longæuus, ſiue, vt Scriptura loquitur, *plenus dierum*, Iob. 42. præterea, quòd ante omnes dies omniaq; tempora: quòd author ſit conditorq́; omnis antiquitatis, dierum & temporum; quodq́; eminenter atque excellenter in ſe contineat omnem temporis antiquitatem. Ita, teſte Pererio, Dionyſius, lib. de diuinis Nominibus cap. 10. Danielis ſententiam exponit B. Hieronymus Deum ſub ſpecie ſenis induci exiſtimimat, vt hoc ipſo demonſtraretur grauitas, maturitas, tranquillitas animi in iudicando: quippe quæ frequentius in ſenibus, quam iuuenibus inſunt, ſecundùm illud, Iob, cap. 12. *In antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia.* Apud Deum eſt fortitudo & ſapientia, ipſe habet conſilium & intelligentiam. 15.

Florenti verò atq; *iuuenili ætate* apparuit: vt ſimul ſignificarentur cum illa Dei antiquitate incorruptum vigorem, & nullatenus diminutam. 16.

nutam pulchritudinem eſſe coniunctam. Et hoc habet Pererius, quemadmodum prius, ad ſeptimum Caput Danielis Prophetæ.

17. Quod autem in alijs Apparitionibus hanc, id eſt, *ſenis* formam ſimulauerit, in alijs illam, *iuuenis* inquam: opus ad quod patraturus aduenerat, videbatur poſtulare. Vbi *Viri* atque *Angeli* fit mentio, illa propemodum opera exercet, quæ expeditos vegetoſq; requirunt: vbi ſolius Dei: & vt putamus ſpecie atque imagine *ſenis* affuit: iudicem & magni alicuius operis molitorem agit, qui prudentiam maximè ſapientiamque requirunt, quarum indicia ſunt cani, prouectaque ætas: quemadmodum haud obſcurè indicat Beatus Hieronymus iam à nobis citatus.

18. *Puerilis* ætas ipſum non decebat: quoniam propter opera, & quidã excellentia in aſſumpto corpore apparebat Deus. At opera hæc à puerulis non exſpectabantur: & in pueris prudentiam non tam requirimus, quàm admiramur.

CAPVT VII.

An ſplendida & illuſtris; an potius obſcura, aut certè communis fuerit forma, qua ſe Deus exhibuit in externo corpore: & qua cauſa forma.

1. DEMONSTRATVM eſt ſub humana ſpecie Deum apparuiſſe: exhibitũ ſub ſexu virili: ætate perfecta & matura. Omnia hæc ad *externam* formam pertinẽt. Eſt aliud diſcrimen in eadem forma, quod hoc, & ſequenti capite eſt inueſtigandum. Illud formæ magis intrinſecũ eſt; & ipſi nunc venuſtatem quandam addit, nunc deformitatem. Nam in quorundam facie & forma, neſcio quæ, gratia relucet, quæ intuentium oculos recreat, & animos ad ſe rapit: in quorundam quidquid propemodum apparet, vel offendit, vel diſplicet: illi formoſi dicuntur: hi deformes.

2. Et ferè in omni forma diſcrimen hoc inuenitur. Omnis ferè homo aut eſt deformis, aut formoſus. Et quoniam ars imitatur naturã: fit, vt diſcrimen hoc quoque in pictis atque ſculptis hominibus obſeruetur: vt horum alij dicantur formoſi, alij deformes. Nec deſiderari debet in forma humana, qua aut Deus conſpicitur, aut Angeli: non ſolùm, quia hi formæ, ſub qua apparent, quidam quaſi ſunt artifices & architecti: verùm etiam, quia plus aliquid, quàm ars efficiunt, dum viuos quaſi homines ſimulant.

Qua

Digitized by Google

Qua igitur forma Deus, in aſſumpto corpore, apparuit? deformi,
an eximia? *Prorſus eximia*; prorſus pulchra: quæ plena eſſet grauita-
tis, & inſignem ſpiraret maieſtatem: ſiue Deum illa referret ſpecie
venerabilis ſenis: ſiue florentis adoleſcentis. Et meritò.

An omni gratia & maieſtate vultus deſtitutus fuit; qui rebus crea 3.
tis omnibus ſuam dat venuſtatem & ſplendorem? *Qui finxit aurem*,
inquit Propheta Pſal. 93. *non audiet? qui finxit oculum non conſiderat?*
Addo ego: Qui mortalibus quibuſdam illam vultus venuſtatem
indidit; vt pluribus fuerint ſtupori: omnes in ſui amorem rapue-
rint; ipſe, ſi quando mortalibus ſe volet offerre ſpectandum, nullam
propriæ venuſtatis curam habebit? Pro ſuo ornatu non erit ſollici-
tus; qui *lilia & fœnum agri, quæ hodie ſunt, & cras in clibanum mittuntur, ſic*
veſtit; vt nec Salomon in omni gloria ſit coopertus, ſicut vnum ex ijs? Matth.
6.

Homines ſplendoris vultus ſui, externæque formæ domini non
ſunt, non ſibi illam dant: aliunde accipiunt. Si quam vellent, poſſent 4.
eligere ſpeciem; primam eligerent digniſſimamque. At Deus, quan-
do in aſſumpto corpore apparet, quam vult formam eligit: quam
vult acceptat, ſibi aptat, nulloque labore aſſumit, retinet, conſeruat.
Quidni igitur accipiet venuſtam? gratioſam? maieſtatis & grauitatis
plenam?

Quemadmodum in alijs formarum generibus præſtantiorem e-
ligit Deus, dum apparet: animantis, v. g. præ inanimi: hominis, præ cæ- 5.
terorum animantium; & inter homines formas viri, præ mulieris:
ſenis aut conſtantis maturæque ætatis, pro infirmæ puerorum: ita
credi debet, quòd in hoc genere aſſumpſerit illam, quæ plus habet
dignitatis.

Non inferiori ab Angelis forma Deum apparuiſſe credunt omnes: 6.
At in maieſtate & formæ dignitate hos viſos eſſe extra controuer-
ſiam eſt. Hoc de eo, qui Virgini matri, in Filij Dei Incarnatione ap-
paruit, docet B. Auguſtinus de Natiuit. Domini Serm. 14. De alijs
liber ſecundus Machabæorum, cap. 3. vbi ſic legitur: *Alij etiam appa-*
ruerunt duo iuuenes (Angeli) *virtute decori, optimi gloria, ſpecioſiq; amictu.*
Et S. Lucas cùm dignitatem vultus S. Stephani deſcribit, Actuum ca.
6. refert quòd viderint *faciem eius, tanquam faciem angeli.* Et vxor Ma-
nue, Iudicum 3. ex eo venit in ſuſpitionē, quòd qui ſibi loquebatur,
Angelus eſſet, quia *vultū angelicum*, id eſt, maieſtatis & gratiæ plenū
haberet.

Quid, quod eximia forma Deum apparere *debuiſſe* credi poſſit.
Apparuiſſe enim voluit, vt agnoſceretur, ſuaque præſentia ſuis dictis

Authe-

Digitized by Google

Authoritatem addere. At ſi communi vſitataque omnibus forma apparuiſſet; ſi nulla ſingularis in vultu fuiſſet gratia; quomodo, ſtatim, vt locutus eſſet, mortalibus fuiſſet agnitus? quid dictis ipſius authoritatem feciſſe? quid ab hominibus fidem extorſiſſet?

8. Eſto, ipſum etiam *vox* prodiderit: prodiderit maieſtas, inceſſus, aut exterior cultus, *Ipſe* præterea interiùs mentibus præſentium ſuam præſentiam ſingulari quadam illuſtratione ſuggeſſerit: at tamen, quoniam vultus maximè vnumquemque prodit, hoc etiam ſe prodidiſſe, præſentiamque ſuam teſtatum eſſe voluiſſe, credi debet.

Et omninò vultus indicio ſingulari Deum proditum eſſe, eſt probabile, Primis maximè temporibus: quando & primi parentes, &
9. ipſorum filius, Cain & Noe & aliorum plerique, mox illum, qui cum ipſis ageret, eos peccati argueret, de futuris rebus inſtrueret, cognouerunt eſſe Deum. Obſeruabant, ſcilicet, excellens, quiddam, & illuſtre, in apparente, ſibique loquente perſona: quod aliud, quam præſentem Deum teſtari, perſuadere ſibi non potuerunt.

10. Aſſenſus, quem & hi, & alij, quibus Deus apparuit, loquenti præbuerunt, manifeſtius, quod dicimus probat. Si enim in vultu nihil quod non quiuis homines haberent, obſeruaſſent; haud dubium eiuſdem ſecum conditionis exiſtimaſſent: & ob id reprehenſionem non admiſiſſent, & futura prædicenti non credidiſſent: vel grauis etiam quid in importunum cenſorem ſtatuiſſent.

11. Ex opinione quoque, quam omnes de Deo habent colligitur, inſigni atque illuſtri forma ipſum innoteſcere oportuiſſe. Nihil de Deo niſi eximium, concipiunt omnes, Quando igitur apparebat, etiam forma, qua apparebat, opinionem hanc confirmare debebat: ne quem opinione iam magnum atque excellentem concepiſſent, ex abiecta forma colligerent contemptibilem. Neque enim apud homines nouum eſt, contemnere corpore deformes; quamuis etiam inſignibus dotibus atque virtutibus animus ſit inſtructus.

12. Denique ipſæ pro nobis hic militant Apparitiones: maximè illæ Abrahamo, Moyſi & parentibus Sampſonis factæ: Quid mouit Abrahamum, Geneſ. 18. vt cùm, ſedens ad oſtium tabernaculi ſui, obſeruaret, quibus eleemoſynæ beneficium præſtaret, mox vbi tres viros (Deum referebant) conſpiceret, ipſis occurreret: pronus adoraret? Dominos vocaret? gratiam ſibi fieri teſtaretur, ſi ad ſe diuerterent, & humanitatis ipſis officium poſſet impendere? quid, inquam, mouit, ſi non formæ dignitas? Et Moyſes, quod (Exod. 33.) non niſi poſteriora Dei videre potuit, an non inſinuat maieſtatem vultus diuini

Digitized by Google

uiſi tantam fuiſſe;quantam ferre nequiuerint oculi humani? Apparitionem verò Dei ſibi factam vxor Manue,ſic deſcribit,Iudicum .3. *Vir Dei venit ad me,habens vultum angelicum,terribilis nimis.*

CAPVT VIII.

Quis fuerit decor,dignitas,atque maieſtas formæ illius,qua ſe Deus,olim, in veteri lege ſpectandum exhibuit.

AD decorem dignitatemque formæ internam,de qua nunc loquimur,& ſub qua Deum viuentium oculis ſe obtuliſſe, ſi quando viſibilis apparuit,diximus;duo facere videntur:membrorum,ſcilicet,pulchra compoſitio atque proportio,cum coloris venuſtate coniuncta:& præterea lumen quoddã atque ſplendor his inſitus.Prioris beneficio formoſi & grati fuerunt Abſolon,Sara,Eſther,Iudith,Abiſag,filiæ Iob, Rebecca: poſterioris, Moyſes atque Chriſtus:ille in veteri,hic in nouo Teſtamẽto.De Abſolone dicitur,2.Reg. 14.*Sicut Abſolon,vir nõ fuit pulcher in Iſrael, & decorus nimis.à veſtigio pedis vſque ad verticem,non erat in eo vlla macula.* De Sara,Gene.12. quòd erat *pulchra nimis*. De Eſther, Eſth. 2. quòd erat *formoſa valde,& incredibili pulchritudine omnium oculis gratioſa & amabilis.* De Iudith,Iud.10 quòd Dominus in illa *pulchritudinem ampliauerit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret: &, quòd qui illam viderent obſtupuerint ; mirati nimis pulchritudinem eius*. De Abiſag,3. Reg. 1. *quòd erat puella pulchra nimis.* De filiabus Iob, cap. vltimo,quòd *non fuerint inuenta mulieres ſpecioſæ, ſicut filiæ Iob, in vniuerſa terra.* De Rebecca, Geneſ. 14. quòd *non potuerint filij Iſrael in faciem eius intendere,propter gloriam vultus eius: &,quòd poſuerit velamen ſuper faciem ſuam,ne intenderẽt filij Iſrael in faciem eius.* De Chriſto, Math. 17.quòd *reſplenduerit facies eius ſicut ſol;veſtimenta autem eius facta ſint alba,ſicut nix.* 1.

Duo verò iam dicta non ita neceſſaria ſunt,vt ſi alterum deſit, ſua humanæ formæ pulchritudo defuiſſe dici debeat. Specioſiſsimus aliquis pulcherrimuſque dici poteſt,cui vel alterum , prius illud ſuppetit,quemadmodum probant priora exempla.Quando tamen vtraque concurrunt,maior eſt formæ gratia,dignitas,maieſtas. 2.

Quoniam igitur demonſtratum eſt, præcedenti capite plenam decoris dignitatiſque fuiſſe formam, qua Deus olim in aſſumpto corpore viſus eſt,reſtat inquiramus,quidnam hunc decorem dignitatemque formæ attulerit,an primum illud,an ſecundum,an vtrumque. 3.

4 Iudicium ex ipſis Apparitionibus, quas Sacræ literæ referunt: petendum eſt. Quamuis enim formas quaſdam eximias haud obſcurè liceat accipere, ex varijs reuelationibus, etiam ijs, quarum meminerunt Scripturæ; vt fuerunt Danielis, Ioannis Euangeliſtæ, & Prophetarum: quia tamen in dictis reuelationibus, Deus ſub ſenſum externum non venit: quædam etiam ipſarum Dei tantùm conditionem inſinuarunt, & formæ magnam rationem non habuerunt: noſtræ nobis tantum ſeruire poſſunt, in quibus diuina maieſtas ſub *viſibilibus* formis in mortalium oculos incurrit.

5 Porrò Apparitionum Viſibilium quædam *diſertis verbis* maieſtatem diuini vultus & formæ exprimunt: quædam eandem *haud obſcurè* inſinuant: quædam *vix indicant*; vt illæ, in quibus quidem Deus apparuiſſe dicitur, ſed tamen ita, vt non ſolùm formæ venuſtatem nequeas deprehendere, verum etiam nec certò aſſequi, humanaúe Deus forma apparuerit.

Quæ formæ dignitatem, & maieſtatem *exprimunt*, duæ ſunt. V-
6 na Samſonis matri exhibita eſt: de qua ita liber Iudicum, cap. 13. *Vir Dei venit ad me, habens vultum angelicum, terribilis nimis*. Altera exhibita eſt Moyſi, de qua ſic, Exod. 33. *Locus eſt apud me*, (loquitur Deus) *& ſtabis ſupra petram. Cumq; tranſibit gloria mea, ponam te in foramine petræ: & protegam dextera mea, donec tranſeam: tollamq; manum meam, & videbis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* De qua apparatione Toſtatus hæc; *Primò* ſenſibilem illam fuiſſe, tum ratione corporis; quod luce radiabat; tum ratione lucis, quæ corpus ornabat. *Deinde* lucem corporis, tantam fuiſſe, quantam nullum vnquam corpus, ex aere conflatum, aut habuit, aut aliquando eſt habiturum. *Tertiò*, huic luci præterea additam fuiſſe venuſtatem, (ipſe vocat *accidentalem perfectionem*) quæ ita afficiebat mortalium oculos, vt afficere res nulla magis potuerit. *Quartò*, Lucem hanc non æqualiter in omni parte corporis, quod conſpiciebatur, fuiſſe: ſed intenſiſſimam in anteriori, (facie); & tantam; vt ſaluo vita nullus moralium illam potuerit inſpicere (quæ cauſa quoque fuit, vt Deus Moyſem tranſiens, faciei ipſius manum oppoſuerit) minus intenſam in poſteriori (dorſo) vt quam oculi mortalium ſalua vita poſſent ferre: vnde & poſteriora Moyſi videnda præbuit Deus. Hæc Toſtatus.

7 Quæ formæ maieſtatem dignitatemque *inſinuant*, ſunt quatuor. Primum illa Abrahamo facta, Geneſ. 18. Deinde, illa exhibita Agar ancillæ, Geneſ. 16. tertiò, qua Deus viſus eſt Loth, Geneſ. 19. quartò, qua apparuit Gedeoni, Iudic. 8. Harum enim quædam, id eſt, tres poſterio-

poſteriores, vultus formæque maieſtatem produnt, hoc ipſo, quod *Angelorum*; quos ſinguli, & meritò, concipiũt eſſe ſpecioſiſsimos, meminerunt: in quarta eandem ſignificat Abrahami, vt diximus, curſitatio, feſtinatio, adoratio, humilis obſecratio, &c.

Quatuor reliquæ formæ dignitatem non explicant, non inſinuant. Veruntamen in his ſuam dignitatem maieſtatemq; diuinæ formæ non defuiſſe, partim licet conijcere ex formis, ſub quibus aliàs conſpectus eſt Deus: partim ex ijs, quæ præcedenti capite ſunt dicta. 8.

Quid ex omnibus? Hoc, ſcilicet, *duo præclara ornamenta* fuiſſe humanæ formæ, qua Deus in aſſumpto corpore eſt viſus, alterum cuiuſdam fuit excellentis luminis, quo corpus fulgebat: alterum inſignis membrorũ proportio, cum ſuaui coloris venuſtate coniuncta. Prius fuit in corpore, quod Moyſi exhibitum fuit: poſterius, quo viſus alijs. 9.

Poſterius hoc, Deo conueniſſe, probant, quæ præcedenti capite ſunt allatæ, rationes: prius expediuiſſe, principio Chriſti, glorioſa, in mortali adhuc corpore, Apparitio demonſtrat. Par erat, ne diuino numini illa forma maieſtas, ſplendor lucis in Veteri lege deeſſet: quæ multum dignitatis atque venuſtatis filio Dei, olim erat allatura, in lege Noua: Deinde vrget maieſtas vultus Moyſis, ob ſimilẽ ſplendorem admirabilis; ne ſcilicet Dominus minus ſeruo ſuo videretur habuiſſe. 10.

Præterea exemplar quoddam illius perfectionis, in diuino, vt ita dicam, corpore erat dandum; quam in ſuis corporibus, Beati olim, poſt glorioſam reſurrectionem, obſeruabunt, quamque futuram, iã conſtantiſsima fide credunt. Neque enim poſſunt dubitare in viuo incorruptibilique corpore accidere poſſe; quod obſeruãt in non viuo, in corruptibili, quale fuit quod Deus aſſumpſit. At perfectio hæc in fulgore, maximoque ſplendore conſiſtit: *Fulgebunt iuſti, ſicut ſol, in regno Patris eorum*, inquit Dominus, Matth. 13. Et Salomon, Sap. 3. *Fulgebunt iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrẽt*. Et ſanctiſsimus Daniel, cap. 12. *Qui docti fuerint*, inquit, *fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates*. Omnino autem Deum, & ſui corporis ficti, & Filij atq; Moyſis veri claritate mentis fidelium de gloria corporum beatorum futura confirmare voluiſſe credi poteſt, quando etiam, vt Cyrillus Hieroſ. Catech. 18. loquitur, *vermibus paruulis lucidum dedit corpus, vt eo ſplenderent; vt ex apparentibus crederetur id, quod exſpectatur*. 11.

12. Rurſus, cùm Deus in his, de quibus nunc ſermo eſt, Apparitionibus, ſe oculis viuentium obiecerit; nónne congruum erat, vt, ſi non ſemper aliquando offerret in præſtantiſsimo viſiuæ potentiæ obiecto, ille Deus; qui ſummum eſſet bonum, rerumque omnium perfectio? At inter ea, quæ in oculos incurrunt, præſtantior nulla qualitas eſt lumine. Vide Curſum Conimbric. ſup. 2. de Cælo cap. 7. q. 5. ar. 2. vbi præſtantia luminis, multis rationibus demonſtratur.

CAPVT. IX.

Quomodo decor formaq; dignitas fuerit in corpore, ſub quo Deus apparuit & viſus eſt mortalibus.

1. MODVM inquirimus, quo decor maieſtaſque diuino corpori, in quo Deus eſt viſus, affuit. & præcipua de ſplendore eſt quæſtio. Quamuis enim præter hunc, duo alia poſſint ad examen vocari, membrorum ſcilicet proportio; præterea coloris venuſtas, quæ cum ſplendore decorem maieſtatemq; diuinæ formæ attulerunt, vnus tamen ſplendor eſt, qui quoniam plures ſuggerit difficultates, hîc diligentiùs inſpiciendus eſt, & diſcutiendus. De hoc enim quæritur, An in *ſolo* intuentium ſenſu fuerit, non autem in externo, & extra ſenſum, corpore. Deinde, Si in
1. corpore aliquo, illone, quod Deum referebat, an alio aliquo *externo*
2. vicino; quod ſplendorem ex ſe ad Dei corpus tranſuerberauit. Et ſi
3. in priori illo, An priorem formam, cui acceſsit, quodam modo *im-*
4. *mutauerit*, an non. Et ſi non immutauit, An ſolum ſplendor hic in *fa-*
5. *cie* diuini corporis ſedem habuerit; an fuerit diffuſus per totum cor-
6. pus. Rurſus, Si per totum corpus diffuſus, Vtrum in corporis tantum
7. fuerit *ſuperficie*, an corpus totum penetrauerit. Præterea ſiue hoc ſiue
8. illud dicatur, An non ſolùm lucidum reddiderit corpus; ſed etiã *ful-*
9. *gidum*. Deinde, Tantáne lux illa fuerit, vt mortalium oculis *capi* non potrerit. Item, fueritne *naturalis*, an ſupernaturalis. Denique, An eiuſdem rationis, cum aliorum corporum, quæ ſingulari lumine aliquãdo fuerũt illuſtria. Hæc de lumine & ſplendore corporis diuini diſcutienda. A primo principium fecimus.

2. Quæritur igitur, An in *ſolo* Moyſis diuinum numen, ſiue Dei poſteriora aſpicientis, & intuentis, ſenſu ſplendor hic fuerit? Reſpondemus non fuiſſe. Quemadmodum non Phantaſticum, aut imaginarium corpus fuit, ſub quo Deus viſus eſt, & apparuit; ita neque ſplendor aut lux imaginaria fuit & Phantaſtica. Præterea, poteſtne vlla imaginaria tantum in ſenſus impreſsionem facere, quantam hæc feciſſe aſſeritur?

Quæri-

Quæritur, An ſi extra ſenſum quoque hic ſplendor fuit; fuerit ſaltem nô in diuino illo corpore, quo ſe Deus exhibebat; ſed *alio proximo*, quod ſui luminis radios in diuinum transfuderit? quemadmodû v.g. ſol illud illuminare dicitur, in quod radios conijcit? Reſpondemus in diuino, non in externo corpore fuiſſe: tum quia ſacræ Scripturæ verba inſinuant: tum quia ſi externum radior ſuos in diuinum conieciſſet, illiq; claritatem communicaſſet, multum illud, diuinum hoc ſuo ſplendore ſuperaſſet: quod dici non debet. 3.

Quæritur, An ſplendor prior formæ accidens, ipſam aliquo modo *immutarit*? Reſpondemus non immutaſſe: quemadmodû neq; Chriſti formam, qui in ipſis transfiguratione acceſsit ſplendor: vt ſequentibus verbis teſtatur Euthymius ca. 34. in Matthęum, *Transformatus eſt*, inquit, *Dominus, corpore quidem in propria figura manente; diuino verò ſplendore modicum quiddam in eo detegente, ac faciem illuſtrante, ſpeciemq; illius ad maiorem Dei ſimilitudinem immutante.* 4.

Quæritur, An *facies* tantùm ſplenduerit illius corporis; non verò *totum corpus*? Reſpondemus & faciem ſplenduiſſe, & corpus totum. Id apud Toſtatum, probat eiuſdem corporis manus, quę & ipſa ſummo ſplendore perfuſa fuit, ideoq; ne ſuo ſplendore viſui Moyſis noceret, nube putat fuiſſe inuolutam. Probant eiuſdem corporis poſteriora, quæ etiam Moyſes videns, dicitur vidiſſe omne bonum, eodem Toſtato teſte, quia, ſcilicet, tanta luce vidit micare, quantam hic corruptibilis oculus, cum maxima ſui voluptate poteſt inſpicere. Forſitâ hîc nobis ſeruit claritas, qua Filius Dei, mirabilis apparuit in môte Thabor. Illa in omnibus Chriſti membris fuit, Hieron. teſte, Epiſt. 61. ad Pam. aduerſus errores Ioannis Hieroſo. verba eius hæc ſunt. *Dominus noſter in môte transfiguratus eſt in gloria: non vt manus ac pedes, cateraq; eius membra perderet; & ſubitò in rotunditate vel ſolis vel ſphæra volueretur, ſed eadem membra ſolis fulgore rutilantia Apoſtolorum oculos perſtringerent. Et facies eius*, inquit, *fulgebat ſicut ſol. Vbi autem facies nominatur, exiſtimo, quod & catera membra conſpecta ſint.* Ita Hieronymus. 5.

Quæritur, An ſplendor in *ſuperficie* corporis tantùm fuerit, an verò tantû corpus penetrauerit? Reſpôdemus & in ſuperficie fuiſſe; & totum corpus penetraſſe quemadmodû ignis in carbone incenſo, nô in eius tantû eſt ſuperficie, ſed totum carbonē peruadit. Quid mirum? Claritas corporum glorificatorum, quorum ſpecies quædâ & imago hoc diuinum corpus fuit, tota corpora peruadit, quemadmodû in 4. Sent. docent Doctores Scholaſtici, vt vocamus. Sed in præſenti argumento nobis Dei viſi poſteriora etiam ſeruiunt, ad quæ claritas, in anteriori parte exiſtens, ſe diffudit. 6.

Digitized by Google

7\. Quæritur, An *fulſerit* illud corpus etiam, & non tantum fuit lucidum? Reſpondemus, & lucidum fuiſſe & fulgidum. Hoc, ni fallimur, cornuta Moyſis facies probat, quæ fulgore diuini luminis tantum ſplendorem contraxit, vt & radios à ſe in intuentium oculos traiecerit: & neceſſe fuerit Iudæis velamen oculis opponere; ſi quando faciem eius vellent inſpicere. Et corporum glorificatorum hîc facit conditio; de quorum fulgore primum vox Dei, Matth. 13. *Fulgebunt iuſti ſicut ſol*, Deinde Salomon, Sap. 3. *Fulgebunt iuſti tanquam ſcintillæ.* tertiò B. Gregorius atque Laurentius Iuſtinianus. Gregorius ſic habet, lib. 18. in Iob. cap. 27. exponens illa verba, cap. 28. *Non adæquabitur ei aurum vel vitrum. Quid*, inquit, *in auro vel vitro accipimus, niſi illam ſupernam patriam, illam beatorum ciuium ſocietatem? quorum corda ſibi inuicem & claritate fulgent & puritate tranſlucent?* Iuſtinianus lib. de diſciplina & perfectione monaſticæ conuerſationis ſic loquitur (cap. 23. *Nimia quoq; claritate fulgebit corpus glorioſum; ita, vt ſolis ſepties tranſcendat ſplendorem. Non autem lumine ſuo intuentium ſe reuerberabit aſpectum; ſed ineffabili quodam modo confortabit, clarificabitq;: eritq; tota eius ſubſtantia corporis viſibilis, adeo vt viſcerum cæterorumq; membrorum harmonia, Conditoris declaret magiſterium admirandum.* Ita Laurentius Iuſtinianus.

8\. Quæritur, Tantáne lux atque ſplendor illius corporis fuerit, vt *ſalua vita oculi* mortalium ferre nequiuerint? Exiſtimat id Toſtatus. Nos ſalua tanti viri auctoritate illam ab obiecto viſiuæ potentiæ non excludimus: quamuis aut ægre, aut nullo modo viſu potuerit percipi humano. Eiuſdem illã, qua facies Domini claruit; cenſemus eſſe rationis, cum ea; quam in poſterioribus conſpexit Moyſes. De hoc plura quando de cauſa Efficiente harum Apparitionum ca. 28. 29.

9\. Quæritur, Fueritné lux *naturalis*, an *ſupernaturalis*? Reſpondemus naturalem dici poſſe: quamuis ſupernaturalem velit eſſe Toſtatus; quemadmodũ & corpus ſupernaturale dicit; ſoláque diuina, non creata virute productum, in quo illa reſedit. at de hoc plura, cum de efficiente harum Apparitionum cauſa.

10\. Quæritur, An *eiuſdem fuerit rationis*, cum aliorum corporum qui ſimili aliquando luce claruerunt? Reſpondemus probabiliter dici, non diuerſam fuiſſe à ſolis, aliorumque lucidorum, quorumcunque, corporum naturali luce. Diuerſam nihilominus fuiſſe ab illa, quæ beatorum corporibus, poſt communem omnium reſurrectionem communicabitur. Prius illud non admittit Toſtatus: poſterius non admittit S. Thomas in 4. diſt. 44. q. 2. ar. 4. Sed pro priori eſt: quod ex cauſis naturalibus videatur eſſe producta. Pro poſteriori

riori, quod lux beatorum corporum differat ſpecie à ſolis,ignis,aliorumque lucidorum corporum luce, quemadmodum benè probat Soarez,Diſp 48.Tom.2.in 3.partem S.Thomæ. Atque hoc inſinuat Sanctiſsimus Paulus, ad Philip. 3. cum corpus *humilitatis noſtræ docet reformandum & configuratum iri corpori claritatis Dei*, non ſolis. Inſinuat ſummus Theologus S.Ioannes, Apocal. 21. cum cœleſtem beatitudinem his verbis deſcribit, *Ciuitas illa*, inquit, *non eget ſole, neque luna; vt luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit illam, & lucerna eius eſt Agnus*. Et rurſus: *Vidi*, inquit, *ciuitatem ſanctam habentem claritatem Dei*, non ſolis. Quod ſi hanc beatorum lucem Scriptura interdum comparet cum luce ſolis, quemadmodum cum de Chriſto dicitur *ſplenduit facies eius, ſicut ſol.* Matth. 17. & de Sanctis: *Fulgebunt iuſti, ſicut ſol*, non hoc vnitatem naturæ vtriuſque inſinuat:ſed, quemadmodum notant Patres, idcirco fit; quod in rerum ſenſibilium numero exemplum aliud non ſit, quo intellectus noſter poſsit manu, quaſi, duci, ad admirabilem illam claritatem glorioſorum corporum concipiendam.

CAPVT X.

Quis corporis,in quo Deus apparuit,fuerit externus habitus, & ornatus.

ORNATVS formæ quidam internus eſt, quidam externus. Ille corpori ineſt, hic eidem adiacet. Qui priorem,beneficio naturæ, habent,hoc poſteriori eundem ſæpius augent. Qui priori carent, hoc, qualem, qualem poſſunt, ſibi aſſciſcunt. De priori actum præcedentibus duobus Capitibus: de poſteriori præſenti. 1.

Ornatus hic quoniam externus eſt, & aliunde accedit, ex ijs, quæ corpori adiacét petitur. Hæc verò vno nomine, *Habitus* à philoſophis vocantur, vnde & ab ijs definitur, quod ſit *corporum, & eorum quæ circa corpus ſunt adiacentia*. 2.

Soli verò humanæ formæ propriè debetur, quia ſolum hominem Deus produxit nudum, imbellem, tenerum, inermem, molliſſima carne, leui cute. Nihil vſquam in membris eius, quod pro veſtitu, vel armis ad pugnam & violentiam datum videri poſsit. Pro his omnibus (quod tamen multo eſt præſtantius) donatus eſt *mente*, atque *manibus*, plurimarum artium miniſtris, quibus ſibi parare queat, quæcunque ad corpus ſuum tuendum & ornandum neceſſaria præſidia. 3.

Duplex autem hic Habitus diſtinguitur: vnus *Indumenti* dicitur, 4.

alter

alter *Ornamenti.* Ille per te ad ornatum nihil facit. naturæ tantùm ſeruit, vel verecundiæ, vel vtilitati, vel neceſsitati. Hic neceſsitati non ſeruit aut vtilitati, aut verecundiæ: ſed ad venuſtatem facit atque ſplendorem. Vtriuſque nobis in his viſibilibus Apparitionibus habẽda ratio.

5. Præter iam datam, alia euis eſt diuiſio, propoſito noſtro magis ſeruiens: qua in habitum *vſitatum* diſtinguitur, & *peregrinum*. Illum ſic vocamus, quod in vſu ſit apud eos, cum quibus verſamur. Hunc peregrinum, quod inſolens quid, & minimè receptum, habeat; aut certè, quod non in vſu ſit atque conſuetudine apud mortales.

6. De hoc habitu extrinſeca, vt ita dicam, forma, præſens quæſtio eſt: & quidem non ſimplex. Quærimus enim, vtrum ſub externo quodam habitu obſeruatus ſit Deus, quando apparuit; an potius nudus, ſiue non veſtitus? Rurſus, ſi veſtitus, An habitu peregrino, an vſitato & recepto? Et in *genere* hæc quæruntur. Ad nullum certum certæ gentis habitum deſcendimus: ne vel nimium videamur curioſi: aut in re ad explicandum difficili, fruſtra laborare.

7. Otioſa verò quæſtio non eſt, qua ei habitum quærimus, & veſtes; qui habitu veſtibuſque non indiget. Nec humana forma indiget: hac tamen exhibitus eſt mortalibus. Et Angeli veſtibus non indigent: ſed tamen quidam in Chriſti reſurrectione prodeunt *in albis*, Marci 16. ſecundo verò Machabæorum libro, capite tertio, alius *arma fert aurea inſidens equo; cui mox ſuccedunt duo, virtute decori, optimi gloria, ſpecioſi amictu*, & ca. 10. eiuſdem li. alij eodem ferè habitu producũtur, & alius cap. 11.

8. Quomodo igitur apparuit Deus? *Nudus an veſtitus*? & ſi veſtitus *habitu peregrino, an vſitato*? Omni modo apparuiſſe videri poteſt, quamuis non in omni Apparitione. Apparuit primis parentibus nudus? Et ſi quibuſdam (vt veriſimile eſt) apparuit in habitu vſitato; quis dicet in eodem apparuiſſe omnibus? cum vſitata non ſit, nec naturalis Apparitio? & in peregrino habitu, vt videtur, debuerit inuiſibilis Deus videri? & habitu non vſitato agnoſci non homo, ſed Deus?

9. Hæc pro *omni habitu* ſeruiunt. Sed tamen rem ipſam non tangunt. Veritas, ſi alicunde, ex *tribus* petenda videtur: ex diuinis Scripturis: ex humanis picturis: ex ratione. Et quidem ex Scripturis argumentum ſumptum eſt grauiſsimum: leuiſsimum ex picturis: ali-

quod

quod, quod ſuggerit ratio. Sed in præſenti quid Scriptura? pictura? ratio?

Scriptura, in nulla recenſitarum, à nobis Cap. ſecundo, Apparitionum habitus meminit. In omnibus ſolam internam formam inſinuat, vel deſcribit: in nulla externam. Quòd ſi quibuſdam alijs locis Deo habitus, externuſque ornatus tribuitur, vt tribuitur aliquando: nobis hæc ſatis firmum argumentum pro habitu Dei non præbent: propterea, quòd illa non de noſtris, id eſt, viſibilibus Apparitionibus agant: ſed Imaginarijs, aut alijs propoſito noſtro minimè ſeruientibus. 10.

Pictura quidem cùm habitu Deum offert: ſed tamen certum nullum perſuadet; etiam quando in noſtris Apparitionibus Deum effingit. Artis opus eſt pictura: opus naturæ imitatur. Si verò natura Deum non exhibuit, id eſt, ſi ſe Deus ſub certo habitu non oſtendit; quid eſt, quòd pictura imitatur? Sed & pictura, dum Deum ſub habitu offert; aut conſulit Dei pudori noſtræque verecundiæ: aut ita offert, vt alijs, non Viſibilibus Apparitionibus eſt viſus. Taceo quod 11.

pictoribus atque poëtis

Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.

Omnis igitur coniectura ex *Ratione* petenda eſt. Sed hæc, vt diximus, vtrumque habitum ſuadet: aliquando etiam neutrum. Quid verò perſuadet? *Tria*, quæ tribus Aſſertionibus concludimus: vtrum bene, penes melius ſentientes eſto iudicium. 12.

Prima eſt: Sub peregrino vſitatoque habitu Deum nunquam eſſe viſum. Quid enim? ille ipſe apparuiſſet; quem aliquando in ſuis non erat laturus? erat vindicaturus? *Viſitabo*, inquit ad Sophoniam, cap. 1. *ſuper Principes, & ſuper filios Regis, & ſuper omnes, qui induti ſunt veſte peregrina.* Præterea cùm hoc fine apparuerit, vt agnoſceretur peregrinum habitum, qui ne prodamur efficit, aſſumpſiſſet? voluiſſetque non agnoſci, qui vt agnoſceretur veniſſet? 13.

Secunda ſit: Sub vſitato, & ijs, quibus apparuerit, familiari habitu, *vt plurimum*, apparuiſſe, admodum eſt veriſimile. Veriſimile, quia quemadmodum cum hominibus conuerſaturus, humanam, non alias formas aſſumpſit: ita credi poteſt humanum, & familiarem ijs, ad quos venit, aſſumpſiſſe habitum. Quantum fieri poteſt, ad mores ingeniumque hominum, Deus, quando ad homines diuertit, accõmodat. Obſeruauit, & notauit id Iuſtinus, quæſt. 115. ad Orthodoxos: & probauit Filius Dei, dum nunc hortulanum, nunc peregrinum ſimulauit, poſt Reſurrectionem. Sed & ſummum ſacrarum ſcripturarum ſilentium pro hac forma familiarique habitu militat. Neque 14.

 enim

Digitized by Google

enim veriſimile eſt, ſi peregrino, inuſitatoque, & qui admirationem excitaſſet, aut ſtuporem incuſsiſſet, apparuiſſet; quin huius aliquam mentionem feciſſent.

15. Cæterum, *vt plurimum*, vſitato, alijſque familiari habitu diximus viſum eſſe Deum. Neque enim eo omnibus ſe exhibuiſſe videtur. Aliquando ſine omni habitu apparuiſſe eſt veriſimile. Hoc tertiæ Aſſertionis loco ſit dictum. Pro qua ſeruit hîc, quæ pro præcedenti, ratio. Ad ingenium, diximus, moreſque hominum Deus ſe accommodat. Accommodauit igitur, in prima, qua ſe ſub ſpectabili forma, exhibuit, Apparitione. Iam verò, nudis ſe hominibus ibi, & omni externo habitu deſtitutis exhibuit: primis ſcilicet parentibus, antequam de veſtibus illi quicquam ſcirent. Caruerit igitur & ipſe, tum, habitu externo.

16. Vt quid etiam veſtibus tum, externoque habitu opus? Quæ cauſæ homines ad veſtes cogunt, in Deo illæ locum non habent. Illi vel neceſsitatis cauſa veſtes aſſumunt; ad tegendum, ſcilicet, & tuendum corpus, aduerſus cœli, & aeris iniurias: vel verecundiæ, & honeſtatis; ad velandam quarundam corporis partium obſcœnitatem: vel ad vitium aliquod & deformitatem corporis occultandum: vel ad ornatum & pulchritudinem: vel ad diſcernendos varios dignitatis, & poteſtatis hominum gradus. Quæ quæſo harum cauſarum locum habuit, quando cum nudis primis parentibus agebat?

17. Non decuit, forſitan dicet aliquis, hæc nuditas Deum, propter primorum parentum verecundiam: qui nec ipſi propriam nuditatem ſuſtinuerunt: vnde & *folia ficus conſuerunt, & ſibi perizomata fecerunt*, ſicut Geneſ. 3. dicitur. At antequam peccarent, aut erubeſcerent, Deus ſe Adamo exhibuit, quando eundem tranſtulit in paradiſum. Niſi fortè dicatur nuditatē *per ſe* probro dari. Sed dici hoc non debet. Multis de cauſis vſu venit, vt nec probro ſit, nec dedecori. Non eſt quando quis rationis non eſt compos; vt patet in pueris, & amentibus: quando nimius aliquem timor obruit; quomodo ſine culpa ſunt, qui, vt incendium euadant, nudi in publicum proſiliunt: quando conſuetudo nulla eſt veſtibus vtendi; vt in Braſilia accidit, alijſque quibuſdam regionibus, vbi omnes nudo ſunt corpore. Sic mos lauandi in balneis nuditatis aufert pudorem. Addimus dictis, quod etiam poſt primorum parentum peccatum, potuerit Deus ipſorum verecundiæ in aſſumpto corpore prouidere: lumine, inquam, de quo præcedenti capite, quo radiare potuit, habuiſſetque hîc locum, quod Regius Propheta, alia quadam ratione dixit: Pſal. 103. *Amictus lumine, ſicut veſtimento*. Certè hoc lumine fit, vt neque beati, poſt reſurrectionem,

nem, quamuis nudi, erubeſcant. Nuditas hæc magno erit illis decori & gloriæ, teſte Pererio, lib 4. in Geneſ.

Eodem modo (nudum) exhibitum eſſe Deum Moyſi facilè perſuademur: veruntamen, *tunc*, quando ille in ſpelunca latens, non niſi *poſteriora Dei*, vt Scriptura loquitur, vidit. Forma enim humana apparuiſſe docet doctiſsimus Toſtatus: vt verò habitu externo illa aut tegeretur, aut ornaretur, nullo modo erat neceſſe. Veſtimentum ipſi ſufficientiſsimum fuit lumen, quo coruſcabat; quodque oculos Moyſis perſtringebat. Rabbi tamen Salomon, teſte Toſtato, in 34. Exod. putat hîc Deum indutum fuiſſe veſtem quandam ſacerdotalem, quæ bonitatis & clementiæ diuinæ eſſet index & teſtis: ab hac etiam vult Iudæos in hanc conſuetudinem veniſſe; vt ſimuli veſte ſacerdotem induant, quando communibus votis Deum deprecaturi, conueniunt. 18.

Quænam de altera Cauſarum, materiali ſcilicet, Corporis ſub quo Deus apparuit ſunt examinanda & definienda.

Formam, qua in aſſumpto corpore inuiſibilis Deus, olim mortalibus exhibitus eſt, inſpeximus, & curioſius perluſtrauimus: nunc *Materiam*, in qua illa ſedem habuit, & ex qua corpus factum formatumque eſt, ſcrutabimur. Cùm enim forma hæc in genere ſit illarum, quæ *mortales*, dicuntur; vtique in *materia* quadam reſidebit. Rurſus cùm corporea ſit, alicuius erit corporis, quod ex *materia* aliqua oportet ſit fabricatum. 19.

Ex initio materia *in qua* ipſa forma reſedit, erit inquirenda; tum deinde *ex qua* ipſum fabricatum. Illam *ſubiectum* vocant docti: hæc commune *materia* nomen retinet. Ibi definiendum, Verúmne fuerit corpus, an phantaſticum, in quo Deus apparuit. Et ſi verum, An viuum animatumq;. Rurſus, Quæ illius corporis conſtitutio: hîc, Vtrum ex nihilo à Deo effictum: Vtrum ex cælo allatum: Vtrum factum ex corporibus mixtis; an ſimplicibus elementis, & quibus. 20.

CAPVT XI.

Verumne, an phantaſticum & imaginarium fuerit corpus, ſub quo Deus inuiſibilis apparuit viſibilis.

PHANTASTICVM aut *imaginarium* corpus reuera corpus non eſt; quemadmodum nec reuera homo eſt, homo imaginarius, & phantaſticus. Species tamen eſt corporis: qua, quia rem aliquam, tanquam corpus concipimus, corpus dicere ſolemus. Itaque corpus hoc in ſola eſt imaginatione; & præter *Eſſe*, quod in imaginatione habet, aliud nullum habet. Hæc vna imaginarij, ſiue phantaſtici cor- 1.

poris notio. Solet quoque *imaginarium* & *phantaſticum* dici, quod extra imaginationem eſt, & in ſenſus externos incurrit, illiſque percipi exiſtimatur, ſiue hoc fiat ſpeciebus corporis internis ad viſus ſenſum defluentibus, & idolum quoddam, velut corpus, conſtituentibus: ſiue externis ſenſibus noſtris, per Spiritus aliquos, imponatur; vt exiſtiment ſe percipere, quod reuera non percipiunt. Prius illud ſæpe in phreneticis accidit: poſterius in ijs, quorum oculos Dæmon faſcinat.

2. Huic phantaſtico corpori *verum* corpus opponimus, quod non in ſola hæret imaginatione; nec in ſolis nudiſq; eſt externis ſenſibus: ſed quòd extra ipſos videntes eſt, quod ſuis veris cõſtat dimenſionibus, longitudine, latitudine, profunditate: & vt verè ſenſibus percipitur, ita verè extra ſenſus eſt; non minus, quàm quicũque, qui ſe oculis noſtris ingerit, homo.

3. Quæſtio nunc noſtra eſt, *Qualenam* corpus illud fuerit, in quo, ſub humana forma Deus ſe exhibuit, & quidem in illis, de quibus eſt ſermo, Apparitionibus Viſibilibus. Nam quemadmodum aliæ quędam ſunt Apparitiones Imaginariæ; ita mirum non eſt, ſi imaginarium fuerit corpus, ſub quo, in ijs, viſus eſt Deus.

4. Fuerunt, qui Chriſto phantaſticum, & apparens corpus tribuerũt, Hæretici: vt Marcion, cõtra quem ſcripſit Tertullianus, li. de Carne Chriſti: Lucanus, & Cerdon, quos Epiphanius, hæreſ. 41. damnat. Manichæi etiam, vt conſtat ex Auguſtino, hæreſ. 46. & Prodianitæ, teſte Philaſtrio, de Hæreſ. Denique Priſcillianiſtæ, vt refert Leo Pontifex, Epiſt. 93. cap. 4. & 17. Forſitan & hi, non niſi imaginarium tribuiſſent Deo, quando ſub corporea forma olim apparuit in veteri Teſtamento. Et iuſtus hoc Deo in veteri, quam Chriſto in nouo Teſtamento; propterea, quòd multo maior Chriſto, quàm Deo olim fuerit neceſsitas, & corpus, & verum corpus: & diuiniori modo aſſumendi. Sed quoniam hæc ſententia iam damnata eſt, pro Dei corpore phantaſtico nihil facit.

5. Interim ex hoc, quòd verum corpus aſſumpſit Chriſtus: verum quoque aſſumpſiſſe Deum in veteri lege non licet colligere. quia, vt diximus, longè alia, Chriſti noſtro gratiæ tempore, ratio; quàm Dei olim. Nec quia ex hoc illo aſtruere non licet, phantaſticum habuiſſe Deum aſſerendum eſt. Aſſerendum, adeoque aſſerimus *verum ſolidumqùe* corpus habuiſſe, quod ſuis conſtaret dimenſionibus: Hos inquam aſſerimus, & magnis iuſtiſsimiſque de cauſis aſſerimus.

6. Primò, quia phantaſticum corpus plerumque extra ſenſus aut exter-

externos, aut internos nullum *Eſſe* habet: at ſub corpore tali viſus eſt Deus; quòd extra ſenſus ſuum perfectū *Eſſe* haberet, non minus propemodum, quàm quodcunque aliud.

Deinde phantaſticum non ab omnibus ſemper conſpicitur. Poſ- 7.
ſunt aliqui eſſe præſentiſsimi, qui illud conſpiciūt, quibus tamen hoc ne in cogitationem quidem venit. At cùm ſe Deus in corpore exhibuit, omnium, qui præſentes fuerunt, oculis expoſitus fuit. Non hi viderunt, illi non viderunt.

Maius argumentum eſt, quod ab operationibus officijſque illius, 8.
ſub quo Deus viſus eſt, corporis, petitur. illæ tales fuerunt, quæ *vero*, non phantaſtico, corpori conuenirent: quales ſunt, manibus apprehendere, atque ex vno in alium locum deducere; quemadmodum deduxit Adamum, Geneſ.3. comedere atq; bibere; quemadmodum comedit & bibit in domo Abraham. Geneſ.18. virgam manibus geſtare atq; mouere; quemadmodum geſtauit, & mouit, quando egit cum Gedeone, Iudic. 6. luctuari; quemadmodum luctatus eſt cum Iacob Patriarcha, Geneſ 32. loqui; quemadmodum cum omnibus, quibus ſe exhibuit, locutus eſt Deus.

Sed &, ſi quando imaginarium corpus ſe offert, in ſenſus exter- 9.
nos poteſt nihil: aut poteſt admodum parum. Quantum verò potuit corpus, ſub quo aliquando conſpiciebatur Deus? Illud maximè, ſub quo Deum vidit Moyſes? Nec ſenſus illud ferre potuerunt; nec vita, ſi Toſtato credimus, vllis ipſum intuentibus eſſe ſalua.

Diximus aliquoties, ex B. Auguſtini ſententia, hac Viſibili Appa- 10.
ritione, qua ſe olim exhibuit, voluiſſe Deum ſpeciem dare eius, qua nouiſsimis diebus filius Dei mundo eſt reuelatus, corporis. Si igitur non verum corpus olim aſſumpſiſſet Deus; nonne erroris occaſionem ijs præbuiſſet, qui filio phantaſticum corpus attribuerunt.

Denique, quid prohibet, cur minus verum aſſumpſiſſe dici de- 11.
beat? Forſitan non potuit? *At omnipotens nomen* eius: Exod. 15. Forſitan potuit: ſed neceſſe non fuit. Verùm non neceſsitate rei, ſed voluntate Dei has Apparitiones metimur. Forſitan non conueniebat? Et cur quæſo? An quia verum corpus non Dei, ſed dæmonis eſſet opus: Manichæorum eſt hæc, iam multis ſæculis damnata ſententia.

Potuit igitur Deus verum corpus aſſumere. Nihil prohibet, cur 12.
minus aſſumeret. Conueniebat vt aſſumeret. Multa, quod aſſumpſerit, probant. Aſſumpſerit igitur. Sed quale quæſo? Hoc ſequenti Capite definiendum eſt.

Digitized by Google

CAPVT XII.

An viuum corpus fuerit, ſub quo Deus mortalibus olim exhibitus eſt.

1. CORPORIS veri diuiſiones aliæ atque aliæ ſunt, apud alios atque alios. Præcipua, aut inter præcipuas eſt, quæ *in viuum* & *non viuum* diuiditur. Viuum dicitur; quod ſui motus in ſe habet principium. Non viuum, cui motus ab extrinſeco affertur. Quale fuit, quod circumtulit olim Deus, quando inter mortales eſt viſus?

2. Omninò quis viuum dixerit, qui rem altius ſecum non expenderit: tum quod conuenire videatur, vt viuum haberet, qui & vita eſſet, & cui omnia (quod Deo tribuitur) viuere dicuntur: tum quòd quæ res viua corpora produnt, (vt ſunt locutio, comeſtio, ambulatio, ſermocinatio, hiſq; ſimilia) in eo, quo Deus apparuit corpore, obſeruata ſint cumulatiſsimè.

3. Interim tamen *viuum corpus* non fuit, ſub quo apparuit Deus. Quo enim vita vixit, ſi vixit? Aliqua enim vixerit, neceſſe eſt, qua verò? vegetatiuè, an ſenſitiua, an rationali? Si prima illa; non differebat à plantis, quis hoc dixerit? ſi ſecunda; eadem ipſius, quæ brutorum animantium conditio. Nec hoc quis conceſſerit, at ſi tertia; in genere humano fuerit; fuerit homo. ſiquidem Homo definitur corpore atq; anima conſtans animal. Hoc verò diciné poteſt? Si poteſt: Non iam in fine ſæculorum Deus homo factus eſt. fuerit homo ab orbe condito; quando etiam primis humani generis, poſt Deum, authoribus & propagatoribus apparuit.

4. Niſi fortè viuum corpus dicatur; non, quia aliqua, qua noſtra corpora viuunt, anima vixerit; ſed quia quod in noſtris animæ efficiunt, hoc ſuppleuerit Deus. Verùm nec hoc rectè philoſophantium chorus admittit. Permittunt hi Deo officium cauſarum efficientium; at formalium, à quibus vita eſt, non permittunt: ſed nec permitti poſſe exiſtimant; non minus, quàm cauſarum materialium.

5. Præterea, ſi hoc conſtituatur: quidni viuum corpus dici poſſet Deus ipſæ? Quemadmodum enim, quòd ex corpore & anima humana conſtat, verè homo dicitur: ita verè dicitur corpus viuum, quod compoſitum eſt ex viuo corpore, atque Deitate. Cui verò vel per ſomnium venit in mentem, vt Deum viuum corpus dicat?

6. Quæ viua ſunt corpora, maximè ſi perfectius viuentium, ſunt

primùm;

Digitized by Google

primùm concipiuntur:deinde paulatim formantur, firmantur, vires & robur acquirunt: diuerſis conſtant membris. Vnde hæterogenea dicuntur atque organica. Nihil horum in corporibus, ſub quibus Deus apparuit, obſeruatum eſt vnquam. Non concipiuntur: non formantur paulatim: non firmantur: non robur accipiunt & vires: non ſunt hæterogenea atque organica: quamuis talia etiam videantur.

Rurſus, quæ viua ſunt, ægerrimè vitam deſerunt, propter ſummã coniunctionem, quæ inter ipſa eſt, & ſpiritum quo viuunt. Relinquũt quoq; cum doloris ſenſu vehementi. Res quotidiana experientia certa eſt. At in his corporibus dolor nullus obſeruatur. Vitam quoque, & ſpiritum deſerunt facilimè. 7.

Adde, quod quæ viua aliquando corpora ſunt, adeoque vixerunt, illa poſtquam deponuntur atque relinquuntur ab ijs, quorum beneficio viuunt, dicantur mortua. Neque enim aliud eſt mors, quàm priuatio vitæ in eo, qui vixit. Quis verò vnquã de Dei mortuo corpore quidquam audiuit: Et tamen audiuiſſe debent meritò omnes, propterea; quòd corpus, quod aliquando aſſumpſit, depoſuerit, reliquerit. 8.

Nec quidquam mouere nos debet, quòd viuum corpus dicatur decere diuinam Maieſtatem. Quamuis enim Deus Opt. Max. vita ſit; & in ipſum maximè conueniat, quod Dei filius dixit, *Ego ſum vita:* quamuis ipſi omnia viuant: non tamen neceſſe eſt, vt quæ ipſe ſibi, in ſe, vel alijs vnit, aut ſibi ſuiſque vſibus accommodat, ipſius conditiones induant, id fiant, quod Deus eſt. An fortè cuncta hæc volumus in diuinam tranſire naturam? Dum res ſibi aſſumit Deus, ſuas rebus relinquit conditiones, reſque quod ſunt, manent. Si viuentes aſſumit, aſſumptæ viuunt: ſi aſſumit non viuentes, non ob id conditionem mutabunt, viuereque incipient. 9.

Sic nec firmum ſatis argumentum, quod ex operationibus ſumitur. Non vitales ſunt allatæ operationes; locutio, comeſtio, ambulatio, ſermocinatio, &c. ſpecie vitalium decipiunt: quemadmodum affabrè depictus homo, hominem verum mentitur. Non ſunt operationes illæ ab intrinſeco principio corporis illius, in quo obſeruantur: à Deo, vel Angelo, qui cum corpore eſſentialem vnionem non habet, in alieno corpore efficiuntur. Sed nec propriè merentur nomina comeſtionis, locutionis, ambulationis, ſermocinationis: quemadmodum poſterius dicetur. 10.

CAP.

CAPVT XIII.

An corpus, ſub quo Deus apparuit, fuerit organicum, & humano per omnia ſimile.

1. QVAMVIS viuum corpus non fuerit, ſub quo Deus apparuit; vt probatum eſt: veri tamen corporis imaginem ſpeciemque retulit; hominis inquam: quod conuicimus, cùm de forma, ſub qua Deus apparuit, ageremus. Nunc quouſque imago hæc, atque ſimilitudo ſe extendat, quærimus: vtrum, videlicet, ad omnia, quæ in humano corpore inueniuntur; an verò ad aliqua tantùm. Atque hoc eſt, quod ſuperiùs, Notatione, ante cap. 11. dicebamus, huc pertinere, vt explicetur, quæ corporis eius, in quo Deus exhibitus eſt, fuerit *conſtitutio*.

2. Quod proponimus, definiri commodè nequit, niſi (quod breuiſsimè pro inſtituti ratione facimus) prius, quæ humani corporis *conſtitutio* ſit explicetur. Illa igitur duplicibus partibus conſtat: quaſdam *Externas* poſſumus dicere, quaſdam *Internas*. Externas, quæ viſui ſunt obuiæ: vt ſunt manus, oculi, pedes, caput, &c. Internas, quæ ſub his latent; vt ſunt, in capite, cerebrum; in oculis, tunicellæ; in ventre infimo, inteſtina cum vaſis ſeminarijs; in medio, panniculi tres, quibus inuoluuntur diaphragma, mediaſtinus, tunica cingens coſtas; in ſupremo, cor, pulmo, &c. Externæ illæ oſsibus pleræque conſtant, carnibus, venis, cartilaginæ atque humoribus. Sic Internæ ſuas habet partes. Quales quales verò ſunt, ſuos certos in corpore habent ſitus & poſitiones: quemadmodum nôruut Medici, & ſenſus docent.

3. Eſt & aliud quiddam in humani corporis partibus: quòd quædam certis facultatibus, (Philoſophi potentias vocant) ſint inſtructæ; & aliæ quidem interioribus, vt memoria, phantaſia & ſenſu communi: aliæ verò exterioribus; vt videndi, audiendi, tangendi, guſtandi, olfaciendi. Verùm harum in præſenti ratio habenda non eſt, quemadmodum nec in corpore, de quo noſtra Diſputatio eſt, illæ inueniuntur: priores tantùm ſunt diſcutiendæ. De quibus ſic ſentimus.

4. Principio, Non illa eſt *poſitio*, atque ſuis membrorum internorum, in hoc corpore; qui in humano viuo obſeruatur; quemq; Deus Opt. Maximus illi indidit. In humano hîc omnino eſt neceſſarius, partim vt ſe vitamque ſuam homo conſeruet: partim vt vitales operationes exercere valeat. In corpore quod Deus aſſumpſit, nec vita erat conſeruanda: quia nulla erat: nec vitales exercendæ operationes; quia in eodem nullum erat principium, vnde illæ poſſent proficiſci.

5. Deinde, nec ipſæ, in hoc corpore fuerunt, *Internæ partes*, ſiue membra. Nullum cerebrum: nullus venter, aut inferior aut ſuperior, aut

medius

medius: nullæ in oculis tunicellæ; nulla inteſtina. Commune Philoſophorum eſt axioma, Deum atque naturam nihil facere fruſtra. At fruſtra, in hoc corpore, cerebrum: quod inter alia, ſomno ſeruit; quoniam ſomnum non capit Deus: fruſtra venter; cùm nullus pro ipſo cibus: fruſtra in oculis tunicellæ; quia hîc non ſeruiunt viſioni: fruſtra inteſtina; quia nulla per ipſa egeſtio. Legendus Abulenſis, quæſt. 13. ſuper caput 7. Exodi.

Tertiò, Nec in membris, quæ ſub ſenſum cadebant, *carnes*, fuerunt, aut *oſſa*; quemadmodum nec in toto, quod conſpiciebatur, corpore; nec in vlla totius corporis parte Hoc non ſolùm ea ratione dictum volumus, qua carnes atque oſſa viuentium tantùm partes eſſe dicuntur; verùm etiam, qua ratione illa conueniunt mortuis. Quapropter non viua tantûm carne, & viuis obſibus; ſed quoque mortua carne, mortuiſque oſsibus corpus illud deſtinuimus: ſumma, *omni carne, omnibus oſsibus.* Et de viuis dubium eſt nullum; quia vita carebat corpus: De mortuis etiam nullum; quia hæc eorum tantùm ſunt, quæ aliquando vixerunt. Legendus Abulenſ. quæſt. citata. 6.

Addo, quòd nec veros pedes, nec veras manus, veros oculos, veraque cura habuerit corpus illud: atque, vt vno verbo omnia complectar, *nullum verum humani corporis membrum.* Aſſertionis huius eadē, quæ præcedentis ratio, quoniam nec viua potuerunt dici illa membra, neque mortua. Hoc quoque ex ſententia Toſtati Abul. eadem quæſtione. 7.

Quocirca corpus, ſub quo Deus apparuit; præterea corporis eius partes, eodem ſe modo ad verum viuumque hominis corpus habuerunt; quo homo in imagine pictus, aut opera ſculptoris, in quacunque materia effigiatus, ad verum viuumqúe, quem natura produxit. Quemadmodum ibi præter hominis externam imaginem nihil eſt; ita in corpore, ſub quo Deus conſpiciebatur, præter externam hominis formam, hominis erat nihil. Si quid eſt, quòd in hoc corpore humanum dici poteſt; ſola eſt effigies atq; ſimilitudo. quæ in oculos incurrit. 8.

Ad nihil igitur, dicet aliquis, corpus hoc Deo ſeruiebat? Reſpondemus, Ad nihil. Veruntamen, quod *Deo* non ſeruiebat; ſeruiebat *nobis.* Scilicet, vt præſentem intelligeremus: maiori in obſeruantia haberemus; cognoſceremus quibus rebus eſſet inſtructus: quo ſtudio, quaque beneuolentia homines proſequeretur, & cætera. 9.

Verùm de his, quando de Apparitionum diuinarum finibus.

ſimè, quantum volunt ſpeculantur. Et de his Iſidorus, lib.8. Etymolog. Ex lib. de proprietatibus rerum, lib.15. cap. de Aethiopia.

Cùm igitur *lux* illa alterius ſit ordinis & naturæ à quacunque alia; oportuit & ſubiectum ipſius alterius ordinis atque naturæ eſſe à quocunque ſubiecto eorum, quæ in rerũ natura ſunt, & lucis ſunt capacia. Rurſus, cùm quæcunque in his inferioribus (imò in rebus creatis omnibus) vim agendi efficiendiué habent, perfectiores ſe res producere nequeant: neque verum erit corpus, quod lumen illud potuit produxiſſe. Quocirca *lux* illa, cum *corpore*. quo illa clarebat, alium, præter Deum, authorem habere non potuit: ideòque, & ipſam, & corpus oportuit de nouo, ex *nihilo*, eſſe productum. Ita Toſtatus. 12. Nos tria dicimus. 6.

Primum eſt. Non *ſemper* à Deo immediatè producta, atque ex *nihilo* facta eſſe corpora, ſub quibus ſe mortalibus in hominis ſpecie exhibuit, cum iiſdem que eſt conuerſatus. Pro huius Aſſertionis confirmatione nullis opus eſt argumentis. Res omnium rectè Philoſophantium ſententia eſt certa. 7.

Alterum eſt, Erroris (multò minus hæreſeos) damnari non debet ſententia doctiſsimi Toſtati. Quamuis enim aliter exponi poſsit Apparitio illa, Moyſi, cap.33. Exod. facta: temerè tamen damnari, non debet quod Toſtatus ſuggerit, Deum ſub humana forma, tanta luce claruiſſe; quantam homo ferre non poſſet: & cuius nullum productorum corporum: ſed nouum, ex nihilo à Deo creatũ, eſſet capax. Quod dicimus, confirmant quæ pro ſua ſentẽtia Toſtatus affert argumenta. 8.

Veruntamen, (quod tertio loco dictum volumus) quemadmodum aliud nullum, in quo Deus aliquando apparuit, & viſus eſt: ita neque illud, in quo poſteriora Dei vidit Moyſes, à Deo immediatè creatum, ſiue de nouo productum eſſe exiſtimamus. Eadem materia huius, quæ cæterorum omnium fuit. Clamant omnes ad *miracula* confugiendum non eſſe: vbi nulla vrget, vel cogit neceſsitas. At hoc ex nihilo productum corpus, non ſine magno miraculo admittere poſſumus.

Si in hac Moyſi facta Apparitione miraculum admittemus, cur non item in alijs? Et ſi non tantum, quantum in hac: cur non aliquantum? Si verò in alijs nullum: cur hîc tam egregium? tam excellens? tam diuinum? Quidquid in alijs Apparitionibus, quod ad corporis conſtitutionem pertinet, perfectum eſt, mediantibus naturalibus cauſis, perfectum eſt. Nihil virtute diuina: nihil ſupernaturali, & in illa igitur, qua Moyſi viſus eſt Deus, nihil diuinum, nihil ſupernaturale agnoſcemus. 9.

11. Dubium non eſt, quin quod filius Dei, in fine ſeculorum, corpus aſſumpſit, & in quo cum mortalibus eſt conuerſatus, multò præſtantius ſit illo, quod ſibi aſciuit Deus, quando Moyſi eſt exhibitus. At in hoc nullum creationis miraculum agnoſcimus. Ex virgineo ſanguine, & non ex nihilo fabricatum eſſe, cùm vniuerſa confitemur Eccleſia Catholica.

12. Sed alia forſitan ratio corporis Chriſti, quod ex Virgine Matre ſumptum eſt; alia eorum corporum, ſub quibus Deus aliâs viſus eſt: alia illius, ſub quo apparuit Moyſi, Exod. 33. Age, igitur, hoc diſcutiamus. Videamus tantanè ſit inter hæc diuerſitatis; vt hoc, Moyſi viſum, in noſtrorum corporum ordine, id eſt, inter illa, quæ prima molitione à Deo facta ſunt, reponi non debeat.

13. Negat reponi Toſtatus, propter immenſam *lucem*, qualitatem inquam; quæ quamcunque cuiuſcunque naturalis corporis, naturalem qualitatem excederet. Vnum igitur hic Toſtatus aſſerit: alterum infert & colligit. Aſſerit lumen, quo corpus illud fulgebat, quodcunq; creatum lumen excelſiſſe. Infert hinc, in aliquo prius creatorum corporum ſuſiſtere non potuiſſe: opus fuiſſe illi, nouo, & quidem ex nihilo producto corpore.

14. Primum omnium non ſatis firma videtur illa, quam Toſtatus facit, conſecutio. An non ſupernaturalis aliquando forma & qualitas, in naturali ſubiecto poteſt ſubſiſtere? Nihil dico de anima humana; quæ quamuis immediatè à Deo creetur, & quaſi ſupernaturalis ſit ordinis, in naturali tamen ſubiecto ſuam naturalem habet ſedem. Nihil dico de virtutibus Thologicis, aliiſque diuinitus infuſis habitibus, & donis; quæ & ipſa naturali anima contenta ſunt: dotes corporum glorificatorum, atque in primis ipſorum claritas, quæ ſupernaturalis ſunt ordinis an noua prorſus corpora, in quibus ſint, poſtulant? Non poſtulant. Eadem non ſpecie tantùm; eadem omnino numero erunt noſtra, quæ iam circumferimus corpora, cum illis; quæ in communi omnium reſurrectione induemus: quamuis nunc grauia ſint & obſcura; tum agilia, & ſplendorem ſolis ſua claritate ſuperatura. Hæc fides docet Sed de *conſecutione* nihil.

15. Etiam quod *aſſumitur* non ſatis eſt certum, tum in ſe, tum ob rationem, qua tamen inductus videtur Toſtatus.

16. In ſe non ita certum, quod aſſumitur. Quid enim, ſi quis dicat lumen ſolis, quod creatum eſt, maius fuiſſe, adeoque excelſiſſe lucem, qua claruit corpus à Moyſe viſum? Quid ſi dicat eandem ſuperaſſe lumen, & claritatem, qua perfundendi ſunt, poſt reſurrectionem beati? de quorum corporibus Laurentius Iuſtinianus lib. de diſci-

plina

plina & perfectione monaſticæ conuerſationis, cap. 23. habet, quod ſolis ſplendorem *ſepties* ſint ſuperatur?

Sed nec omnino aſſertionem probat ratio Toſtati; qua inde colligit lucem hanc longè quamcunque creatam ſuperare; quòd viuentium oculi ſalua vita ipſam ferre nequeant. Nam, ne dicam non temere poſſe dici, illud, *Non videbit me homo, & viuet:* hunc ſenſum habere; quod difficilè ſit hominem ſalua vita Deum ſub ea claritate videre (quemadmodum in Scriptura quod difficilè eſt, impoſsibile perſæpe dicitur) ne hoc, inquam, dicam; multa ſunt, quæ ſua præſentia mortem afferunt, nec tamen ordinem rerum naturalium egrediuntur. Indicauit Abigail marito ſuo Nabal, quid in ipſum ſtatuiſſet Dauid, 1. Reg. 25. *emortuum eſt cor eius intrinſecus,* vt ibidem dicitur, *& factus eſt quaſi lapis.* Quid ergò? an nuncium hoc, aut cogitatus, differt à quocunq; alio, quo ſimilia indicantur, vel concipiuntur, non tamen præſentem mortem afferunt? 17

18 Lumine ſolis aut ignis non dicitur afferri mors: vt afferri ſuo lumine inſinuat Deus, inquiens: *Non videbit me homo, & viuet.* Sed, quid ſi tam vicinum alicui ſit corpus ingentis ignis, aut ſolis quàm Moyſi fuit corpus illud radians diuinum? Certè ſolis lumine aut ignis poſſe afferri mortem, hinc coniectura accipitur: quòd quidam inſpectione aliquarum rerum: alij earundem auditione ita obſtupuerint, vt mox mortui conciderint.

CAPVT XV.

An corpus, ſub quo Deus apparuit, fuerit allatum ex cælo.

CREATVM à Deo, immediatè, non fuit corpus: ſub quo ipſe prioribus temporibus viſus eſt; Hoc præcedenti cap. eſt probatum Vnde igitur eſt? An forſitan allatum *ex cælo?* Hoc præſenti cap. inquirendum. 1.

Fuerunt olim Hæretici; qui corpus, à Chriſto Domino aſſumptum, in quo opus redemptionis humanæ perfecit, diuinitus ipſum attuliſſe docuerunt, propterea, quòd alicubi dicatur, 1. Corinth. 15. *Primus homo de terra terrenus: ſecundus homo de cælo, cæleſtis.* Ita cenſuerunt Gnoſtici; apud Iræneum, lib. 1, cap. 5. Valentinus, teſte B. Auguſtino hæreſ. 11. & Tertulliano, lib. de Præſcript. Hæreticorum: Vtrum hi quoque ſenſerint Deum ſuum, in quo olim viſus eſt, diuinitus attuliſſe, & in eo hominibus apparuiſſe, dubito. 2.

Quidquid ſit; in priori illo grauiter errârunt: & hoc nomine meritò, tanquam hæretici, damnati ſunt. Non attulit Chriſtus corpus ſuum de cœlo. Incarnatus eſt de Spiritu ſancto; *natus ex Maria Virgine* 3.

gine. Semen Abrahæ apprehendit. (Hebr. 2.) *factus eſt ex ſemine Dauid, ſecundùm carnem*. (Rom. 1.) *Verbum caro factum eſt*. (Ioan. 1.) *Quia pueri communicauerunt carni & ſanguini: & Filius Dei participauit iiſdem*.

4. *Cæleſtis* verò homo dicitur: aut quia cæleſtem vitam vixit, ab omni labe peccati immunem; vt exponit Beda, poſt Auguſtinū, in dictū locum; aut propter gloriam, quàm à principio habuit ſecundùm animam, quæq; corpori etiam tum debebatur, quamuis eidem, ante reſurrectionem, non fuerit communicata: vt Chryſoſt. hom. 42. in 1. ad Corinth. aut ratione diuini & cæleſtis ſuppoſiti, vt habet Nazianzenus Orat 15. aut propter ineffabilem modum conceptionis ſupra totum naturæ ordinem, cæleſti quadam virtute perfectæ, ſicut Ambroſ. interpretatur, ſuper 15. Corinth.

5. Veruntamen quamuis de Chriſto ſine hæreſeos crimine ſentire non liceat, quòd de cælo ſuum corpus attulerit non tamen mox idem crimen incurrunt, qui de cælo allatum cenſent, in quo viſus eſt Deus olim Patriarchis, aliiſque ſanctis viris. An quoque ſunt ſine *errore*? Non ſunt. quemadmodum ſequentibus docemus.

6. Dupliciter intelligi poteſt cælitus allatum eſſe corpus hoc, vt ita dicam, diuinum, de quo noſtra eſt diſputatio. Vno modo, vt ex aliquo orbium cæleſtium pars ſit detracta, & huic Deus formam effigiemque hominis indiderit; poſteaq; aſſumpſerit, & in aſſumpta apparuerit. Altero modo, vt orbibus cæleſtibus nulla ſit vis ablata, nec ipſi vlla ſui parte ſint minuti; ſed ſupra ipſos corpus aut ante fuerit, aut tunc creatum; quod Deus deferens, ſibi apud mortales, in hominis forma voluerit ſeruire. Vtrum verò dici poteſt, ſi in cælitus allato corpore apparuit? Neutrum profectò.

7. Nullam Deus cæleſtibus orbibus vim intulit vnquam. Nulla, ne minima quidem, ipſos parte priuauit. Tam reliquit omni tempore integerrima, quàm integerrimè ab initio condidit: quàm integerrimè ad finem ſæculorum, quin imò in omnem æternitatem eſt conſeruaturus. Hoc & Chriſtiani fatentur conſtanter: & præter Chriſtianos cognouerunt Magiſtri naturæ, Philoſophi; imprimis princeps & Coriphæus omnium Magnus Ariſtoteles. Apud omnes receptiſsimum eſt Axioma: *Cæli ſunt ingenerabiles atque incorruptibiles*.

8. Deinde, Ex quo orbe pars aliqua pro hoc corpore formando deſumpta eſſet? An ex infimo, quem Lunæ vocamus? an ex ſupremo?

an ex mediorum aliquo? Vt ex infimo aſſumpta ſit,dignitas aſſumentis vix patitur.qui profectò,ſi ſibi in his inferioribus conueniens aptumq́ue ſatis non potuit inuenire,ex ſuperiori aliquo orbium atque digniore partem mutuatus eſt.Sed iam reſpondendum eſt,quo modo hãc per inferiores orbes potuit ad has inferiores partes transferre:ſine maxima naturæ moleſtia?ſine magno miraculo? corporũ cæleſtium aut penetratione,aut ruptione?

Rurſus,Poſtquam portionem hanc de cœlo detraxit? ſi detraxit) Deus aliunde corpus in detractæ partis locum ſubſtituit? aut hians aliquod foramen reliquit?Poſterius perfectio cælorum non patitur:ſi,quod dicitur,verum eſt: *Turpe eſt omne foramen.* Si verò ſuppleuit;vnde,quo suppleret accepit?Niſi fortè mollia, & fluida dicamus eſſe cæleſtia corpora,quæ mox,parte ipſorum aliqua dempta confluant,defectumq́ue compleant. 9. 10.

Propterea,Quomodo Deus ſub corpore illo potuit ab hominibus videri?Cæleſtium corporum hæc natura eſt, vt ſint tranſparentia,& viſum nequeant terminare. Quo modo item potuit tangi? Primis illis ſecundiſq́ue tactibilibus qualitatibus, ſiue quibus tactus non eſt,deſtituti ſunt cæli;Et tamen viſus eſt,ſub aſſumpto corpore, Deus:tactus eſt,ſub aſſumpto corpore,Deus.

Denique, Poſtquam corpus hoc Deus depoſuit:(Neque enim ſemper retinuit, quemadmodum nec ſemper ſub corporea forma conſpicitur:)poſtquam igitur hoc corpus depoſui : cælóne ſiue orbibus cæleſtibus portionem ablatam remiſit;an inter illa, quæ ſub cælo ſunt corpora reliquit?Si remiſit,redeunt priora,quæ iam aſſignauimus,monſtra naturæ.Si reliquit,permiſcuit æterna coruptibilibus;: cæleſtia terrenis; infima ſummis. quo fine verò?aut in quem vſum? 11.

Non igitur ex cæleſtibus orbibus confectum corpus,quod Deus olim aſſumpſit. An forte ſupra cælos aliquod fuit,quod inde ad nos delatum? Nec hoc cum ratione dici poteſt.Quemadmodum conſtans eſt omniũ rectè philoſophantiũ opinio, corpora cæleſtia omnis ortus interituſq́ue eſſe expertia:ita non minus conſtans,ſupra ipſa nullum eſſe corpus:ipſa eſſe fines atque terminos mundi à Deo códiti,corporumq́ue omnium. 12.

Forſitan dicetur,creatum à Deo,ibidem, aliquod corpus, indeq́ue ac mundum hunc inferiorem tranſlatum, Poteſt quidem,ibidem corpus creari:at vel noſtrum,de quo eſt quæſtio,vel aliud aliquod ibi creatum eſſe,quis dixerit?cùm vt crearetur,nulla neceſſitas poſtularit? 13.

Creatæ

14. Crearit etiam ibidem Deus corpus: ſed quomodo tandem illud ad nos peruenit?per tot medios, vaſtiſsimosque orbes? An hi creato illi ceſſerunt? an non hoc; ſed corpus noſtrum orbes penetrauit? Si ceſſerunt;errant quicunque cæleſtium corporum illam dicunt eſſe conditionem;vt conſtátiſsima ſint: æterna ſint: diſſolui non valeant. Si non ceſſerunt;ſed diuinum hoc orbes penetrauit;penetratio fit corporum; quam tantopere natura refugit, vt non niſi diuina virtute (quis illam hic admitteret?)coacta, patiatur.

15. Quærimus etiam,Quanto tempore ad nos corpus illud peruenire debuit: vt peruenerit in inſtanti;natura non permittit: vt in breuiſſimo;vix credi poteſt, propterea, quod Mathematici non quidam inter nos: & decimam ſphæram, 75577155. conſtituant miliaria. quæ profecto,ſi conficí debeant,longum tempus requirunt.

16. Et quale illud corpus potuit fuiſſe? Eiuſdemúe cum noſtris hiſce ſublunaribus rationis,& conditionis? At tum quid illo,tam longe petito,opus erat;cum noſtra hæc ſufficiſſent? An cæleſtium naturam habuit? At cæleſtia Deo hîc non potuiſſe ſeruire demonſtrauimus. An & illa, & hæc virtute dignitateque ſuperauit? at multò tum minus potuit Deo ſeruire.

17. Libet quoq; hoc interrogare, Vbinám relictum corpus ſit, poſtquam iam vſibus Dei ſeruire deſijt,atque depoſitum fuit? Non veriſimile eſt Deum voluiſſe idem rurſus ſupra cælos transferri, vt quoties indigeret,ſciret vnde petere poſſet. Quòd verò cum his inferioribus relinqueret, nec dignitas illius corporis permittit, nec Dei ſapientia, qui in rerum natura nihil patitur eſſe fruſtra; quemadmodum profecto fruſtra tot ſæculis ilud corpus iam fuiſſet.

CAPVT XVI.

An corpus, quod Deus aſſumpſit, formatum fuerit ex corporibus mixtis, ijs quæ ſub cælo ſunt.

1. NONDVM materiã habemus, ex qua Dei, id eſt, in quo Deus apparuit, corpus confectum eſt. Non factum eſt ex nihilo Non factum ex cælo, vel aliquo, quod ſupra cælum poteſt fingi, corpore. Quæramus igitur in ſublunaribus corporibus, quænam materiam vel præbuerint, vel præbere potuerint. Niſi ex his aliquod inueniamus, non reſtat vbi quæramus.

2. Duplicia verò ſub cælo corpora ſunt: ſimplicia atque mixta. Illa ex alijs corporibus non conflantur: hæc ex ſimplicibus compoſita ſunt: vnde & mixta dicuntur. Simplicia quatuor tantùm inueniũtur, quæ communi *Elementorum* nomine indigitantur, quod quaſi principia

cipia ſint,atque elementa aliorum .Mixta ſunt duplicis generis.Quædam *perfecta* vocantur, quæ ex quatuor elementis conſtant: quædam *imperfecta*;in quibus non omnia elementa concurrunt, ſed nunc pauciora,id eſt,duo;nunc plura,id eſt tria.Sed vtra materiam Dei corpori ſuppeditant? Non mixta. Id ſequentibus & explicamus & docemus.

Non negamus,quin Deus,(quemadmodum & Angeli) mixta corpora valeat aſſumere:aut ex mixtis ſibi aliquod effingere, in quo ſe viuentium oculis obijciat.Forſitan & Angeli;qui Dei ſæpè hic vices ſuſtinent,talia aliquando aſſumpſerunt,& ſuis vſibus accomodarunt. Certè Dæmones,qui & ipſæ in aſſumptis corporibus aliquando conſpiciuntur,& poſſe hæc aſſumere,& aſſumpſiſſe non raro, credimus; & multis modis probat Diſputatio de locis infeſtis. 3.

Sed tamen quòd his maximè *perfectioribus* illis vtatur Deus,veriſimile non eſt:tum quod ſimplicia illa in hoc negotio commodius ſeruiant:tum quòd hæc vſibus his nullo modo videantur commoda. Prius illud ſequenti capite docebitur;poſterius ex ſubiectis rationibus,quas breuiter perſtringimus. (Neque enim in re clara opus eſt pluribus)manifeſtum erit. 4.

Primùm;quando Viſibiles hæ Apparitiones fiunt; ſubitò formantur ipſa corpora abſque aliorum aut corruptione, aut graui alteratione.Res omnium iudicio eſt certa.At mixta illa, ſi in formam effigiemque humanam tranſire debent,aut neceſſe eſt corrumpantur, aut graues ſubeant alterationes. 5.

Deinde,credi non debet, quod mixta hæc Deus velit deſtruere: cùm amet omnia,quæcunque creauit;nullaque neceſsitas ſit, quæ vt his vtatur,cogat:Quidni igitur vtetur iis; ex quibus omnia mixta conflata ſunt? Vt quemadmodum in quo apparet, hominem refert; ita eo vtatur;ex quo ſecũdum aliquid ſui homo eſt cõpactus?hoc verò mixtum corpus non eſt. 6.

Præterea,ſi ex mixtis corporibus aliquod hic vellet ſeruire; humanum maximè vellet;cum quotieſcunque apparet,ſub humano appareat, vt docuimus Cap.4.huius diſputationis. At ex humano ſibi conflat nullum: nullum aſſumit humanum.Ex quaſi quæſo?vel quale?viui adhuc hominis an mortui? vt mortui, indignum: vt viui indecens. 7.

Mortuorum corpora in honore habentur.& vt habeantur ſuadet ratio: cogunt leges; Ciuiles & Eccleſiaſticæ? patet hoc capite 89. Diſputationis de locis infeſtis.Sed & Sancti, Dei homines,in honore illa eſſe habenda docuerunt ſuo exemplo. Et benè iuſtiſsimeq; fieri 8.

Digitized by Google

Deus multis modis demonſtrauit, omnibus propemodum temporibus. Illa igitur ipſe reſoluet? his vſibus accomodabi?

9. Viuorum corpora, ſi aſſumit: vel ita aſſumit, vt ſua ipſis vita maneat: ſed tamen ille ipſe agat, moueat, & quæ vult, in ipſis, & per ipſa, exhibeat atque perficiat: (quemadmodum Dæmones in obſeſſis hominibus) vel vt vita priuet, dum iiſdem vtitur. Hoc ſecundum quis de Deo cogitauerit? primùm verò fieri non poſſe illa demonſtrant, quibus ſuperius probatum eſt, non viuum eſſe corpus, quo ſe Deus exhibet; pluribus in re certa non opus.

CAPUT XVII.

An corpus, ſub quo Deus viſus eſt, ex elementis conſlatum fuerit.

1. EX *Elementis* conſtitui corpus, ſub quo Deus, vel Angeli aliquando viſi ſunt, ex dictis quiuis facilè concluſerit. Cùm enim non ex nihilo fiat, ſed aliquo; atque hoc ſit corpus, aut cæleſte, aut ſupra cælum exiſtens: aut mixtum, reſidens ſub cælo; neceſſario erit ſimplex, ſub cælo, id eſt, ex elementorum numero aliquod. Hæc enim ſola ſub cælo ſimplicia corpora dicuntur.

2. Atque hoc conſtantiſsimè docent Sacroſanctæ Theologiæ Doctores, & in rerum naturalium cognitione exercitatiſsimi Magiſtri, in doctiſſimis ſuis, quæ in 8. diſtinctionem libri ſecundi, Petri Lombardi, ſcripſerunt Commentarij. Nec malè, cum enim hæc omnium rerum principia ſint, quidni quoque materiam ſubminiſtrabũt corpore, in quo viſus eſt aliquando Deus? An fortè hic ſeruire non *potuerunt*? an potuerunt quidem, ſed non *debuerunt*.

3. Potuiſſe inde manifeſtum eſt, quòd quæcunque in corporibus & per corpora, in quibus Deus apparuit, perfecta ſunt, eo quoque, quod ex elementis conſlatur, poſſint confici: qualia ſunt, humanam formã induere; colorem in ſe recipere: de loco in locum moueri: ſonum ſiue vocem edere: cibum ad ſe recipere: eundem recuſare; homines ad ſe rapere, virgas geſtare, &c.

4. Si verò ſeruire potuerunt elementa, nõ tamen debuerunt hîc Deo, quæ huius cauſa? An quia Deum his vti non conueniebat? An quia ipſa elementa indigna, quæ hîc Deo ſeruirent? An denique, quia opera, quæ à Deo in aſſumpto corpore perficiebantur, in elementa non conueniebant?

5. Dei Maieſtati hæc corpora non officiunt. Quemadmodum dignitati, & ſplendori ſolis nihil incommodat, ſiue radios in hæc, ſiue illa, aurea vel ſordida, corpora coniiciat: ita diuinæ maieſtati nihil,

quod

Digitized by Google

quod ſe, ſub his corporibus, mortalium oculis offerat conſpiciendū.

6. Nec indigna ſunt hi officijs elementa: quia per hæc nulla ipſis dignitas accedit: quemadmodum neq; inſtrumento; quod ipſo non pannoſus aliquis, ſed excellentis ingenij vtatur Magiſter.

7. Quod verò opera hîc in elementa non conueniant; vel non rectè dicitur, vel ad rem fecit nihil. Quæ enim paſsionem important; vt cuicunque alteri corpori, ita elementis poſſunt conuenire. Quæ actionem ſignificant; illa vel non corpori, vel non propriè corpori; ſed Deo, aut certè Angelo, Dei hîc perſonam ſuſtinenti, tribuuntur.

CAPVT XVIII.

An corpori, ſub quo Deus apparuit, conflando ſeruierint omnia, & ſola elementa.

1. QVATVOR ſunt elementa, ſiue, ſub cæleſtibus orbibus, ſimplicia corpora, ignis, aer, aqua, terra. *Ita* hactenus ferè docuerunt, & docent Philoſophi. Hæc materiā corpori, quòd Deus aſſumpſit quando ſub humana ſpecie eſt viſus, ſubminiſtraſſe, & conuenienter ſubminiſtraſſe, dictum eſt, & probatū præcedentibus Cap. Sed ſubminiſtrantné omnia & ſingula? Hoc nunc conſtituendum eſt: Examinemus prius extrema; tum media. Forſitā hæc ſatisfacient.

2. *Terra* igitur (hinc initium ſumamus) non fuit ex qua diuina (ita vocemus) corpora confecta fuerunt. Tria hæc demonſtrant. Primum, corpora hæc mox fiunt: ſubitò formas, quas, qui apparent, deſiderant, recipiunt: & qua ratione vtrumque perficiatur, nullo ſenſu deprehenditur. At ſi terra ipſis ſeruiret: non ita ſubito conficerentur: non ſubitò quaſuis formas reciperent, & quomodo vtraque fierent nō oculorum tantùm, verùm etiam tactus iudicio poſſet conſtare.

3. Deinde, affectiones qualitateſque terræ retinerent hæc corpora aut profectò non niſi magna vi adhibita deponerent. At in hiſce corporibus terrę qualitatum affectionumq; nullam deprehendimus. Non ita ſolida ſunt firmaq;, vt terra: non grauia & tanta, vt terra: non eos ſemper colores referunt, quos terra.

4. Denique, omnino quando hæc corpora relinquerentur terræ, aliquis pugillus remaneret, in quem reſoluta fuiſſet; quemadmodum poſt igne conſumptum corpus, relinquuntur cineres. At corpora hęc mox ex intuentium oculis diſparent: & ſui, veluti inanes vmbræ, relinquunt poſt ſe nihil.

5. In altero extremo *Ignis* eſt. Nec ex corpora, quæ diuinis vſibus ſeruiunt, componuntur. Quamuis enim ille terra eſſet aptior, quòd faciliùs, quàm terra, quaſuis formas recipiat; ne tamen aſſumatur vis agendi, quæ in igne maxima eſt, prohibet. Quomodo non omnia vicina corpora diuinum conſumeret, ſi ex igne compactum eſſet atque conflatum? Et oculi intuentium quo modo ipſa ferre poſſent?

6. Nec eſt, quòd raritatem ignis elementaris quis hîc opponat: vim argumenti auget illa non parum. Quò enim ſolidior denſiorque ignis, eò vis agendi ipſius maior, quemadmodum candens ferrum probat. Itaq; ſi ignea eſſent hæc corpora, cùm ſolida ſint, & denſa, quemadmodum ſub minori mole, plus ignis haberent; ita & in vicina corpora atrocius graſſarentur, & ſæuirent.

7. Accedit, quòd hæc viderentur ſurſum ferri, mox vt à Deo deponuntur. Surſum ſiquidem proprius locus ignis eſt. At non ſurſum tendunt depoſita. Mox ex oculis præſentium euaneſcunt. Et, vt ſurſum tendere viſa ſint aliqua (vt illud, in quo parentibus Samſonis viſus eſt Dominus, quod *cũ flamma aſcendiſſe*, dicitur Iud. 13.) nõ tamen omnia. Vt interim taceam dici poſſe, nec illud ſurſum tetendiſſe; ſed in flamma; quæ ſupra ſe exurgebat, euanuiſſe.

8. *Media* igitur elementa ſunt, quæ Dei corpori formando ſeruiunt? Ita omnino exiſtimamus. An vtraq; aer & aqua? *Aer*, aut ſolus, aut præcipuè. Ita docent Scholaſtici Doctores in Magiſtrum, li 2. diſt. 8. Bonauentura ibidem, qua ſt 2. his adiungit B Gregorium, atque Bedam. Gregorius ſic loquitur. *Nunquam Abraham Angelos* (Deum) *videre potuiſſet, niſi corpus ex aere aſſumpſiſſent*: Bedæ hæc ſunt verba: *Angeli ad nos venientes, corpus ex aere ſumunt.*

9. Quod hi docent, id hac ratione confirmari probarique credimus. Corpus, quòd vel Deus, vel Angeli aſſumunt, ſcilicet quando mortalibus ſeſe exhibent, ſub viſibili ſpecie, oportet tale ſit, quod facilè cõponatur & formetur: colorum humanorũ ſit capax: & ſi deponatur atque diſſoluatur, nihil ſui, quod in oculos præſentium incurrat, poſt ſe relinquat. Sed tale maximè eſt hic aer: Aer igitur erit corpus, quod à Deo, vel Angelis aſſumitur, quando ſub viſibili ſpecie mortalibus apparent.

10. De priori propoſitione dubium nullum eſt; quia ſubitò corpora hæc fieri obſeruamus: ſubitò ex oculis euaneſcere: formas quoque, coloreſque humanos ita ſubitò concipere atque deponere; ſicuti ſubitò & formantur & diſſoluuntur. Nihil quoque ſui poſt ſe relinquunt, quando deponuntur. Quidni igitur ex ſimilibus corporibus conflantur?

Iam verò *aeri* conueniunt hæc omnia. facilè condenſatur, componitur atque compingitur: quemadmodum & facilè rareſcit, colorum variorum eſt capax: probat hoc Iris. ſed & compactus ſi diſſoluatur, non comparet: vt ob id meritò nihil ſui relinquere dicendus ſit. Colligitur igitur *aerem* Deo in viſibilibus Apparitionibus ſeruire.

Vnum tamen dictis addendum, nomine *aeris* nos etiam vnumquemque vaporem, atque adeò nubes comprehendere: tum, quòd in puro naturalique aere colores, qui in his aſſumptis corporibus obſeruentur, non videantur eſſe: tum, quòd in iiſdem tanta aliquando condenſatio, alteratioque fiat, quantam purus aer, ſalua ſua ſubſtantia, non admitteret. 11.

Itaque & Bonauentura, cùm ſententiam illorum, qui elementarem aerem his corporibus ſeruire credunt, expoſuiſſet, poſterius hoc, quod aſſerimus, magis probat. Verba eius adſcribimus: *Sunt*, inquit, *qui dicunt corpus aſſumptum ex elementari ſimplici aere formari, hoc modo. Natura elementaris, ex qua corpus format Angelus, eſt aeris elementum, quod de ſui natura eſt rarefactibile, & cōdēſabile, ſi adſit virtus, quæ hoc poſſit. Vnde ſicut nunc videmus aquam ſolidari in criſtallum vel glaciem ex frigore: ſic contingit aliqua virtute occulta, qua non latet Angelos, aerem condenſari poſſe, ſecundùm plus & minus, ad voluntatem Angeli operantis. Hoc autem corpus dum condenſatur, poteſt ſuſcipere figuram & effigiem: & ita corpori organico effici conforme. Poteſt nihilominus in vna parte condenſari plus; in alia minus, in alia minimè. & ſecundùm hoc in ſe habere diuerſos colores: & ita corpori humano effici; quaſi in omnibus ſimile. Sed adhuc* (addit Bonauentura) *quia hoc difficile eſt intelligere, quo modo ex aere, ſine alterius elementi commixtione, fiat corpus ſolidum, & diuerſis coloribus coloratum; cùm colores producere non ſit artis, niſi mediante auxilio naturæ; ideo tertia via detur adhuc probabiliter: ſcilicet, quod corpus aſſumptum, ab Angelo, corpus purè elementare non eſt: non quia ſit ex quatuor elementis: neq; quia ſit ex puro, & ſimplici elemento formatum; ſed quia principaliter formatur ex aere cum aliqua admixtione alterius. ſicuti videmus in nube, quæ non eſt corpus plenè mixtum; habet tamen in ſe naturas plurium elementorum. Per hunc modum, & corpus ab Angelo aſſumptum principaliter, ab aere intelligitur eſſe formatum, concurrente ad hoc natura alicuius vaporis terrei, vel aquei; qui quidem tam faciat ad varietatem condenſationis; quàm ad multiformitatem coloris. Hanc autem non oportet Angelo de longinquo mendicare; cùm aer, pro magna ſui parte, ſit commixtus vaporibus.* Hactenus Bonauentura. 12.

CAPVT XIX.

Docetur in conſideratione cauſa Efficientis trium rationem eſſe habendam.

1. TRIA in Viſibili Dei apparitione, de qua agimus, inueniuntur, & ſub videntium aſpectum cadunt: corpus, forma, & operationes. *Corpus* eſt, quod circumfertur, in quo forma reſidet, & per quod operationes, quæ fiunt, videntur exerceri. *Forma*, ſub qua corpus in oculos mortalium incurrit. *Operationes*, quædam quaſi ſunt ipſius corporis functiones & officia.

2. Horum omnium cauſa efficiens inquirenda eſt; veruntamen ita, vt in ſingulis, vel aliquibus ipſorum, tria inueſtigentur; quiſnam ipſa *effecerit*: quis *aſſumpſerit*: & quis *modus*, quo vel effecta ſint, vel aſſumpta.

4. *Fictio* in dictis omnibus locum habet, ideoque inquirendum, quis corpus effinxerit, in quo Deus apparuit: quis effinxerit formam, ſub qua apparuit: quis etiam effector & author operationum, quæ in formato corpore exercebantur.

5. *Aſſumptio* propriè locum habet in corpore; forma quoque tum, quando ipſa neceſſariò cum corpore coniuncta eſt, aliâs nō item. Ad operationes ipſa ſe non extendit. Eiuſdem quoque modus inquirendus eſt, quo corpus indiuiduaque eius forma aſſumpta eſt. Itaque hîc inueſtigandum; Quis corpus, quod ſub ſenſum cadebat, vnà cum forma aſſumpſerit: rurſus, Quomodo vtraque aſſumpſerit.

6. *Modus* in fictione & corporis, & formæ; atque item in operationibus perſcrutandus; & in corporibus, indiuiduæq; eius formæ aſſumptione Explicandum. Quo modo effictum corpus: quo modo forma; quo modo operationes. Rurſus, Quo modo aſſumptum corpus eiuſque indiuidua forma.

7. Aſſumptionem verò à fictione, ſiue molitione corporis diſtinguimus, hîc, dum cauſam *Efficientem* inquirimus. quia alius poteſt eſſe efficiens cauſa corporis formandi, alius formatum productumq; aſſumere, in eoq; operationes ſuas functioneſq; exercere.

8. Quod dicimus clarum eſt in rebus arte elaboratis. Hæc ſæpiſſimè alias cauſas habent efficientes, à quibus productæ ſunt: alias, quæ res iam productas & factas aſſumunt, ijs vtuntur, per eas officia ſua exequuntur, munia exercent. Sartor v. g. veſtem conficit; & eius dicitur cauſa efficiens: verùm illam aſſumit homo nudus; & ſe vel

eadem

eadem ornat, vel contra aeris iniurias, aut cæli inclementiam munit & defendit.

Clarum eſt idem in rebus naturalibus. Deus in prima ipſarum molitione; corpus finxit humanum. at illud non Deus, qui finxit, aſſumpſit; ſed ab eodem Deo condita rationalis anima. Et noſtrorum corporum veri ſunt efficiensque cauſa noſtri parentes: ſed aſſumuntur ab animabus, quæ non à parentibus propagantur, ſed diuinitus, à Deo, infunduntur. 8.

Adhuc clarius in Incarnationis ſupernaturali myſterio perſpicitur quod dicimus. Ibi alius eſt, qui humanum Chriſti corpus effinxit: alius, qui aſſumpſit. Effinxit non ſolus Filius: aſſumpſit tamen ſolus Filius. Quemadmodum poſterius hoc fide Chriſtiana inſtructi, profiteri cogimur; ita prioris contrarium, ſine hæreſis apertiſsima nota, dicere non poſſumus. In Chriſti corpore formando tota Trinitas operam ſuam locauit; quia vt habet commune Theologorum axioma, *Opera Dei ad extra ſunt indiuiſa*: ſed tamen ſolus Chriſtus corpus aſſumpſit: quia de illo ſolo verum eſt, quod dicitur: *Et homo factus eſt.* 9.

In præſenti quoque negotio Apparitionum diuinarum locum habet diſtinctio hæc fictionis ſiue formationis, atque aſſumptionis. quoniam in his quidam tribuunt alteri efficientiam, vt ita dicam, corporis ſub quo Deus apparuit: alteri verò eiuſdem aſſumptionem, & ab vno negant potuiſſe fieri corpus: hoc putant ab eodem potuiſſe aſſumi; & quod aſſumi ab hoc negant, ab hoc fieri formarique aſtruunt. 10.

Veruntamen neceſſe non eſt, *ſemper* alium eſſe, qui corpus efficiat; alium qui aſſumat. Nonne idem quandoque ſartor & veſtem conficit; & mox eandem aſſumit, ſeque induit? Et Chriſtus Dominus, nonne vna cum Patre, & Sancto Spiritu ſacratiſsimum ſuum corpus formauit; atque ipſe deinde factum formatumque aſſumpſit? 11.

Et in hoc diuinarum Apparitionum opere idem vſuuenire poteſt: vt idem ille; qui corpus confecit formauitque: formatum à ſe confectumque induat. Et rurſus, alius eſſe poteſt, qui conficiat; & alius, qui aſſumat, atque circumferat. Quomodo verò res ſe habeat, ſequentibus explicandum eſt. 12.

Eius prius admonendus Lector: de *duobus* tantùm efficientibus vniuerſam hanc diſputationem inſtitui; Deo: videlicet, & Angelis. Cùm enim horum duorum tanquam efficientium cauſarum, eorū, quæ in diuinis hiſce Apparitionibus inueniuntur, tantùm in Sacris Scripturis fiat mentio: profectò omnia, vel Deum, vel Angelos habebunt authores & cauſas efficientes. 13.

CAP.

Digitized by Google

CAPVT XX.

Quiſnam finxerit corpus, in quo inuiſibilis Deus olim mortalibus viſibilis apparuit.

1\. NON ignoramus vniuerſa, quæ in rerum natura ſunt, vnum ſolumque Deum habere authorem. Credimus ipſum eſſe *omnipotentem factorem cæli & terræ, viſibilium atque inuiſibilium*. Cum ſanctiſsimo Ioanne (cap. 1.) dicimus: *Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil*. Placet confeſsio Eſther (cap. 13.) *Tu*, inquiens, *feciſti cælum & terram, & quidquid cæli ambitu continetur*.

2\. Hæc, inquam, non ignoramus: hæc credimus, agnoſcimus, profitemur. Nec tamen fruſtra quærimus; Quiſnam *corporis*, in quo Deus olim viſus eſt, ſit conditor. Quoniam licet, in prima orbis molitione, omnia per Deum ſint condita, poſterioribus tamen temporibus quædam, præter Deum, poſſunt alios habere authores; quemadmodum in omnibus naturalibus rebus, quas quotidie produci produceréue conſpicimus, obſeruamus.

3\. Sed & his ipſis rebus, quas quotidie, aut nouas videmus producere; aut de nouo produci, Deum nequaquam excludimus. *In ipſo viuimus, & mouemur, & ſumus:* Act 17. *Ex ipſo, & in ipſo, & per ipſum ſunt omnia*: Colleſſ. 1. Ita cum agentibus omnibus agit; vt ſine ipſo poſsint nihil. ita iuuat; vt potiores in agendo partes obtineat, vt idcirco iuſtiſsimè ipſa quoque naturæ opera eidem ſacra ſcriptura tribuat. *Pelle & carnibus*, inquit non indoctus Iob, cap. 10. *veſtiſti me, oſsibus & neruis compegiſti me: & ſicut lac me coagulaſti.* Et Chriſtus, Matth. 6. *Si fœnum agri, quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur*, Deus ſic veſtit, &c. & Dauid, Pſalm. 146. *Qui producit in montibus fœnum*, &c.

4\. Quamuis igitur omnia per ſe ſolum in principio fecerit Deus Opt. Max. quamuis, poſterioribus temporibus, cum omnibus agentibus concurrat; & quidem immediatè; non fruſtra tamen noſtra inſtituitur quæſtio: non fruſtra quæritur, Quis corpus, in quo Deus olim mortalibus eſt viſus, finxerit; quia vtrum à *ſolo* Deo factum ſit controuerſia eſſe poteſt; an potius ab Angelorum aliquo, Deo nihilominus concurrente, adiuuante, cooperante.

5\. Et de *ſolo* Corpore quæſtio eſt; non de corporis forma, & ſpecie. de hac poſteriùs agendum: hîc ſolius corporis rationem habemus. Nec tamen de omni, ſub quo viſus eſt; ſed illo ſolo, ſub quo apparuit Moyſi, Exod. 33. cùm ſecundò ille montem, legem à Deo accepturus, aſcendiſſet. In cæteris, quibus Deus exhibitus eſt, corporibus,

bus, cùm præter aerem vaporemque nihil agnoſcamus, non tam corporis, quàm formæ author quærendus eſt: propterea, quòd antequam aſſumerentur, illa iam extiterint.

Difficultas verò omnis, ex opinione doctiſsimi Toſtati Abulenſis oritur, quemadmodum cap. 14. indicauimus. Putat ille hoc corpus ab alio confectum eſſe, ab alio eſſe aſſumptum. Aſſumptum immediatè ab Angelo; Dei tamen perſonam ſuſtinente: confectum à ſolo Deo, idque per creationem. Fundamentum aſſertionis ſuæ omne ponit in *lumine*, quo corpus ſplêduit: quod exiſtimat in nullo creatorum à Deo olim corporum potuiſſe ſubſiſtere: atque idcirco opus fuiſſe alio, quod non niſi per creationem (quæ ſolius Dei eſt opus) eſſe potuit. Ita Toſtatus. 6.

Huic Toſtati opinioni non aſſentimur. Primùm negauimus qualitatem illam, (lucem intelligo, qua radiabat corpus viſum Moyſi) exceſsiſſe ordinem rerum naturalium. Putauimus etiam, quòd, quam uis ordinem naturalium rerum exceſsiſſet; potuerit nihilominus ſubſiſtere in ſubiecto naturali. Negauimus corpus, in quo lumen extitit, naturalia ſuperaſſe. Naturale credimus fuiſſe corpus, quod conſpiciebatur. Dei igitur operam in hoc creando non putauimus poſtulandam; ſuffeciſſe naturalem. Vide caput decimum quartum Diſput. præſentis. 7.

Addimus dictis, diſputari poſſe, Vtrum (etiam ſi ſupernaturale illud corpus conſtituatur) Angelorum opera produci potuerit. Neque enim contemnendæ authoritatis ſunt viri; qui Angelos quoque ad rerum creationem concurrere poſſe credunt: non quidem tanquam *per ſe* agentes cauſas; ſed tanquam inſtrumenta diuinæ, & omnipotentis virtutis; cuius ſolius per ſe opus eſt creatio. Verùm huc confugere neceſſe non eſt. Non exiſtimamus ex nihilo productum corpus, ſub quo Deum vidit Moyſes. 8.

Quamuis verò hæc ita ſe habere credamus: non tamen neceſſe eſt mox negemus Deum eſſe; qui per ſe immediatè, abſque vllius Angeli opera corpus hoc finxerit: nô ob id eſt neceſſe Angelum ipſius authorem conſtituamus. quoniam vt diuinitus olim facta corpora, iam Angelus agere poteſt; mouere item, & ſuis vſibus accommodare; ita poteſt Deus Optimus Maximus. Quidni poſsit Deus, quod poteſt quæcunque creatura? Deus, inquam, omnis creaturæ author? 9.

Quocirca, quamuis neceſſe non ſit, dicere, corpus à Deo confectû formatumque eſſe: poteſt tamen credi à *Deo* eſſe confectum, & ad eam formam redactum, qua ſub Deus in illo eſt viſus Moyſi. Nihil 10.

Aa prohi-

prohibet, cur minus dicamus, quædam per ſolum Deum fieri, quæ per creaturas à Deo factas perficiuntur. Verùm, quod fieri potuit, an quoque perfectum? Reſpondemus negatiuè: A Deo non eſſe factum: factum eſſe ab Angelo.

11. Quid opus erat Dei opera, in rebus, quas natura, naturaleſque cauſſæ poſſunt perficere? Creauit ſemel Diuinum Numen res omnes, ſingulis ſuas certas virtutes, & perfectiones indidit & ingenerauit. Cur quæſo? Scilicet, vt illas exercerent, illis vterentur, atque ita creatoris omnipotentis virtus & maieſtas, etiam in ipſis creaturis, eluceret & agnoſceretur. Non igitur otioſæ debent illæ eſſe. Debent, quod diuinum Numen poſtulat, talentum, vt ita dicam, quod acceperunt, expendere. Ita iam non ſolus Deus eſt, qui hominem producit: producit quoque hominem homo, & ſol. Non Deus eſt, qui herbas ſe ſolo producit: *germinet*, inquit, *terra herbam virentem, & facientem ſemens & lignum pomiferum faciens fructum, iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram.* Geneſis primo.

12. Quod igitur natura *per ſe*, ſuis viribus poteſt, hoc relinquit naturæ Deus. Quod per ſe non poteſt, hoc ipſe ſua omnipotente virtute ſupplet. Iam verò naturæ vires non exceſsit hoc corpus, ſub quo Moyſi Deus viſus eſt. Tantam virtutem Angelis contulit, quanta ad hoc formandum opus erat. Angelis igitur hanc occupationem reliquerit: in ſe opus hoc non ſuſceperit.

13. Veruntamen non ita reliquit, vt ipſe manum ſubtraxit. Iam ſuperius diximus, *per ipſum, cum ipſo, in ipſo omnia viuere, moueri, eſſe, operari.* Sed non ſolus ipſe operatus eſt & operatur: operatur quoque Angelus. Angelus eſt, qui corpus fingit, effingit & format. Quod qua ratione dicatur, ſequens cap. declarabit, in quo formæ huius corporis author quæritur.

CAPVT XXI.

Quiſnam formæ, in qua Deus apparuit, fuerit præcipuus author & artifex.

1. MVLTIPLICES in corpore, ſub quo Deus eſt viſus, formas obſeruauimus, ſuperius, Capite 4. Et aliæ internæ ſunt, aliæ externæ. Externas in habitu diximus conſiſtere: internas vel ſexus eſſe indices, vel ætatis, vel dignitatis & maieſtatis.

Differre

Differre ſingulos inter ſe dubium nullum eſt. An porrò *authoribus* differant, nunc in diſputationem venit. Definitio huius ex vno pendet, vt conſtituatur, Vtrum omnes *vnius ſunt ordinis*, in diuerſorum. Si vnius ordinis ſunt omnes; vnum omnes poſſunt habere authorem: Si diuerſorum, diuerſis forſitan opus erit authoribus. 2.

Ordo verò hîc, qua diſtingui poſſe formas has inſinuamus, diſcrimine rerum naturalium & tranſnaturalium continetur. Quapropter ante omnia hîc definiendum; Omneſné ſint in ordine rerum naturalium, quas ipſa natura poteſt per ſe producere: an quædam in genere rerum naturalium, quædam ſupernaturalium, ad quas producendas natura ſufficiens non eſt. 3.

Sed tamen neque ſi omnes ſint in ordine rerum naturalium, idem naturale ſui principium omnes, authoremque habere dicendum eſt. Quoniam poſſunt quædã in naturalium ordine eſſe, quas externum agens, ſe ſolo, producere nequit, quamuis etiam omnibus viribus eò contendat. Calor, v.g color, albedo, res quidem naturales ſunt; ſed tamen ab agentibus naturalibus, quantumuis præſtantibus per ſe fieri produciue nequeunt. hæ ſimileſque producuntur ſolo præſidio illorum corporum, quorum ingenita vi ipſæ ex potentia materiæ, vt in ſcholis loquimur, educuntur. 4.

Duplicis igitur generis formæ ſunt, quæ ordinem rerum naturalium excedunt; & ob id non eundem authorem poſſunt habere, cùm ijs, quæ naturales dicuntur. Aliæ ſunt prorſus ſupernaturales, quo ad ſuum *Eſſe*; aliæ, quæ quamuis *Eſſe* naturale habeant, modo tamen non naturali producuntur, & ob id ſupernaturales dicuntur, quoad fieri. Cuius verò generis ſunt formæ, ſub quibus olim Deus exhibitus eſt? Cuius? 5. 6.

Toſtatus Abulenſis vnam exiſtimat ſupernaturalem fuiſſe: *lumen* ſcilicet, quod Moyſis oculi ferre non potuerunt, Exod. 33. quocirca & huius authorem conſtituit non Angelum, ſed Deum. Rationem eius ſuperius poſuimus & expoſuimus.

7. Nos omnes naturales fuiſſe credimus, &, quemadmodum exiſtimamus, non infirmis rationibus aſtruximus. Quamuis enim excellens admodum lumen illud fuerit; obiectum tamen viſiuæ potentiæ non excedebat; nec tantum à creato lumine diſcrepabat, vt in eodem, cum *creato*, ordine poni non debeat. Rurſus quamuis

nis formæ quædam(v.g colores,calores &c.)in diuino hoc corpore ſint obſeruatæ,quas *per ſe*,non poſsit vllus creatus Spiritus producere?quia tamen naturalium corporum ſubſidio illæ per Angelos,productæ ſunt,à naturalium qualitatum numero excludendæ non ſunt; non ſolùm ratione ſui *Eſſe* naturalis,quod habent;verùm etiam ratione ſui productionis,& *fieri*.

8. Quid ex his omnibus? quid? Vnum eſſe authorem omnium formarum ſub quibus Deus olim in viſibili forma, in mortalium oculos incurrit:formarum,inquam,externarum,atque item internarũ, ſiue illæ conſtitutionem corporis ſequantur, vt ſunt, quæ ſexũ produnt atque ætatem:ſiue corpori tanquam ornamenta quædam, accidant,vt ſunt decor faciei atq; corporis maieſtas.

9. Et *quis* hic author? vel Deus,vel Angelus.Quoniam, vt ſuperius diximus,qui,in Diuinarum Apparitionum opere, efficientium cauſarum partes ſuſtinent,aut Deus eſt;qui apparere dicitur, aut Angelus,qui Dei hic miniſtrum agit,& perſonam ſuſtinet; quemadmodũ poſterius eſt demonſtrandum. Verùm vter ex duobus?non Deus;ſed Angelus.

10. Cur non *Deus*? An quia ipſas producere nequit?An non hoc:ſed quia vt producat,non conuenit?Non,quia nequit.Qui fœnum agri ſic veſtit,vt in omni gloria ſua ſimiliter nõ ſit veſtitus ſapientiſsimus Rex Salomon:quidni formã poſſet dare corpori,ſub quo mortalibus ſeſe exhibuit?

11. Quam tamen formam per ſe dare potuit,vt per ſe daret,non conueniebat:ne,ſcilicet,fruſtra ſuis facultatibus atque virtutibus res inſtruxiſſe videretur;ne ordinem,decus vniuerſi, quem ſemel rebus ingenerauit, euerteret: ne ſuauem diſpoſitionem, qua ad finem fortiter pertingit,diſſolueret.

12. *Angelis* autem commodiſsimè officium hoc atque munus tribuitur:non idcirco tantùm,quia alius nullus erat,qui ſubiret, verùm etiam,quia Angeli quæcunque in hoc negotio apparitionis fieri neceſſe eſt,& nôrunt optimè,& qua virtute inſtructi ſunt, perficere nullo negotio poſſunt,& volunt.

13. Accedit,quòd cùm in hoc opere Apparitionum Deo ſeruiatur, omnino conueniat, ab iis ſeruiatur,qui ab Apoſtolo(Hebr.1.) *adminiſtratorij* vocantur *ſpiritus* : quorum officium Deo aſsiſtere ; Dei in omnibus voluntatem exequi;mandata perficere;imperata facere.

14. Pluribus opus non eſt.quæ ſuperius diximus , omnino,quod hic concluſum volumus,demonſtrant.Quomodo? Quia diximus corpus,ſub quo Deus apparuit, Angelorum eſſe opus,at eadem actione, qua

qua corpus fingitur? fingitur formatum, refertque ſpeciem atque effigiem humanam. Quemadmodum igitur corporis author non Deus eſt, ſed Angelus; ita formæ atque figuræ, quæ *cum* corpore producitur, imò quæ in corpore producitur, author Angelus eſt, non Deus.

CAPVT XV.

Quomodo corpora, & formæ, quæ Dei viſibilibus apparitionibus ſeruierunt, ſint producta.

MODVM, quo corpora corporumque formæ, quæ Deum aliquando repræſentârunt, producantur, inquirimus: in ô verò non corporum, ſed formatum tantum inquirimus. Corpora ſiquidem non tam hîc fiunt, aut producuntur; quas alias formas, figuraſque induunt, & ab vſitatis ſibi quodam modo degenerant: cum reuera ipſa eadem permaneant, quæ fuerunt.

Modus hic vel ex *agentis* parte poteſt inquiri; illius ſcilicet, qui formam producit aut inducit: vel ex parte ſubiectorũ, ſiue corporũ, quæ formas recipiunt. Ibi vel *naturalis* poteſt diſtingui, vel *ſupernaturalis*. Naturalis dicetur, ſi naturalibus ſuis viribus agens formas inducat: ſupernaturalis; ſi poteſtate diuinitus ſibi communicata iuuetur in eo, vbi naturalis non ſufficit. Ex parte corporum diſtinctio hæc locum non habet; propterea quod omnium formarum, ſub quibus Deus apparuit; corpora ſint natura ſua capacia.

De priori modo hic quæſtio non eſt. Nec opus. Res eſt certiſſima. Nihil agitur hic ſupernaturale. nulla hic ſupernaturalis agentis virtus eſt neceſſaria. Quidquid fit, agitur, producitur, educitur, inducitur, viribus naturalibus fit Spiritus illius, quem cauſam efficientem, in hoc Apparitionum genere, præcedentibus Capitibus, adſtrinximus. Ille nouit, qua ratione conficere debeat, quæ conſpiciuntur, & in oculos incurrunt: ille eadem, vi ſibi ingenita, abſque vlla moleſtia, poteſt perficere, atque adeo perficit, expeditiſsimè, celerrimè, perfectiſſimè.

De poſteriori modo noſtra quæſtio eſt. Quæritur enim, quomodo forma effigieſque, qua Deus conſpicitur, in ſubiecta materia producatur: an *educatur* è ſubiecto: an in ſubiecto *formetur*: an aliunde *adducatur*. Aliquo ſiquidem horum *trium* modorum neceſſe eſt adſit. Et quidem educitur, ſi quæ in ſubiecti potentia, tanquam in ſemine, latet, vi externi agentis (quod actiua paſsiuis adhibeat) in ſubiecto actu, cum ſubiecti quadam alteratione eſſe incipiat. Formatur, quæ ſubiecto accedit, abſque vlla intrinſeca ipſius alteratione; quemadmodu

admodum forma Mercurij lapidi. Aliunde affertur, quæ neutro modo eſt in potentia ſubiecti. Hoc igitur eſt, quod quæritur. Quid reſpõdetur.

5. Reſpondetur externam illam (de qua ſuperius cap. 10.) poſſe dici aliunde afferri, ſi tamen ad corpus, cui adiaciebat, referatur. Internarum verò quaſdam in ſubiecto formari: quaſdam è ſubiecto, tanquam ex materia atque ſemine, in quo latent, educi.

6. Externam dicimus aliunde afferri. Quid mirum? Nomen hoc ipſum inſinuat, prodit quoque res, quæ ſub nomine latet. Siquidem forma hæc in genere *Habitus* ponitur. At habitus extra ipſos eſt: qui illo vtuntur: aliunde corpori affertur: vnde & *corporis, eorumque quæ circa corpus ſunt* definitur *adiacentia* à Philoſophis.

7. Internas verò nunc formari in ſubiecto, nunc educi de ſubiecto intelliget, qui ipſarum conditionem attentius vellet expendere. Nam ipſarum quædam tantum ſunt quantitatis termini & fines; atque à quantitate non, niſi ratione; diſtinctæ. hæ ad quartam qualitatis ſpeciem pertinent, quædam ſunt propriè qualitates, à quantitate, cui adueniunt, diſtinctæ. hæ ad tertiam pertinent qualitatum, illarum quæ patibiles vocantur. Priores illæ formantur in ſubiecto: poſteriores educuntur ex ſubiecto: Prioris generis ſunt, quæ virilem ſexum, ætatemque produnt, pulchra quoque membrorum proportio, atque compoſitio: poſterioris, quæ harum formarum ſunt quædam ornamenta, vt colorum venuſtas & claritas.

8. Priores non educuntur de potentia ſubiecti: quemadmodum de potentia vini: aut cuiuſcunque liquoris educi non dicitur forma, quam ex vaſe, in quo continetur, accipit: nec de potentia ignis; quod ſphæralem, ſub ſphæra lunæ, formam habeat; aut aeris, quod ſimilem habeat, ſub orbe ignis. Quemadmodum corpora hæc formas accipiunt, pro corporum, quibus continentur figura: ita formam virilem, ſenilem, venuſtam, accipiunt corpora, ſub quibus D E V S apparet, pro Angeli, corpora formantis, voluntate.

9. Poſteriores pleræque de potentia ſubiectorum educuntur. Neque enim Angelus, ſeipſo, *immediatè*, quem vult, colorem inducit, aut quod vult, lumen. Actiua paſsiuis coniungit, & illis agentibus his patientibus, pro ipſorum modo inducuntur: & inducuntur variæ atque variæ, prout agentium & patientium alia eſt, atque alia conditio.

Itaque

Digitized by Google

Itaque in prioribus illis *immediatum* agens eſt Angelus: in poſteri- 10.
oribus non Angelus; ſed, quod ab Angelo adhibetur, corpus. Et in illis corpus quod aſſumitur, patitur tantum, & agit nihil: in his ſi corporum vnum patitur, mutationemq; ſuſtinet, alterum certè agit atque operatur. Ibi corporibus vtitur Angelus, tanquam obiectis, in quæ agit: hîc tanquam inſtrumentis, quibus formas producit.

Omnis huius diſcriminis ratio, vt diximus, petitur ex ipſaru[m] 11.
formarum differentia, Angelorumque poteſtate. Differentiam formarum expoſuimus. Poteſtas Angelorum, quanta quanta eſt in corpora, ex ſolo locali motu eſt metienda. Corpora, quoad motum localem tantùm ipſis ſubiecta ſunt quocirca & quo volunt, poſſunt impellere: & quomodo volunt componere. Quæcunque igitur formæ ſolo motu locali interueniente afferri poſſunt; illarum per ſe immediati authores erunt Angeli: illaſque non *de* potentia ſubiecti dicentur educere, ſed *in* ſubiectum inducere; quales ſunt, quæ termini ſunt atque fines quantitatis. quæ verò ſolo locali motu produci nequeũt; ſed ipſorum corporum requirunt ſynergiam atque cooperationem, illas, non *immediatè*, per ſe inducunt, ſed de potentia ſubiecti educũt; quia, ſcilicet, actiua paſſiuis, quæ illas educunt, applicant: atque tales ferè ſunt qualitates patibiles.

Et in poſterioribus his, quia opus naturæ interuenit; natura ipſa, 12.
quomodo eædem fiant, demonſtrat: priores verò illæ fiunt aeris, ſiue illius, in quo ſunt corporis, condenſatione atq; compoſitione: quod quemadmodum quamcunque, ita quam Angeli volunt, formam figuramque recepit, abſque vlla ipſius cooperatione.

Hæc in genere dicta ſufficiant. Particulariora ad ſcholas perti- 13.
nent maximè, quæ de colore, atque lumine corporis, ſub quo Deus mortalibus ſe exhibuit, dici poſſunt, videndus etiam Toſtatus Abulenſis, q.354. in 13. Geneſ. & q. 47. in 4. Matthæi atque item in cap. 17. Matthæi 14.

CAPVT XXIII.

An filius Dei corpus aſſumpſerit perſonaliterq́, apparuerit in Viſibilibus illis, quæ Deum referebant, Apparitionibus.

NEc paucorum, nec obſcurorum nec nouorum hominum 1.
opinio eſt, qui Deum ipſum corpus, ſub quo viſus dicitur,

&c.

& appauriſſe, volunt *aſſumpſiſſe*: Ita ſentit Nicephorus, lib. 1. cap. 1. & 2. Ita Euſebius lib. 1. cap. 3. Ita Ambroſius, lib. de his, qui initiantur, cap. 4. in fine. Ita Leo Magnus, Epiſt. 13. ad Pulcheriam. Ita Origenes, hom. 1. in 6. cap. Iſaiæ. Ita Tertullianus, lib. cōtra Iudæos, fol 168. ex editione Pamelij Ita Clemens, lib 5. cap. 2. Apoſt. Conſtit. Ita Patres Concilij Sirmienſis.

2. Et Sacris literis omnino conformis videtur hæc opinio, id licet colligere ex tribus. primò, quòd diſertis verbis dicatur *Deus* viſus atque apparuiſſe, vt non ſolùm probant Apparitiones factæ primis parentibus, Cain, atque Noe: verùm etiam illa Moyſi facta; qua & petiuiſſe ſcribitur videre faciem Dei, & eundem vidiſſe facie ad faciem. Deinde, quòd quæ dicta ſunt, ab illo, qui apparuit, & viſus eſt; in *Angelum* conuenire nequaquam potuerint: quale inter alia eſt illud, Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus, non habebis Deos alienos*. Denique, quòd etiam, vbi Angeli dicuntur apparuiſſe, Scriptura orationis forma, Deum apparuiſſe inſinuet: cùm, quæ Angelus loquitur, à ſe patrata eſſe; ſint patrata à Deo, quemadmodum videre licet, Iudicum 2. vbi Angelus ita loquitur, vt Deus aliter loqui, in ſimili cauſa, non potuerit. *Eduxi vos*, (inquit) *de Aegypto*, & cætera.

3. Propterea, res ipſa videtur poſtulare, vt Deus *per ſe*, dicatur corpus aſſumpſiſſe. Alioquin non tam Deus, quàm Angelus dicendus eſt apparuiſſe: ſcilicet, ſi & Angelus, non Deus, dicatur, vt probatum eſt, corpus formaſſe: & iam conſtituatur Angelum eſſe, non Deum, qui formatū corpus *aſſumpſit*. Quid enim in hiſce Apparitionibus Deus habebit? quid ipſi relinquetur? quid erit ipſius? præſertim cū nec externam formam, eius imaginem dicere poſsimus. *Quam enim imaginē ponemus ei?* Iſaiæ 40.

4. Et ſi omnia Angelorum opera perfecta ſunt in his Apparitionibus: Si Angeli & corpora formárunt: & corpora aſſumpſerunt: & in corporibus perfecerunt omnia, quodq; ſub hominum conſpectum venerunt, cur toties *Dei* fit mentio? cur aliquando ſolius Dei? nulla Angelorum?

5. Nec contenti ſunt hac aſſertione plerique dictorum Authorum. Perſonam quoque in Trinitatem deſignant, quæ corpus aſſumpſerit: Verbum, ſcilicet, Dei, alteram illam, quæ ab æterno, ex Patre genita, nouiſsimè, ante annos 1598. carnem ex Virgine Matre aſſumpſit. Quaſi priori illa corporis aſſumptione ideam quandam illius dare voluerit, qua mirabiliter apparuit in fine ſeculorum. Quid quòd quidam docuerint & Patrem apparuiſſe in Melchiſedec? quidam

dam etiam in eodem apparuiſſe Spiritum ſanctum? Sed authores pro-proprijs verbis loquentes audiamus.

Nicephorus igitur ſic loquitur; lib. 1. cap. 2 ſub finem: *Atque equidem Chriſtum in hominis ſpecie ipſi Abrahæ frequentius, progenitiſq; ex eo, apparuiſſe creditur: quandoque per ſe ipſum, quandoque per adminiſtros ſuos Angelos: oraculis eos admonens, & docens de rebus optimis. Quod quidem cuiuis vel inde facilè eſt exiſtimare & credere. Angelũ enim Dominum, vel Deum appellare mos non eſt: ſed ita ſimpliciter, nudo, ſcilicet, nomine Angelum: illum verè ſemper inſignibus & excellentibus extollit, & celebrat nominibus Deumq; & Dominum, apertè & clarè vocat.* Idem Nicephorus, cap. 3. ſub finem ſic habet: *Poſtquam tanta malignitas virorumq; omnium grauedo, perinde atque damnoſa quadam ebrietas, per omnes ferè eſt graſſata, caliginem quæ eorum animis offudit, ipſum omnium optimum Dei verbum, magnitudine bonitatis coactum, nunc per naturæ legem; nunc per Angelorum aduentum & præſentiam; quandoq; etiam per ſemetipſum myſticis & arcanis Apparitionibus, paucis quibuſdam, qui antiquitus pietate & amore Dei clari extiterunt, viris, alicubi ſe exhibuit, hominis forma aſſumpta.* 6.

Euſebius hæc habet lib. 1. capite. 2. *Ne ſuſpicari quidem fas eſt Viſiones illas Deum repræſentantes (vt ſunt illæ factæ Abrahamo & Iacobo:) quæ ſunt ſacris literis proditæ, Angelis, voluntati Dei ſeruientibus, eiusq; ſedulò obeuntibus miniſteria, attribuendas eſſe: quandoquidem cùm quiſq; ex iſtorum numero hominibus viſus ſit, non occultat ſanè ſcriptura; ſed nominatim Angelum, non Deum, neque Dominum, hominibus locutum eſſe aſſeuerat: ſicut infinitis Scripturarũ teſtimonijs eſt cõprobatum perfacilè.* Circa finem verò eiuſdẽ Cap. eandem ſententiam, eiſdem propemodum verbis refert, quibus proximè Nicephorus, cap. 3. 7.

Ambroſium credere verè Deum apparuiſſe, ſub humana ſpecie coniectura accipitur ex columba, ſub qua credidit verè Spiritum ſanctum apparuiſſe, libro de his, qui Myſterijs initiantur, capite 4. Sic enim loquitur ſub finem: *Quare ſpiritus*, inquit, *deſcendit ſicut columba? niſi vt tu videas columbam etiam illam, quam Noe iuſtus emiſit ex arca illius columbæ eſſe ſpeciem; vt typum agnoſceres ſacramenti? Et fortaſsis dices: Cùm illa vera columba fuerit, quæ emiſſa eſt, hic quaſi columba deſcenderit ſuper Chriſtum; quomodo illic ſpeciem fuiſſe dicimus; hic veritatem? cùm ſecundùm Græcos in ſpecie columbæ ſuper aquam diuinitatis ſpiritum deſcendiſſe ſit ſcriptum? Sed quid tam verum; quàm diuinitas, quæ manet ſemper? creatura autem non poteſt veritas eſſe: ſed ſpecies, quæ facilè ſoluitur & mutatur. Simul, quia eorum, qui baptizan-* 8.

Digitized by Google

tur, non in ſpecie eſſe debeat, ſed vera ſimplicitas. Vnde & Dominus ait; Eſtote aſtuti, ſicut ſerpentes; & ſimplices, ſicut columbæ. Meritò ergo, ſicut columba, deſcendit; vt admoneret nos ſimplicitatem columbæ habere debere. Speciem autẽ pro veritate accipiendam legimus & de Chriſto: Et ſpecie inuentus eſt, vt homo. Et de Patre Deo: Neque ſpeciem eius vidiſtis.

Leo, Epiſt. 13. ad Pulcheriam, cùm damnat Eutychis hæreſim, qui
9. Chriſtum negabat veram carnem aſſumpſiſſe, ſic loquitur; *Potuerat omnipotentia Filij Dei, ſic ad docendos iuſtificandosq́; homines apparere; quomodo & Patriarchis & Prophetis, in carnis ſpecie apparuit: cùm aut luctamen iniit, aut ſermonem conſeruit: cumq́; officia hoſpitalitatis non abnuit, vel etiam appoſitum cibum ſumpſit.*

Origenes Homil. 1. in ſextum cap. Iſaiæ, vnum ex Seraphim, qui
10. viſus eſt Iſaiæ, docet fuiſſe Chriſtum: *Quis, inquit, eſt iſte vnus de Seraphim? Dominus meus, Ieſus Chriſtus, iſte iuxta diſpenſationem carnis miſſus eſt, habens in manu ſua carbonem, & dicens: ignem veni mittere in terram.*

Tertulianus, lib. aduerſus Iudæos, textu 114. ſecundùm diſtinctio-
11. nem Pamelij, ſic habet; *Qui ad Moyſen loquebatur, ipſe Filius Dei, qui & ſemper videbatur. Deum enim Patrem nemo vidit vnquam, & vixit: & ideo conſtat ipſum Dei filium Moyſi eſſe locutum, & dixiſſe ad populum: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam.*

12. Clemens. lib. 5. Apoſt. Conſt. 21. cap. ſic loquitur: *Hunc Chriſtum vidit Iacob, vti hominem, & dixit: Vidi Deum facie ad faciem: & ſaluata eſt anima mea. Hunc Abraham accepto hoſpitio iudicem, ſummúq; Dominum confeſſus eſt. Hunc Moyſes in rubo vidit. Hũc vidit Ieſus Naue, dux exercitus Domini armatum, ſimul pugnantem ad Hiericho.*

13. Denique hoc omnino vrgere videntur Patres Concilij Sirmienſis, ſub Iulio primo, à Conſtantino Imp. coacto, de quo Nicephorus, li. 9. ca. 31. & Socrates, lib. 1. ca. 39. & Sozomenus, lib. 4. cap. 6. Sic enim loquuntur, can. 13. *Si qui dixerit, quod contra Iacob non eſt luctatus Filius Dei, anathema ſit.*

14. Dictis addamus beatum Auguſtinum, qui lib. contra Adamantium Manichæi diſcipulum, cap 9. ſequentia habet: *Ipſe Filius, qui eſt verbum Dei, non ſolùm nouiſsimis temporibus, cùm in carne apparere dignatus eſt, ſed etiam prius, à conſtitutione mundi, cui voluit de Patre annuntiauit: ſiue loquendo, ſiue apparendo, vel per angelicam aliquam poteſtatem, vel per quamlibet creaturam.*

Horum

Horum omnium ſententiam confirmat tertium Caput prophetiæ Danielis; vbi ſpecies quarti illius,qui in fornace, cum tribus alijs conſpiciebatur, dicitur *ſimilis filio Dei*. Quamuis enim credi poſsit, cum Dionyſio Carthuſiano, quartum illum vocari *filium Dei*, à Nabuchodonoſor: non quod iudicauerit verè eſſe filium Dei: ſed exiſtimauerit fuiſſe aliquem, illorum, quas ſtulta gentilitas credebat ex Deo, & homine generatos,& poſtea deificatos: aut dici *filium Dei*, propter vultus habituſque egregiam & excellentem dignitatem, atque maieſtatem: tamen *verè Dei filium fuiſſe*, crediderunt plerique, quemadmodum docet B. Hieronymus. Et ipſe quidem eos non nominat: pro ipſo verò eoſdem nominat Pererius noſter, Tertullianum, Auguſtinum atque Hippolytum. Tertullianus, lib. 4. contra Marcionem, textu 117. hunc dicit illum, qui cum *cæli nubibus venturus eſt iudex viuorum atque mortuorum*. Idem habet aduerſus Praxeam, textu 101. B. Auguſtini ſunt ſequentia, in Concione ad Catechumenos, aduerſus Paganos, Iudæos & Hæreticos, cap. 15. *O alienigena*, inquit, *vnde tibi hoc? Quis tibi annunciauit Filium Dei? quæ lex, quis Propheta annuntiauit tibi Filium Dei? Nondum quidam mundo naſcitur: & ſimilitudo naſcentis à te cognoſcitur. Vnde tibi hoc? Quis tibi iſtud nunciauit, niſi quia ſic te Deus illuminauit: vt cùm illic apud te captiui tenerentur inimici Iudæi; ſic diceres teſtimonium Filio Dei.* Hippolytus ita habet: *Dic mihi Nabuchodonoſor, quando, & vbi vidiſti filium Dei, vt hunc Dei filium confiterevis? Quis cor tuum pupugit, vt hoc verbum poſſes edere? quibus oculis potuiſti tantas has diuitias, veluti in ſpeculo, proſpicere? Cur tibi ſoli, & nulli præterea Satraporum tuorum innotuit? Sed quando ſcriptum eſt, Cor Regis in manu Domini: hæc profectò eſt manus Domini; vt cognoſcens eum in camino, ipſum prædicaret & glorificaret. Nec vacat id myſterio. Quod enim Iudæi filium Dei hominem factum, non erant agnituri, nec recepturi; præmonſtrat Scriptura, Gentes eum eſſe agnituras, & recepturas; quem iam Rex Babylonis, in Fornace videns, agnouit, & filium Dei eſt confeſſus. Sed quia nondum Ieſus ex Virgine natus erat, ideo quarti illius nomen Rex non ponit.* Eadem eſt ſententia, & oratio Ruperti, in lib. 6. de Victoria Verbi Dei, cap. 21. quo in loco ad hunc modum ſcribit: *Quis*, inquit, *dignè ſufficit admirari, vbinam viderit Rex ille Filium Dei; vt in medio ignis, eius ſimilitudinem agnoſcere poſſet? Dixit enim, Et ſpecies quarti ſimilis Filio Dei. Sic loqui ſolent, qui quamlibet Speciem aliquando viſam, alicui conſideratam, mente retentam, memoriaque ſignatam, alio tempore, ſiue alio loco, in perſona aliqua recognoſcunt. Iſte, inquiunt, ſimilis eſt ei, quem vidi. Sic enim in libro Tobiæ, intuens iuniorem Tobiam dixit: Quàm ſimilis eſt iuuenis*

iſte conſobrino meo? Viderat enim ille patrem: & in filio ſimilem aduertebat ſpeciem. Iſte autem Rex, vbi viderat Filium Dei, vt ſpeciem eius recognoſcere poſſet in eo, qui cum Azaria, & cum ſocijs eius in medio ignis deambulabat. Nunquam viderat Filium Dei. Sed nec vnquam legendo, vel audiendo didicerat quis aut qualis eſſet Filius Dei. Nonne ergo mente non ſua loquutus eſt? Nonne in magno exceſſu & ſtupore ſic affectus eſt? Quem ſtuporem indicauit Scriptura, cùm dixit: Tunc Rex obſtupuit; & ſurrexit properè. Sicut igitur dormiens viderat ſtatuam profundiſſimorum myſteriorum plenam: ſic nunc obſtupeſcens, nec intelligens, quod videbat, aut dicebat, nominat Filium Dei, & ſeruos eius prædicat. Sed vtcunq; ſit, nihilominus tamen ſpecioſa fuit hæc victoria, & inſigne præconium Filij Dei; quòd illum manifeſta confeſſione prius confeſſus eſt inimicus, quàm amicus: perſecutor, quàm ſectator: gentilis, quàm Iudæus. Quis, ex omnibus Prophetis, tam apertè nomen illud expreſſit, appellans Filium Dei? Non enim tutum erat æternam Filij ex Patre Deo generationem Iudæis carnalibus enunciare: vnde oportebat Prophetas claudere, ligare, & ſignare teſtimonia eius in Scriptura. Per hunc autem Regem, ſummum ex mundi Principibus, quem Iudæus aut gentilis arguere non poſſet, cuius opprimere os non auderet mundus; hoc nomen Filij Dei primitus enunciatum, & euulgatum eſt. Illud quoque non prætereundum, viſionem illius quarti deſcendentis in fornacem, ad illos tres iuuenes liberandos, figuram fuiſſe eius, quod Filius Dei facturus erat in Eccleſia ſua. Quando enim non affuit Filius Dei agonizantibus ſeruis ſuis, propter ipſum; futurum erat, vt euulgato Euangelio publicis editis, & proſcriptionibus, fidem S. Trinitatis impugnaret Rex magna Babylonis, Diabolus Et ita factum eſt, Paganis Romani imperij Regibus Diabolo famulantibus. Nonne cum pijs Martyribus Filius Dei, & in flammis, & in cæteris agonibus ſemper præſens fuit? Num, quia Laurentius, igne aſſatus ſuper craticulam, emiſit ſpiritum, ideo Filius Dei abſens fuit? Imò præſentior illi fuit; & glorioſius in eo triumphauit; quàm ſi excuſſiſſet carbones, & ignitam craticulam, quaſi ventum roris flantem, feciſſet. Tranſiuit per ignem; & flamma illi non nocuit; & ardor ignis in eo non fuit: quia fides læſa non eſt; imò, ſicut aurum per ignem, probata eſt. Quemadmodum igitur, per Filium Dei, cuſtoditi ſunt illi tres iuuenes: ſic, per inuiſibilem præſentiam Filij Dei, illæſa permanſit in Martyribus fides Chriſti; & Romanum imperium ſonantium. & dulcius, quàm Rex ille Babylonis, tandem confiteri meruit Chriſtum Filium Dei. Hactenus pulchrè Rupertus.

16. Atque hæc pro aliorum ſententia. Quid nos? non quidem de toto negotio; ſed præſenti Aſſertione? Hoc Aſſertis concludimus *ſeptem.* Primum ſit: Fidei Catholicæ, atque orthodoxæ non repugnare, ideoque

ideoq́ue ſine Hæreſeos nota dici poſſe, Deum per ſe, immediatè corpus aſſumſiſſe, in quo olim mortalibus ſit viſus. Neque enim quiſquam, quod equidem ſciam, hoc tanquam hæreticum, damnauit: Neque hæreſeos damnati ſunt, qui ita ſenſerunt: Neque res eſt, quæ nullo modo fieri poſsit. Vt interim taceam, poſſe fieri facillimè: graues eſſe authores, qui ita accidiſſe credant; & credant nõ leuibus, nec paucis argumentis perſuaſi.

Secundum ſit: Si aſſumpſiſſe corpus Deus concedatur; non malè dici & credi, *Filium Dei* aſſumſiſſe. Nonne pro hoc Hiſtoriographorum, & patrum ſunt diſerta grauiſsimaque teſtimonia? Et ſi horum forſitan non admittitur ſententia; nónne viſio Nabuchodonoſor Regi exhibita; qua Filium Dei conſpexiſſe dicitur in medio trium adoleſcentum, iam neci deſtinatorum, magnum hîc argumentum præbet. 17.

Forſitan dicitur hîc parum vrgere viſionem Nabuchodonoſor factam, quod dicere nequiuerit quartum illum eſſe *ſimilem* Filio Dei; cum quæ Filij Dei imago fuerit, ignorárit. At *manum* Dei hic agnoſcit Hippolytus. Sed & inſtitutione Danielis potuit edoctus fuiſſe Rex de Filio Dei, eiuſque incarnatione; occaſione ingentis *ſtatuæ* à ſe viſæ; in qua inſignis & Chriſti, & regni ipſius fit mentio hiſce verbis: *In diebus autem Regnorum illorum ſuſcitabit Deus cæli Regnum, quod in æternum non diſsipabitur: & Regnum eius alteri populo nõ tradetur: comminuet, & conſumet vniuerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum. Secundùm quod vidiſti, quod de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, &c.* 18.

Forſitan dicitur parum vrgere viſionem; quòd illa indignus ſit Rex talis; ſuperbiſsimus, impijſsimus, & qui ob ſcelera ad brutorum animantiũ conditionem, iuſto Dei iudicio, peruenit. Sed vtrum alij omnes, quibus Diuinæ Apparitiones factæ, ſemper illis fuerunt digni? primi parentes? maximè poſt diuini præcepti præuaricationem? Cain, poſt patratum homicidium? Iſraelitæ, poſt Dei mandatum violatum? Iud. 2. Et quibus viſus eſt, in aſſumpta *carne vera*, verus Dei Filius, meruerúntne, vt incarnatum videant Verbum? etiam illi, qui Cruce affixerunt? Non eſt Nabuchodonoſori viſio hæc conceſſa, propter eius dignitatem, meritaq́; perſonæ; ſed vt in eo demonſtraretur futura Gentilium fidei in Chriſtum magnitudo, cuius gentilitatis Rex hic quendam quaſi typum gerebat. 19.

Forſitan & hoc contra viſionem hanc, Filiumq́ue Dei obijcitur, quòd quem prius Rex aſſerit *ſimilem* Filio Dei; poſtmodum vocet 20.

Angelum; quaſi nomine *Filij*, nihil aliud notarit, quàm *Angelum*. Sic enim loquitur: *Benedictus Deus, qui miſit Angelum ſuum, & eruit ſeruos ſuos, qui crediderunt in eum*. Idem quoque inſinuat ipſe Daniel, quando docet *Domini Angelum* deſcendiſſe in fornacem; & excuſsiſſe flammam ignis de fornace. Sed neque hoc argumentum filium Dei excludit. Norunt docti etiam *Angelum* vocari Dei filium, in Scripturis. *Vocabitur*, dicitur Iſaiæ 9. *nomen eius magni conſilij Angelus*. In quem locum & Græci & Latini varias rationes congerunt, cur Angelus dicatur filius Dei. Videndus Iuſtinus, Apolog. 2. pro Chriſtianis. Tertullianus, libro de Carne Chriſti. Euſebius, de Demonſtrat. Euang. lib. 1. cap 4. & lib. 5. cap. 28. & lib. 7. cap. 4. & lib 9. cap. 8. Hilarius lib. 4. de Trinitate Athanaſ. lib de beatitudine Chriſti. Cyprianus lib 2. aduerſus Iudæos, cap. 20. Baſilius lib. 2. contra Eunomium. Chryſoſtomus, homil. 80. in Ioan. Ambroſius, lib. 6. Comment. in Lucam. Auguſtinus lib. 2. de Trinitate cap. 13. Atque hæc pro ſecundo Aſſerto.



21. Tertium ſit, filium Dei, ſi aliquando corpus aſſumpſit, in veteri Teſtamento, non illud aſſumpſiſſe in *vnitatem hypoſtaſis diuinæ*: quemadmodum in fine ſæculorum humanam naturam aſſumpſit. Hoc pluribus aſtruere neceſſe non eſt. Soli humanitati eſt conceſſum, vt in vnitatem diuinæ hypoſtaſis aſſumeretur. Ita communis omnium habet ſententia. Ita fides Catholica.

22. Quartum ſit. Quando olim, in diuinis Viſibilibuſque Apparitionibus, Filius Dei corpus aſſumpſiſſe dicitur: nec *Pater* nec *Spiritus ſanctus* ab illa ſumptione fuerunt excluſi: non ita tantum ratione: quod, vnà cum Filio, tanquam principium actuum illā perfecerunt; verùm etiam, quòd, quemadmodum ad perſonam Filij, ita & Patris, & Spiritus ſancti aſſumptio ſit terminata: ſcilicet vt aſſumptionis terminus fuerit indiuiſus Deus, non vna, ab alia diuiſa, Perſona. Aſſertionis illam rationem eſſe ſuſpicor; quod vnio hæc hypoſtatica non fuerit qualis illa in Chriſti fuit incarnatione; quod vue vix aliud videatur eſſe, ab ipſa corporis molitione & officio Deum repræſentandi: quod cùm vni tantùm, præ alijs, perſonæ tribui debeat, non intelligo. Hinc eſt, quòd Pares nunc vocent Filium Dei, qui apparuit: nunc Patrem; quemadmodum inter alias Clemens, libro 7. Apoſt. Conſtit. cap. 34. vbi omnes Apparitiones Patri, Deo Abraham Iſaac & Iacob tribuit. Et B. Auguſtinus, lib. 2. de Trinitate ca. 10. ſic habet: *Hic autem vbi ſcriptum eſt: Dixit Dominus Deus ad Adam; cur non ipſa Trinitas intelligatur, nihil dici poteſt*. plura, pro hac re, ibidem habet, Capite verò 18. ſic loquitur: *Per ſubiectam creaturam exhibentur*

hæc

hæc omnia (Apparitiones intellige) *viſibilia, & ſenſibilia, & ſignificandum inuiſibilem atque intelligibilem Deum, non ſolum Patrem, ſed & Filium & Spiritum ſanctum: ex quo omnia, & per quem omnia.* Sic cap. 14 docet ſe putare non diſtingui Trinitatem, cum in exitu filiorum *Iſrael*, *Deus* dicitur ipſos præceſsiſſe in columba nubis. Denique, cap. vltimo, poſt magnam diſputationem ita concludit: *Per ſubiectam materiam non ſolum filium, vel ſpiritum ſanctum, ſed etiam Patrem, corporali ſpecie, ſiue ſimilitudine, mortalibus ſenſibus ſignificationem ſui dare potuiſſe credendum eſt.*

Quintum Aſſertum eſto: Quod quamuis indiuiſus Deus, corpus, in quo viſus eſt, aſſumpſerit, optimè tamen *Filius* dicatur apparuiſſe. Ratio huius ex Incarnationis myſterio petitur. Hæc *vni* tantum perſonæ, filio ſcilicet, conuenit. Huius ſpecies atque index quidam fuit illa, olim in Veteri Teſtamento exhibita. Conueniebat igitur, qui hîc appareret, & diceretur & haberetur tanquam Dei filius, ſcilicet, vt in vmbra rei veritas quodam modo oſtenderetur & intelligeretur. Hanc rationem inſinuant Rupertus & Hippolytus, ſuperius à nobis citati. 23.

Sextum Aſſertum eſt; Filius Dei, ſi corpus aſſumpſit aliquando, & apparuit, non eo modo apparuiſſe atque aſſumpſiſſe corpus dicendus eſt, quo aſſumpſiſſe & apparuiſſe crediderunt & docuerunt *Ariani*. Illi, in ſubſtantia voluerunt eſſe viſum, variisque ſe figuris exhibuiſſe vt ſcilicet, Chriſtianis hac ratione imponerent, filiumque mutationi obnoxium, & Patri non per omnia æqualem aſtruerent: quemadmodum lib. 2 de Trinitate, cap. 9. explicat fuſius B. Auguſtinus. Cõtrarium docet fides Catholica, & quia Catholica fides docet; nec res eſt præſentis loci, pluribus demonſtranda eſt. 24.

Denique ſeptimum Aſſertum eſt. Filius Dei non eodem modo corpus aſſumpſit, ſi aſſumpſit aliquando, quemadmodum *Angeli* aſſumpſiſſe leguntur, & creduntur. Differentia hæc in duobus conſiſtit. Primum in illo, quòd Angeli ita illis corporibus potuerint concludi, concluſique fuerint; vt extra corpora quæ conſpiciebantur, non fuerint. Alterũ, quod plerumque neceſſe fuerit ipſos vnà cum corporibus, in quibus fuerunt moueri. Neutrum in Dei Apparitionibus locum habet. Nunquũ ita corpori fuit incluſus filius Dei; quin & extra, quod conſpiciebatur, corpus, fuerit: totumque ſimul mundum ſua præſentia compleuerit. Nunquam ita corpori fuit incluſus, vt ad motum corporis ipſe quoque moueretur, quemadmodum in Scholis docent Theologi. 25.

CAPVT XXIV.

Deum aut filium Dei nunquam, per ſe corpus aſſumpſiſſe: omneſqué Apparitiones diuinas, per Angelos, eſſe factas.

1. QVæ aliorum de perſona, aſſumente corpus, ſub quo Deus conſpiciebatur, in viſibilibus Apparitionibus, fuerit opinio explicatum eſt. Dictum etiam, quid probabiliter ex ipſorum ſententia, dici poſsit. Vtrum horum ita adhæreamus opinioni, vt contrarium negemus poſſe dici; aut potius contrarium probemus, in ſequẽtibus definiendum eſt.

2. Et ne longum faciamus; quod ſentimus, veritatique conſentaneum credimus, duabus præpoſitionibus includimus. Prima dicimus Deum *per ſe*, nunquam corpus aſſumpſiſſe, ſi quando, olim in Veteri Teſtamento, dicitur viſus. Altera inferimus, Omnes Apparitiones viſibiles, in eodem Teſtamento, Dei nomine factas, *Angelorum* miniſterio & opera, qui corpora, & aptârunt, & aſſumpſerunt, Deique perſonam ſuſtinuerunt, eſſe perfectas.

3. Vt prius illud afferamus, mouet nos, primò quidem ſylua Doctorum Scholaſticorum. Quamuis enim contraria ſententia etiam pro ſe viros excellentis ingenij & doctrinæ habeat; & ob id temerè reijci non debeat: in rebus tamen, vbi ſuus hominum ingenio locus relinquitur, ſi nec diuinarum Scripturarum authoritate, nec rationum pondere in contrarium vrgemur; non temerè Scholaſticorum Doctorum ſententiæ ſubſcribitur; præſertim, ſi non pauci ſint, qui conſpirent, atque conſentiant; quemadmodum in præſenti negotio non ſint pauci. qui vel in librum ſecundum Sententiarum Petri Lombardi, vel primam partem ſummæ Theologicæ S. Thomæ Commenmentaria reliquerunt.

4. Nec deſunt pro ſententia hac rationes. Primam ſuggerit doctiſſimus Dionyſius Areopagita. Communis illius, & in ſcholis recepta eſt ſententia; Deum hunc mundum & quæcunque in mundo fiunt, non *per ſe*, ſed *cauſas ſecundas* adminiſtrare. Quidni igitur in hoc quoque opere earundem cauſarum miniſterio vtetur?

5. Quid enim hic eſt (ſecunda hæc ſit ratio), quid fit, aut præſtatur quod Dei operam *immediatè* ita requirat, vt ipſum *per ſe* corpus aſſumere ſit neceſſe? Quidquid fit per aſſumptum corpus, cauſarum ſecundarum naturali virtute perfici poteſt: & poteſt commodè perfici: & poteſt perfici conuenientiſſimè: Itaque non Dei hic opera imploretur, ſed alijs, vt corpus aſſumant & circumferant relinquatur.

LOCVTVS

Locutus eſt Deus olim mortalium generi, veruntamen non immediatè *per ſeipſum*, ſed per Prophetas. Vindictam ſumpſit Deus nūc de ingrato ſuo populo, nunc de infidelibus gentibus: veruntamen non *per ſeipſum*, ſed per Spiritus, nunc bonos nunc malos. Mundum hunc inferiorem illuminat; veruntamen per ſolem, non *per ſeipſum*. Dat eſcam pullis coruorum; ſed per ipſorum parentes, non *per ſe*. Summa, pertingit ad finem *fortiter*; ſed tamen *ſuauiter*: cooperantibus videlicet cauſis ſecundis. Cur igitur in hoc opere *ſolus* occupabitur? Cur non Angelis miniſtris relinquet, quod & præſtare poſſunt, &, vt præſtent, ratio officij ipſorum poſtulat? 6.

Atque hoc Alterum eſt noſtrorum Aſſertorum, *Angelos*, ſcilicet, hæc corpora aſſumere; atque Dei, in ipſis, perſonam ſuſtinere, munere fungi. Omnino hoc ex priori Aſſerto concluditur. quoniam, quēadmodum cap 21. dicebamus, non niſi alterum, vel *Deum*, vel *Angelū*, in hoc Efficientium cauſarum genere agnoſcimus. Quod Dei opera non ſit; neceſſe eſt fiat Angeli. 7.

Huius ſententiæ ſunt, quorum ſuperius meminimus Doctores Scholaſtici. ſed ex ſanctiſsimis quoque Patribus non pauci, inprimis Dionyſius, Gregorius, Hieronymus, Auguſtinus. Verba ipſorum adſcribimus. Dionyſij hæc ſunt, lib. 4. de Cæleſt. Hierachia. *Per Angelos*, inquit, *nobis donata ſunt diuina Reuelationes: & glorioſos ante legem, & poſt legem Patres Angeli ad diuinum reducebant; quod agendum introducentes, & ad rectam veritatis viam ex errore, & vita immunda reducentes, &c. Si autem quis dixerit, & inde immediatè fuiſſe quibuſdam Sanctorum Theophanias, diſcat & hoc ſapienter ex ſacratiſsimis eloquijs, quomodo hoc quidem quod eſt Dei occultum nemo vidit, neque videbit. Theophania autem Sanctis facta ſunt ſecundum docentes Deum, perq; quaſdam ſacris videntibus proportionabilium viſionum manifeſtationes.* & paulo poſt: *Docet autem & ſapienter & hoc Theologia, per Angelos, eam ad nos peruenire, tanquam diuino legali ordine, illud legaliter ponente, hoc eſt prima, ſecunda in diuinum reduci.* B. Gregorius, 28. Moralium cap. 2, omnem Dei locutionem, quam non per ſe ipſam exercet, id eſt, quæ non fit ſola vi internæ inſpirationis, docet fieri per Angelos: quocirca & noſtras Apparitiones complectitur quibus non per internas inſpirationes nobis loquitur, ſed in humana quo ſe exhibet forma. Hieronymus ſic loquitur, in illud ad Gal. 3. Lex per Angelos: *Quod ait*, inquit, *Apoſtolus: Lex per Angelos, hoc vult intelligi, quod in omni veteri Teſtamento, vbi Angelus primum viſus refertur, & poſtea, quaſi Deus loquens inducitur, Ange-* 8.

lus quidem verè ex miniſtris pluribus quicunque ſit viſus, ſed in illo Mediator loquatur, qui dixit: Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob. B. Auguſtini, lib. 3. de Trinit. cap. 11. hæc ſunt verba: *Omnia quæ Patribus viſa ſunt, cùm Deus illis ſecundùm diſpenſationem ſuam temporibus congruam præſtaretur; per creaturam facta eſſe eſt manifeſtum* Denique finis capitis, & libri hic eſt: *Sed iam ſatis, quantum exiſtimo, pro captu noſtro diſputatum; conſtitutumq́, & probabilitate rationis quantum homo, vel potius quantum ego potui: & firmitate authoritatis, quantum de Scripturis diuina eloquia potuerunt; quod antiquis Patribus noſtris, ante incarnationem Saluatoris, cùm Deus apparere dicebatur, voces illæ, & ſpecies corporales per Angelos factæ ſint; ſiue ipſis loquentibus, vel aliquid agentibus ex perſona Dei: ſiue aſſumentibus ex creatura, quod ipſi non eſſent, vbi Deus figuratè demonſtraretur hominibus.*

9. Hæc egregiè confirmant Sacræ literæ. Nam & in his apparitionibus frequenter *Angelorum* meminerunt: & quæ nunc Deo tribuunt, nunc tribuunt *Angelis*. Legitur Geneſ. 18 *Deus* apparuiſſe, in Mambre conualle, Abrahamo, hoſpitióque ab eodem acceptus: & hoc eodem exemplo hoſpitalitatem probat Apoſtolus, Hebræo. 13 quaſi *Angelis* ſit præſtitum beneficium. Exhibuit *ſe* Moyſi, quando ſecundò legem tradidit. Exod. 33 & S. Stephanus pronunciat Iudæos accepiſſe legem *in diſpoſitione Angelorum*, Act. 7. Audiuimus *Dominum* primum dicentem Abrahamo, Geneſ. 22. *Accipe filium tuum dilectum, &c.* & paulo poſt obſeruamus *Angelū* prohibentem manus inferri puero. Ibidem. *Filius Dei* viſus eſt Nabuchodonoſori Regi quartus, ille, qui tres pueros in fornace conſeruauit, Daniel. 3. & paulo poſt dicitur, *Angelum Domini* deſcendiſſe in fornacem & excuſiſſe flammam ignis. Denique vt B. Auguſtinus exponit lib. 3. de Trinit. cap. 11. idcirco D. Paulus abundantius vult nos obſeruare ea, quæ audiuimus, quod nobis in lege noua locutus ſit *Deus*, cùm in veteri locutus ſit *Angelus*.

10. Quocirca optimè idem Auguſtinus, cap. 9. libri contra Adamantium, Manichæi diſcipulum, eadem dicit quadrare in Angelos, & conuenire Deo. *Quemadmodum enim*, inquit, *Verbum Dei, quod eſt Chriſtus, in propheta loquitur veritatē; ſic in Angelo ipſe loquitur, quando veritatem Angelus annunciat. Et rectè dicitur: Deus dixit & Deus apparuit: & item rectè, Angelus dixit, & Angelus apparuit; cùm illud dicatur ex perſona inhabitantis Dei; hoc ex perſona ſeruientis creaturæ.* Ita Auguſtinus.

11. Sed & Scripturæ mos eſt, vt rerum imagines iiſdem nominibus inſigniantur, quibus ipſæmet res appellari ſolent. Cæleſtium poteſtatum

ſtatum Imagines, quæ ex mettallo formatæ & ſuper arcam Teſtamēti collocatæ erant, nomē *Cherubim* retinē: Exod. 25. Rex Pharao, qui ſpicarum atque boum imagines, futuræ fertilitatis nuncias viderat dormiens; nihil ſe, niſi *boues & ſpicas* vidiſſe teſtatus eſt: Geneſ. 41. Et eiuſdem Pharaonis pincerna, cum Ioſeph, in carcere exiſtens, *vitem* in ſomnis ſe vidiſſe dixit, in qua eſſent tres propagines, & tamen nec vitem, nec propagines, ſed rerum illarum imagines viderat. Ibidem. Et nos cùm pictam videmus tabulam, eorum ipſam nominibus compellamus, quorum formas & ſpecies refert.

12. Ex dictis inferimus Deum nulla alia actione huic, in quo apparuiſſe dicitur, corpori adfuiſſe, quàm quibuſcunque alijs naturalibus ſubſtantijs adeſſe ſolet. Quidquid enim in hoc negotio fit, Angelorum fit opera. hoc ſolùm habet Deus, quòd dicatur *apparere*, Angeli corpus formant: Angeli corpus aſſumunt: Angeli corpus mouent: Angeli in, & per corpus operantur. Quocirca quemadmodum in ſua ipſius imagine, quam pictor exhibet, efficit nihil; cùm tota quantacúque ſit, ſit opus pictoris: ita in ſuis Apparitionibus, quædam ipſius ſunt imagines, Deus ſingulare *per ſe* facit nihil.

13. *Sed dicet aliquis*, (Verba referimus B. Auguſtini, quæ habet 3. de Trinit. cap. 11.) *Cur ergo ſcriptum eſt: Deus dixit ad Moyſen, & non potius: Dixit Angelus ad Moyſen? Quia* (reſpōdet idem Auguſtinus) *cùm verba Iudicis præco pronunciat; non ſcribitur in geſtis, Ille præco dixit. ſed ille Iudex: ſic etiam loquente Propheta ſancto, etſi dicamus; Propheta dixit; nihil aliud, quam Dominum dixiſſe intelligi volumus. Et ſi dicamus, Dominus dixit, prophetam non ſubtrahimus, ſed quin per eum dixerit, admoemus.*

CAPVT XXV.

Reſpondetur argumentis, quibus doceri videatur, Dei filium corpus aſſumpſiſſe olim, & ſub humana forma & effigie apparuiſſe mortalibus.

1. ASſertioni noſtræ, quam præcedenti capite aſtruximus, *tria* ſunt contraria, ad quæ, hoc capite, reſpondendum eſt: vt dubitandi locus nullus relinquatur animo ſolicito. Opinio & ſententia inſignium authorum, rationes non contemnendæ, & ſacrarum Scripturarum authoritas. Quid ad ſingula? Quod ſequitur.

Google

2. Authores *authoribus* opponimus: multis multos: doctis doctos: ſapientibus ſapientes: ſanctis ſanctos: claris claros. Quocirca, quamuis priores non damnemus erroris; ad horum tamen libet accedere ſententiam, quod maioribus hi, quàm illi, fundamentis niti videantur. Accedit, quod plerique ipſorum eo modo; in hoc negotio Deo omnia tribuant, quo Scriptura. Quid ſi igitur dicamus eoſdem ſenſiſſe Deum non aliter apparuiſſe, & corpus aſſumpſiſſe, quàm apparuiſſe, & aſſumpſiſſe explicat Scriptura? At Scriptura diſertiſsimis verbis, quæ nunc tribuit Deo, poſtea tribuit Angelo; quemadmodum Capite præcedenti, pluribus exemplis demonſtratum eſt.

3. Quod ſi quidam omnino hîc Deum non verè Angelum volunt corpus aſſumpſiſſe: pauci admodum illi ſunt; vt vix præter Nicephorum, atque Euſebium, vnus, quod ſciam, aut alter. At horum in hoc negotio tantum perſuadere debet authoritas, quantum rationes, quibus nituntur. *Rationes* igitur diſcutiamus, & tam ipſorum, & ſi quæ: alia, pro ipſorum ſententia militant.

4. Euſebius & Nicephorus vrgent illud, quod quibuſdam in Veteri Teſtamento dicatur apparuiſſe, non *Angelus*; ſed *Dominus*, at Angelum, inquiunt, Dominum dici; aut Deum conſuetudo Scripturæ non eſt. Quid verò ſi oſtendamus, in Scripturis, & Deum vocari Angelum: & Angelum vocari Deum? Certè prius illud ſuperius oſtenſum eſt in Chriſto: quem (quamuis verus ſit Deus) Angelum vocat Iſaias, cap 11. *vocabitur*, inquiens, *magni conſilij Angelus*. Eadem Iſaiæ authoritate Angeli nomen Deo conuenire in Filium Dei, oſtendit Dionyſius, lib. de Cæleſt. Hierarchia, ca. 4. Taceo, quod diſertis verbis *Angelus* dicatur, qui apparuit Gedeoni: ille item, qui viuus parentibus Sampſonis: & tamen tam hic, quàm ille ab iiſdem vocatus eſt *Dominus* non ſemel. An malè?

5. Sic Angelum Deum dici poſſe Chriſti oratio confirmat: Cùm enim ille quodam tempore argueretur, quod ſe *Deum* diceret; ſine crimine à ſe fieri oſtendit ex eo, quod etiam mortales homines *Dij* appellentur. *Scriptum eſt*, inquit, *Dij eſtis, & filij excelſi omnes*. Si homines Dij dici poſſunt, non poterunt, qui multis modis naturæ præſtantia ſuperant Angeli? Maius hîc argumentum præbent noſtræ Apparitiones. Id ſic docemus. Ille, qui legem, in duabus tabulis exaratam, Moyſi tradidit, Angelus fuit: ex ſententia Sanctiſſimi Pauli, ad Hebr. cap. 13. Sed idem ille ſic loquitur, Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus*. Ecce tibi, quod qui Angelus eſt; dicatur Deus. Angelus, ſcilicet, naturæ conditione: Deus miniſterio & officio; quia Dei perſonam

ſonam repræſentabat:non minus, quam qui in Scenam prodit exhibens perſonam Alexandri Magni, Alexander dicitur,quamuis verè filius ſit pauperis ruſtici. Atque hoc eſt,quod B. Auguſtinus cap. 9. contra Adamantium Manichæum, dicebat *Deum dici propter inhabitantem perſonam Dei: Angelum ex perſona ſeruientis creaturæ.*

Ex B. Ambroſio probatur Deus aſſumpſiſſe corpus olim quòd (vt videtur inſinuare) *diuinitas verè fuerit in columba*, quæ ſuper Chriſtum eſt viſa. Sed, primùm, nos de ijs apparitionibus loquimur, quibus olim Deus, in veteri Teſtamento, ſe mortalibus exhibuit. Deinde, negamus columbam, quæ ſuper Chriſtum viſa eſt, hoc differre ab illa, quam Noe emiſit, quòd hanc Spiritus S. aſſumpſerit, illam non aſſumpſerit: ſed quod hæc veræ Chriſti diuinitati teſtimonium dederit: illa non dederit: Alioquin, ſi quod res eſt, fatendum eſt: nec *vera* fuit columba, quæ ſuper Chriſtum deſcendit, ſed columbæ imago & ſpecies; nec *ſpeciem* & imaginem illam columbæ Spiritus ſanctus aſſumpſit; Prius docet Auguſtinus, lib. 6. de Trinit. cap. 5 poſterius idem Auguſtinus, 4 de Trinit. cap. vltimo. Vtrumque inſinuat Euangeliſta Matthæus, cap. 3. 6.

Sanctiſſimus Leo nullam rationem dat ſuæ ſententiæ. Sententia 7. verò eius, ſi non pro nobis eſt: non contra nos eſt. Et nos dicimus Chriſtum, *in carnis ſpecie*, olim apparuiſſe: & apparuiſſe Deum. Ipſe quem diſputationi huic titulum præfiximus, hoc probat. Sed quæſtio eſt, Vtrum *per ſe* apparuerit; *per ſe* corpus aſſumpſerit: an per Angelos. Euocatus fuit ab inferis Samuel; & miſcuit ſermonem cum Saul. Scriptura hoc docet, 1. Regum 28. ſed dubitant multi, nec ſine ratione, Vtrum, *per ſe* apparuerit: *per ſe* ſermonem miſcuerit: Et Necromanticos nouimus: qui Alexandrum Magnum atque Iulium Cæſarem incantationibus ad ſuperos reuocârunt, eoſque ſpectandos exhibuerunt: & tamen dubium nullum eſt, quin quidquid apparuit, Dæmonis fuerint præſtigiæ; Alexandri, & Iulij nudæ laruæ. Leo igitur Maximus docuit Chriſtum olim apparuiſſe: at *per ſe* immediatè; & non per Angelos ſanctos apparuiſſe, non docet.

Eodem modo ad Origenem reſpondetur. Neque enim ipſe dat aſ- 8. ſertionis ſuæ vllam cauſam, quanquam & dici poſſet dictionem *Eſt*, pro *ſignificat* poſitam eſſe: vt Seraphim dicatur *eſſe*, id eſt, ſignificare Chriſtum, phraſi, in ſacris literis, vſitata; quemadmodum ſequentes orationes probant, *Vos eſtis lux mundi*, Matth. 5. *Ioannes eſt Elias*, Matth. 11. *Ego ſum vitis, & vos palmites*. Ioan. 15. *Ioannes erat lucerna*

lucens, & ardens; Ioan. 5. & (quo loco vtitur B. Auguſtinus, 2. de Trinitate, cap. 7. *Petra erat Chriſtus*. 1. Corinth. 10.

9. Nec alio modo putatur locutus Tertullianus, quod Origenes. Non vult dici poſſe, *Patrem* apparuiſſe: poſſe dici apparuiſſe *Filium*. Verùm de modo, quo, vel Pater, vel Filius potuerit apparuiſſe, non diſputat; de quo hic noſtra eſt diſputatio, quemadmodum neque Patres Concilij Sirmienſis, de quibus Theſ. 13. capite 23. qui anathemate feriunt eos, qui Chriſtum negant luctatum cum Iacob: neque Clemens Romanus: quando vult Chriſtum viſum eſſe Abrahamo, Iſaaco, Iacobo, &c.

10. Et hoc authoribus prioris ſententiæ reſponſum ſit: hoc dictum ad rationes; quibus nitūtur; ſed quid ad illas alias, initio capitis vigeſimi tertij, allatas? quod *Deus* dicatur viſus? quod quę à viſo dicta, in *Angelos* non conueniant? quod etiam cum Angeli apparuerunt, *Deum* corpus aſſumpſiſſe ſcriptura inſinuet? Hæc tria præſidia continet Theſis 2. dicti capitis. Reſpondemus verò, optimè veriſsimeque dici hæc, quamuis etiam *Deus* non ſit, qui corpus aſſumpſerit. Scripturæ mos eſt, vt rerum imagines iiſdem nominibus inſigniantur, quibus res ipſæ ſolent appellari. Probatum hoc Theſi 11. capitis præcedētis. Vſus loquentium obtinuit, vt qui in Theatris Principum Regū que perſonas agunt, Principum & Regum nomina ſortiantur; atque, ſicuti Principes mandata dent; ſicut Principes honorem accipient. Et quemadmodum nos, cùm in imaginem Imperatoris oculos conijcimus, Imperatorem nos videre dicimus; ita ſi pictus Imperator loqui poſſet; & interrogaretur, quinam eſſet: Imperator ego ſum, reſpōderet; quāuis reuera non Imperator ſit, ſed Imperatoris nuda imago.

11. Vrgetur quoque, quod niſi Deus corpus aſſumpſiſſe dicatur, nihil in his Apparitionibus, inueniatur, quod ipſi tribuere poſsimus; nec ipſam quidem externam imaginem & formam. Huic quoque Capite præcedenti reſponſum eſt. Nihil hic eſt, quod ſibi proprium Deus vendicet: nec ipſam quidem externam imaginem. Hoc ſolum habet; quòd *apparere* dicatur. Quemadmodum Alexander, in ſcenam productus, apparere dicitur, & loqui: cùm tamē vox ſit loquentis pueri qui Alexandri perſonam ſuſtinet, facies atque motus omniſque actio eiuſdem pueri veſtes viri alicuius nobilis, à quo eaſdem puer mutuatus eſt.

12. Quæretur forſitan & illud, Cur, ſi per Angelos in hiſce Apparitionibus perfecta ſunt omnia, non, Dei nomine ſuppreſſo, *ſolius* Angeli fiat mentio. Duas huius cauſas aſſignat doctiſsimus Toſtatus, quæſt. 7. in 16. Geneſ. Prior eſt; ne, ſi Dei nulla mentio fieret, putaretur ipſe nihil ago-

hil agere: venirentque mortales in opinionem, vt eum impijs di-
cant: *Cardines cœli obambulat, & noſtra non conſiderat*. Iob 22. Altera
eſt, ne, ſi omnia Angeli dicerentur facere, ipſis diuinum numen
mortales tribuerent: illi maximè, qui ad Idololatriam propẽſo ſunt
animo.

Sed magis forſitan premit quartus ille, qui in fornace Babylonica
ſimilis dicitur *Filio Dei*: de quo Theſi 15. cap. 23. propterea, quod & no- 13.
men prodat illum fuiſſe verbum Patris; & confirmat idem grauiſsi-
morum virorum, Tertulliani, Auguſtini, Hippoliti atque Roberti
authoritas. Verùm hîc quoque eſt, quod reſpondeatur. Primum di-
ci poteſt, ex opinione Gentilium locutum eſſe Nabuchodonoſorem,
qui plures credebant Deos: quaſi horum vnius filium aliquem nota-
rit Rex. Poteſt quoque dici, per *Filium Dei*, non alium, quàm Ange-
lum ſignificari. Hanc ſẽtẽtiã Hieronymus probat; confirmatq; au-
thoritate Septuaginta Interpretum, qui pro *Filio Dei* verterunt *Ange-
lum*. Nec malè, vt videtur. Nam & ibidem dicitur *Angelus* deſcendiſſe
in fornacem, atque flammam ignis excuſsiſſe: & Scriptura *Angelos*
aliquando *Filios Dei* vocat; quemadmodum Iob. ca. 1. vbi ſic legitur,
Cùm veniſſent Filij Dei, vt aſsiſterent coram Domino: & rurſus ca. 38. *Vbi eras,
cùm me laudarent aſtra matutina; & iubilarent omnes Filij Dei.* vbi quoq;
Septuaginta legunt, omnes *Angeli Dei*. Deniq; & hoc dici poteſt: quod
per *Filium Dei* eximius aliquis, & ſingularis homo intelligatur, qui
magnam vultu habituque, præ ſe, grauitatem maieſtatemq; ferret:
quomodo & *Montes Dei* vocantur qui faſtigio nubes, quaſi attin-
gunt. Pſalm. 67. & *Cedri Dei*, qui excellentis ſunt magnitudinis, Pſal-
mo 79.

De *Melchiſedec*, cuius meminit Theſis 5. cap. 23. multæ & variæ
fuerunt ſententiæ: ſed pleræque falſæ: fuerunt non pauci, qui ho- 15.
minem eſſe, negârunt, & diuinam quandam mentem affirmârunt.
ſuſpicor propterea, quòd ab Apoſtolo, ad Hebr. 14. dicatur *eſſe ſine
patre, ſine matre, ſine genealogia*. Rurſus, quia *neque initium* dicitur
habuiſſe, neque finem dierum, quidam affirmârunt fuiſſe perſonam ali-
quam ex Trinitate. Quam verò? Alij dixerunt Spiritum ſanctum;
propterea, quòd cap. 7. dicatur *aſsimulatus Filio Dei*. Huius ſententiæ
author fuit quidã Hierax, teſte Euſebio hęreſ. 67. Alij Filium Dei aſ-
ſeruerunt: ideoq; dictum ab Apoſtolo; *Aſsimilatus filio Dei*: voluntque
ad idem perſuadendũ valere illud *ſine patre, ſine matre*. Sunt qui virtu-
tem filio maiorem putauerunt, ſuſpicor cæleſtem patrem, vt qui (vt
Melchiſedec) non trahit originem ab aliquo, ſicut Filius à Patre.

Meminit

Meminit horum B. Auguſtinus Hæreſ.55. Denique ſunt, qui Angelū crediderunt, ſub hominis ſimulata ſpecie: quam ſententiam tribuunt Origeni. Verum communem opinionem nos ſequimur, & Melchiſedech verum credimus fuiſſe hominē, cum B. Auguſt. Hęreſ.34. Ephiphanio, Hęreſ.67. Hieronymo epiſt.128. ad Euagrium. Quocirca nullum eſt argumentum quod à Melchiſedech petitur.

CAPVT XXVI.

Vnde conſtet Apparitionem eſſe, Dei ſiue diuinam; & non Angelicam; ſi quæ in Apparitione fiunt, per Angelos fiunt omnia.

1. DIFFERRE Dei, Angelorumq; Apparitiones nemo dubitat. Verùm, cum dictum iam ſit, nihil quaſi, in dictis Apparitionibus, quas Diuinas, vocamus, inueniri, quod ſibi ſoli, & quaſi proprium, Deus vendicet; quæſtio oritur, *Vnde* conſtare debeat Apparitionem aliquam Dei eſſe, & dici poſſe? & cur potius non omnes dicendæ ſint Angelorum? cum ipſorum, & quaſi ſolorū, in his Apparitionibus omnis ſit occupatio. Huic reſpondendum eſt, antequam vlteriùs progrediamur. Vnde igitur, Dei cognoſcūtur?

2. Qui putant diſtingui Dei, ſiue diuinas, & Angelicas, maieſtate ipſius Apparitiones, quaſi Dei, ſiue diuinæ illæ ſint, in qua magna maieſtate Spiritus, ſub corporea forma, conſpiciuntur: illæ Angelorum in quibus minor eſt maieſtas, vel nulla, vehementer errant. quia Dei eſſe poſſunt, adeoq; fuerunt, in quibus nulla vel parua maieſtas obſeruata eſt: & Angelorum, in quibus magna & excellens. Dei fuit primis parentibus, poſt præuaricationem diuini præcepti, exhibita: rurſus quæ Cain; quæ Agar; quæ Abrahamo atque Loth accidit: atque hîc maieſtas? Contra, Angelorum fuit, quæ paſtoribus, Chriſto nato, cōceſſa eſt; & quæ mulieribus, poſt Chriſti reſurrectionem: quanta verò in vtraque maieſtas? vt de poſteriori nihil dicam, de priori ſic S. Lucas: *Ecce, Angelus Dei ſtetit iuxta illos; & claritas Dei circumfulſit illos: & timuerunt timore magno. Et ſubitò, cum Angelo, facta eſt multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, &c.*

3. Sic errant, qui Dei illas omnes, & ſolas eſſe cenſent, quæ acciderunt antequam Angelorum in Sacris literis facta mentio: Angelorū, quæ poſtquam Angeli innotuerunt, ſunt peractæ. Errant, inquā, quia quamuis, fortè, prius illud ſit verum; quod priores omnes, quæ ante cap. 16. Geneſeos (quo primùm Angelorum fit mentio) deſcribuntur Diuinæ dici poſsint: poſteriùs tamen euertunt plurimæ; quas nos ſuperius, capite 2. recenſuimus, & in numero Diuinarum, cum grauiſsimis authoribus, poſuimus: quamuis etiam multis annis poſt per-

fectæ ſunt, quando iam Angeli mundo innotuerant, & cum hominibus fuerant conuerſati.

Nec illæ Dei dicendæ ſunt, in quibus magnus timor, tremor atque trepidatio ſpectatoribus fuit allata: Angelorum, in quibus horum 4
nihil. Dei fuerunt, quæ contigerunt Cain, Agar, Abrahamo: de quorum tremore atque trepidatione legimus nihil. Et Angelorum, ſi non ſemper, ſæpè cum timore atque trepidatione fuiſſe coniunctas, inſinuat oratio parentis Sampſonis, *Morte*, dicentis, *moriemur, quia vidimus Dominum*: qui aliquoties ibidem, *Angelus* dicitur. Iudicum cap. 13.

Gregorius de Valentia, in 1. partem S. Thomæ Aquinatis, q. 51. 5.
puncto 2. ex rebus ipſis putat colligi, quæ ſit diuina & quæ ſit Angelica Apparitio, Verba eius adſcribimus. *Quando*, inquit, *Angelus appareat in perſona Dei: & quando in perſona ſua, licet vtroque tempore ab Angelo, immediatè, corpus aſſumatur; colligi poteſt ex ipſa re, quæ per talem Apparitionem geritur. Nam ſi ea propriè competit non Angelo, ſed Deo; in perſona Dei tunc Angelus apparet: vt cum data eſt lex Moyſi: & cum legitur Geneſ. 3. apparuiſſe Deus deambulans, poſt meridiem: &c. Si autẽ ea res competat propriè Angelo; in perſona ſua tunc Angelus apparet, vt cùm Angelus apparuit Tobiæ, miſſus à Deo tãquam ſocius itineris, & etiam B. Virgini, vt nuncius myſterij Dominicæ Incarnationis.* Hæc Valentia. Nos de eodem pauló fuſius per ſequentes Notas.

Primum, igitur, illas Diuinas, & Dei Apparitiones dicemus, qui- 6.
bus Sacræ literæ teſtimonium perhibent, quod Deus apparuerit. Et meritò. Ea enim Sacrarum literarum eſt certitudo, vt falſi contineant nihil: magnoque & conſtanti animo omnibus earum pronunciatis adhærere firmiſſimè poſſimus. Ea, inquit, B. Auguſtinus, 3. lib. de Trinit. cap. 11. *extat authoritas diuinarum Scripturarum, vt mens noſtra deuiare non debeat.*

Secundo, diuinas, ſiue Dei dicemus, in quibus, qui apparet, & cor- 7.
pus aſſumpſit Angelus, ſe Deum appellat. Ita meritò in Diuinarum, & Dei numero illam Moyſi factam reponimus; qua, qui, apparebat, ſic loquebatur. *Ego ſum Dominus Deus tuus.* Vtrum harum, præter vnam illam, plures habemus, difficilè eſt dictu.

Tertio, in Diuinarum claſſe erunt, in quibus, qui apparet, ea, 8.
quaſi in propria perſona, repetit, quæ Deum dixiſſe, feciſſe, ex alijs Scripturæ locis, eſt manifeſtum: hoc argumento ducti credimus illam eſſe diuinam, quæ Iudicum, 2 cap. deſcribitur, vbi Angelus ob ſuum, quod cum Iudæorum populo pactum inijt (pactum Deus

Digitized by Google

inierat) violatum Iudæos arguit. *Pollicitus ſum*, inquit Angelus (in perſona ſcilicet Dei) *vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum, ita duntaxat; vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ: &c.*

9. Quartò, inde Diuinas colligimus, ſi illi, quibus Apparitiones factæ, his, qui apparerent, honorem diuinum tribuerent. Cùm enim plerumque ſingulariter Deo, hi chari fuerint, vtique & diuinum numen ſibi præſens eſſe æſtimare potuerunt, & in opinione ſua confirmari: quando præſenti, quæ Dei ſunt tribuebãt; & horum nomine non reprehendebantur. Hoc ſigno deprehendimus Deum fuiſſe, qui Abrahamo apparuit, Geneſ. 18. Sic enim ipſi locutus eſt patriarcha; *Tu es qui iudicas omnem terram.* hoc enim, cui, niſi ſoli Deo, conuenit?

10. Ex his ferè indicijs, illas, quarum in ſcripturis mentio fit, deprehendimus Diuinas, ſiue Dei, eſſe Apparitiones, non Angelorum. Ad quæ cùm grauiorum ſanctorumque authorum ſententia accedit; magis confirmamur; cùm. vt Apoſtolus Petrus loquitur. 2. cap. 1.) *Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſint ſancti Dei homines.* Et hæc pro diſtinctione Apparitionum Dei, & Angelorum. Nunc reliqua proſequamur.

CAPVT XXXII.

Quomodo Deus, aut Dei perſona Angelus, aſſumpſerit formatum corpus, in quo mortalibus apparuit.

1. QVÆ ab aliquo aſſumuntur, *vnum* plerumque fiunt cum eo, quod illa aſſumit. Res in omni genere eſt clara. Ex carne humana aſſumpta, & aſſumente Verbo vnus fit Chriſtus: ex anima aſſumente corpus, vnus fit homo: ex homine aſſumente albedinem; vnum album: ex lignis aſſumptis ad ædificium, vnum ædificium: ex militibus aſſumptis ad militiam, vnus exercitus: ex lapidibus his ad priores aſſumptis, vnus lapidum aceruus: ex fabro & ſecuri, vnus ſecans: denique ex Angelo & cœlo, quod ille mouet, vnum corpus cæleſte motum quidam conſtituunt.

2. Vniones hæ, quæ ex rebus aſſumptis, & aſſumentibus conflantur, non vnius rationis ſunt omnes. Quædam enim vniri dicuntur *ſubſtantialiter*; quædam *accidentaliter*. Diſtinctio eſt Franciſci Suarez, Tom. 1. Partis 3. Comm. ad Articulum 6 q. 3. D. Thomæ Aquinatis. Et ſubſtantialiter vniri dicuntur; quæ coniunguntur ad componendum aliquid in genere ſubſtantię. *Accidentaliter*; ex quorum vnione, quod reſultat, non eſt aliquid per ſe vnum in genere ſubſtantiæ. Et plerę; ex dictis. Accidentales ſunt, aliquæ etiam ſubſtantiales, præſertim prima & ſecunda.

3. Quoniam verò demonſtratum eſt, in Dei Apparitionibus, à Deo vel Angelo Dei perſonam ſuſtinente, aſſumi corpus: etiam explicandum

dũ eſt, *qualiſnam vnio* ex aſſumente Spiritu,& aſſumpto corpore reſultet: ſiue, *quo modo* corpus ab Angelo, ſiue Deo, aſſumi dici debeat. Quod quidem ſequentibus propoſitionibus, pro inſtituti noſtri ratione, faciemus breuiſsimè.

Prima ſit: Deus, ſiue Angelus, qui Dei perſonam ſuſtinet, non aſſumpſit, nec vniuit ſibi corpus *hypoſtaticè*. Dubium hic nullum. Quoniam ſi olim Deus corpus aſſumpſit,& ſibi hypoſtaticè vniuit, concidit noſtra fides, quæ nouiſsimis temporibus Verbum Patris carnẽ aſſumpſiſſe, ſibiq; humanam naturam vniuiſſe diſertis verbis tradit. *Vbi venit plenitudo temporis*, inquit Apoſtolus ad Gal. 4. *miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege. Nouiſſimè, diebus iſtis,* loquitur ad Hebr. 1. *locutus eſt nobis in filio*. Et Gloſſa, ſuper illud Gal. 3. ordinata per Angelos, *Magno Dei conſilio factum eſt, vt poſt hominis caſum, non illicò Dei filius mitteretur*. Accedit q; hypoſtatica vnio in vno tantũ, ſtupendoq; opere, filius, ſcilicet, Dei incarnatione, locum habeat, quodq; ſine graui miraculo, quale in his Apparitionibus non agnoſcimus, non perficiatur. Vide pro hoc argumento plura apud S. Auguſtinum, 2. de Trinit. cap. 11. 4.

Secunda Propoſitio: Deus, ſiue Angelus in perſona Dei, non ita corpus aſſumpſit, ſibique vniuit, quomodo *anima aſſumit ſibi, & vnit corpus*, quod vegetat. Vnio animæ & corporis ſubſtantialis eſt. *Anima & corpus*, inquit Athanaſius in Symbolo, *vnus homo eſt*. An fortè corpus & perſona, quæ corpus aſſumit vnus eſt, vel Deus, vel Angelus? Et quemadmodum corpus eſt pars hominis ſubſtantialis, ita ſubſtantialis, aut Dei, aut Angeli pars eſt corpus, quod aſſumitur? *Deus Spiritus eſt* (Ioan. 4.) quemadmodum & Angelus (Pſalm. 103.) at *Spiritus carnem & oſſa* (id eſt, corpus) *non habet*. Lucæ 24. Præterea & viuum eſſet corpus, quod aſſumeretur. Sed & hoc non minus & veritate alienum, quàm priora illa. Adde quòd hæc vnio ex partibus fiat imperfectis, &, vt in ſcholis loquimur, ex incompletis ſubſtantijs. at perfectæ, numeriſque omnibus abſolutæ ſunt ſubſtantiæ, & Deus, ſiue Angelus, qui corpus aſſumit; & corpus, quod à Deo vel Angelo aſſumitur. 5.

Tertia: Deus ſiue Angelus, dum corpus aſſumpſit, ſibiq; vniuit, nõ quod vnum per accidens ſic conſtituerunt; quemadmodum *ex ſubiecto, & quod ipſi inhæret accidente*, vnum quid efficitur. Vtrum enim, in hac vnione, accidens conſtituens? Deum an corpus? Deus eſt præſtantiſsimum perfectiſsimumque entium omnium, Ens, inquam, entium: Corpus, quod aſſumitur, aut aer eſt in genere ſubſtantiæ, aut vix ab aere differens ſubſtantia. 6.

7. Quarta. Non quemadmodum vnum *quid ex pluribus componentibus partibus* conficitur, (v.g. ex tecto, parietibus, & fundamento, domus ita vnum conficiunt corpus, quod aſſumitur; & Spiritus aſſumens Partes omnes imperfectionem quandam dicunt; & perfectione ſua carent, quamdiu extra totum ſunt, quod componunt. An verò imperfectus Deus, dum corpus non circumfert? Imperfectum hoc corpus, dum à Deo, vel Angelo, ſub humana, & ſibi peregrina, forma non circumfertur?

8. Quinta. Non, quemadmodum *multi milites vnum conſtant exercitum* cum ſuo Duce, ita vnum quid conficiunt Deus, ſiue Angelus, & aſſumptum corpus. Creſcit dignitas exercitus acceſsione nouorum militum: hic pluribus corporibus horror incuteretur intuentibus. Exercitus cum Duce facit vnum, quaſi regimen & Rempub. hîc ſimile nihil poteſt dici. Non manet Dux, ſi ſuo deſtituatur exercitu: manet Deus, quamuis nullum corpus circumferat: quamuis nullum etiam in tota vniuerſitate eſſet, ſub quo apparere poſſet, corpus.

9. Sexta. Deus, ſiue Angelus, cum corpore, quod aſſumitur, non *fit vnum per accidens*; quemadmodum vnus fit aceruus lapidum ex pluribus lapidibus. In hoc toto, ſiue vno, nullus eſt ordo: in toto ſiue vno, quod ex corpore noſtro fit, atque Deo ſiue Angelo, inſignis eſt ordo: vnum pręeſt; alterum ſubeſt: vnum mouet; alterum mouetur; vnum imperata dat, alterum data exequitur.

10. Septima. Non ita vnum quid fit, & componitur ex Deo ſiue Angelo, & aſſumpto corpore; quemadmodum *ex principali agente, atque inſtrumento*, vnum agens. Nam inſtrumentorum plerumque, ſiue coniuncta illa ſint, ſiue ſeparata, ea eſt conditio; vt ſine ipſis principalia agentia, aut nullo modo, aut non ita commodè, officia ſua atque functiones perficiant. At ſiue Deus ſit, ſiue Angelus, qui in corpore apparet, corpore iuuatur nihil, in vlla omnino, quæ per hoc formatum corpus, exercetur actione.

11. Octaua. Deus, ſiue Angelus, ita ſe habent in corpore, quod aſſumitur, atq; ita vnum quid efficiunt; quemadmodum ſe habent, vnumq; aliquod efficiunt, *mouens & corpus mobile*. Etenim Deus, ſiue Angelus eſt, qui mouet: corpus; in quo motus ſuſpicitur, & quod mouetur. Quocirca, quemadmodum in obſeſsis hominibus Dæmones ſunt, tanquam motores corporum; in quibus latitant: ita aſſumptis corporibus Deus, ſiue, Dei loco, Angelos.

12. Nona. Angelus, ſiue Deus, dum in aſſumpto corpore apparet, non neceſſe eſt ſemper corpore definiatur, quin imo, ſi Deus immediatè

per

per ſe corpus aſſumit, corpore definiri non poteſt. Si aſſumit Angelus, poteſt, ſi velit definiri; quamuis vt ſemper definiatur, neceſſe non ſit. Et de Deo quidem res eſt certa. Infinitus eſt: circumſcribi non poteſt. *Magnus Dominus*, inquit, Propheta. Pſalm. 144 *& laudabilis nimis, magnitudinis eius non eſt finis*: & Baruc, c. 3 *Magnus Dominus, & non habet finem, excelſus & immenſus*. & Athanaſius in Simbolo: *Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus*. De Angelis verò norunt verum eſſe docti, quod aſſerimus: quoniam nunc ita poſſunt eſſe in corpore, quod aſſumunt, vt extra illud non ſint: nunc verò, quamuis in aſſumpto latitent, illudq́; magant; etiam extra ipſum ſunt.

Decima. Angelus (ſed non Deus per ſe) eſt plerumque in corpore, quod aſſumit, & mouet, ad *modum mobilis per accidens*. Nam ſi corpus moueatur ſurſum, deorſum: & ipſe poterit moueri ſurſum, deorſum. quemadmodum, vt Ariſtoteles loquitur, 8. Phyſ. motis nobis, mouentur ea, quæ in nobis ſunt. Veruntamen vt *ſemper* ipſe, moto corpore moueatur, neceſſe non eſt, cum in gyrum, ipſe immobilis exiſtens, illud agitare poſsit. Deo hoc conuenire non poteſt: quamuis etiam *per ſe, immediate*, & corpus aſſumat, & aſſumptum moueat. Omnino ipſe immobilis eſt. Nullo modo ita corpore concluditur, vt extra corpus non ſit. Et hactenus de modo Aſſumptionis. 13.

CAPVT XXVIII.

De cauſa effectrice officiorum atque operationum, quæ obſeruabantur in corporibus, à Deo vel Angelis, Dei perſonam ſuſtinentibus, aſſumptis.

VARIAE fuerunt Dei operationes, in corpore, ſub quo ſe hominum generi viſibilem exhibuit. Patet hoc ex Apparitionibus à nobis ſuperius cap. 3. recenſitis. in omnibus legitur vidiſſe, audijſſe, locutus. In alijs quoque alias atque alias operationes eſt obſeruare. Ad primos parentes venit ambulans, Cain grauiori oratione perſtrinxit. Agar ſuaſit reditum ad ſuam dominam. Noe conſilia cogitationum ſuarum expoſuit, & arcæ incluſit. Cum Abrahamo eſt conuiuatus. Loth apprehendit per manum; & eduxit de ciuitate mox in cinerem redigenda. Luctatus eſt cum Iacob. Moyſi porrexit tabulas; & manum, ne ſplendor faciei mortem afferret, eidem propoſuit. Iſaiæ corpus ſuum oppoſuit. Gedeonis tetegit ſacrificium virga, quam manu tenebat. Apud Manue, flamma oblati ſacrificij aſcendit ſurſum & euanuit. Iſraelitas in 1.

magna concione repræhendit. Hæ hiſque ſimiles ſunt operationes, vt docet cap.3. Diſputationis præſentis.

2. Omnes verò ad *duo* prima genera reuocari poſſe videntur. Quædam dici poſſunt *Vitales* (vtrum ſint, poſtea definiendum) : quædam *Non Vitales*. Vitales dicemus, quæ conuenire poſſunt viuentibus, & ijs qui in motus ſui, in ſe, principium habent. Non vitales, quæ etiam in non viuentia cadunt. Prioris generis ſunt locutio, repræhenſio, & cætera. Poſterioris motus ſurſum, pulſio, tractio, & cætera.

3. Quales quales ſunt, propoſitum hic eſt, ipſarum *effectrices* cauſas aſsignare. Et magno labore haud opus: quòd *tria* tantùm in hiſce Apparitionibus inueniantur, quæ ipſarum principium eſſe poſsint; & de *vno* tantùm, quod illud ſit, conſtitui debeat. Tria illa ſunt, *Deus*, qui apparere dicitur; *Corpus*, in quo apparet; Angelus, qui Apparitiones exhibet. Quid igitur conſtituendum?

4 Primùm, *Corpus* operationum, quæ in ipſo notantur, & conſpiciuntur effectiuum principium nullo modo dici debet. Philoſophia nos hîc docet. Quodcũque corpus operationis alicuius, *quæ in ipſo eſt*, principium eſt, ſeu principium habet intrinſecum, viuum eſt Corpus hoc, quo ſub, ſiue, in quo, Deus apparet, viuum non eſt. Non igitur principium efficiens operationis ſuæ, in ſe habet. Aſſumptio probata eſt ſuperius, ca. 12. Maiorem propoſitionem Ariſtoteles, 8. Phyſicorum cum cõmuni ferè omnium ſententia ex eo confirmat: quòd quamdiu ſe corpore mouere, obſeruamus, viuere ipſa & vita nondũ deſtituta credamus.

5. Secundò dicimus, *Deum* principium, & efficientem cauſam harum operationum non eſſe. Non negamus Deum ad ipſas incipiendas, conſeruandas, perficiendas cõcurrere: ſuperius hoc demonſtratum eſt, docuimus omnino concurrere: concurrere immediatè, non minus; quàm ipſa agentia naturalia, ad ſuas operationes: ſed negamus *per ſe*, ipſas producere. Cur Deum operationum authorem conſtituemus, qui negamus Deum corpus finxiſſe? (c.20.) aſſumpſiſſe? (cap.24.)

6. *Angeline*, igitur ſunt harum operationum principia? cauſæ efficientes? Omnino ſunt. Omnium ſunt? Omnium ſunt. Soli ſunt? ſoli ſunt. Quomodo? quia, quod aliud principium vel vnius, vel omnium eſſe, dicere oporteat, *nullum* ſupereſt. Sed & rectè hoc dicitur. quia nec quidquam in his Apparitionum operibus eſt,

quod

quod Angelorum vim poteſtatemque excedat: nec quicquam, quod ipſos nequaquam deceat. 7.

Quæcunque in hiſce operationibus obſeruata ſunt, interuenien-te motu locati corporis, quod aſſumptum fuit, peragi potuerunt, peractaque ſunt omnia. Senſuum hoc probat iudicium. At commune Theologorum axioma eſt, *materiam corporaſem, quoad motum localem, ſubiectam eſſe Spiritibus angelicis*: Vires igitur naturæ Angelorum non ſuperant Operationes dictæ.

8. Fortaſsis non conueniebat ab Angelis proficiſci. At ſi per Angelos perfectæ ſunt, & non, niſi per Angelos fieri commodè potuerunt; quomodo, vt ab ipſis proficiſcerentur, non conueniebat? præſertim, cùm & per bonos Angelos, qui cũ ratione & iudicio agunt omnia, ſint perfectæ; & perfectæ Dei voluntate, ne dicam imperio; & perfectæ ab ipſis, Dei perſonam ſuſtinentibus?

9. Adminiſtratorij Spiritus ſunt Angeli. an hominum tantùm? Etiam ſunt Dei: cui ſeruire ſumma voluptas eſt ipſis: & quidem in rebus omnibus: in Dei voluntate hominibus denuncianda; in peccatis mortalium vindicandis: in miſeris afflictiſque conſolandis: in errantibus ad viam reducendis: in ad vitam extremumque iudicium reuocandis, &c. Quod igitur abſurdum, ſi hîc Deo operas ſuas locent?

CAPVT XXIX.

Quomodo operationes, & officia Angelis authoribus: Dei tamen perſonam ſuſtinentibus, facta, ipſis Angelis tribui debeant.

MVLTA certis cauſis efficientibus, à quibus producuntur, tribuuntur, quæ tamen de hiſce cauſis non dicuntur. Vnius vel ſolius Dei exemplo res eſt clara. Deus quemadmodum eſt finis, ita principium, & efficiens cauſa operationum omnium, quæ apud nos ſunt: ſed tamen nec ipſum comedere quis dixerit, nec filios procreare: quamuis ſine ipſo nulla comeſtio, nulla filiorum procreatio. Multa quoque, imò plura ſunt, quæ cauſis efficientibus tribuuntur, & de iiſdem cauſis dicuntur: quemadmodum comeſtio, atque filiorum procreatio, & hominis eſt opus, & de homine dicitur. Quoniam igitur, præcedenti Cap. dictum eſt, omnium, quæ in aſſumpto corpore fiunt, Angelos eſſe cauſas efficientes; An quoque *Omnia de Angelis* dicuntur, hic definiendum eſt. 1.

2. Et de quinque, vel ſex, actionum ſiue operationum generibus (ad quæ omnes reuocari poſſe videntur) eſt quæſtio: ſcilicet viſione, auditione, locutione, commeſtione, motu tam illo, qui patientis eſt, quàm qui eſt agentis. De his quæritur, An de Angelo, qui Dei perſonam, in aſſumpto corpore ſuſtinuit, dici poſſit, quod viderit, audiuerit, locutus ſit, commederit, motus ſit, mouerit. Et quidem duplex quæſtio eſt: prior, Vtrum *abſolutè* hæc de illo dici poſſint: poſterior, Vtrum ita, *propriè*, quemadmodum v.g. de hominibus. Neque enim idem eſt *abſolutè* aliquid de aliquo dici, *propriè*: Abſoluta dictio diuiditur in propriã, & impropriam. Quocirca poteſt aliqua eſſe impropria, & nihilominus vera, abſolutè prolata. Quid igitur conſtituendum? Id ſubiunctis Aſſertionibus docemus.

3. *Omnes actiones*, quarum meminimus, *rectè tribuunt Angelis*, ſiue Dei perſonam illi ſuſtineant; ſiue propriam, in aſſumpto corpore, agant. Docemus ſequentibus Scripturæ locis. De Angelis, quos hoſpitio ſuſcepit Abraham, clarum eſt, quod *viderint*, quia Geneſ. 18. dicuntur oculos direxiſſe contra Sodomam: quòd ijdem *audiuerint*, probant ipſorum reſponſa nunc Abrahamo, nunc Saræ, nunc Loth facta: quòd *locuti* ſint plures, pluribus locis manifeſtum; pro multis ſint, qui Chriſti reſurrectionem, & natiuitatem annunciarunt. *Commediſſe* legitur ille, qui dux Tobiæ fuit, c 7. Tobiæ. Idem *motus* eſt, quemadmodum hæc ipſius oratio, cap. 5. demonſtrat: *Noui viam, quæ ducit in regionem Medorum; & omnia itinera eius frequenter ambulaui.* Quod *alia mouerint*, ſaxum ab oſtio monumenti remotum probat, Matt. 28 Hæc Sacrarum Scripturarum oracula. An falſa?

4. Cæterum, Eueniúntne dictæ actiones ita Angelis, quemadmodũ hominibus alijſque viuentibus? Hoc ſecundum eorum, quæ definienda hoc capite. Sub alia orationis forma idem id quærunt Theologi, Vtrum, videlicet, Angeli in aſſumptis corporibus *Vitale* operationes exerceant. Cui quamuis paucis poſsit, & vno verbo propemodũ, reſponderi: lucis tamen maioris cauſa, placet ſingulas ſupradictas actiones excutere, & inſpicere.

5. *Viſio* igitur, per aſſumptum corpus, exerceri nequit; nec, quòd Angeli videant, *propriè* dici poteſt. Viuẽtis, organicique corporis opus eſt viſio; adeoque in actione quadam paſsioneque conſiſtit: & paſsio quidem perficitur receptione ſpeciei in organo: actio operatione atque exercitio, quod vis videndi, ſpecie informata elicit. Quid horum hic inuenitur? Corpus quidem eſt, quod circumfert Angelus; at non viuum eſt; non organicum eſt: nulla eſt anima inſtructũ: nullam ſpeciem ſuſcipit: nullius in ſe actionis principium habet.

Quo-

Quocirca neceſſe non eſt, vt Angelus, quæ cognoſcere debet, illa 6.
oculis habeat obiecta. Ita facilè cognoſcit, quæ poſt ipſum ſunt; quàm
quæ in oculos incurrunt. Sed nec neceſſe eſt oculos aperiat, & in rem
præſentem, quàm in aſſumpto corpore cognoſcit, conijciat. Ita per-
fectè rem clauſis, vt apertis oculis cognoſcit. Nihil iuuant oculi aper-
ti, vt præſentia cognoſcat: nihil impediũt clauſi; cur minus eadem co-
gnoſcat. Tantum quoque os, atque nares ad viſionem iuuent; quàm
oculi. Ita Toſtatus, in cap. 76. Exodi: & bene.

Nec auditus ſiue *auditio*, per aſſumptum corpus exercita eſt In aſſum 7.
pto corpore *propriè* non fuit auditus. Huius eadem, quæ præcedentis
aſſertionis ratio. Vitalis etiam hæc operatio eſt. Vbicunque igitur
principium vitæ defuit, quemadmodum defuit in aſſumpto, ab An-
gelis corpore, ipſa locum non habet. Sed nec ſine meringa auditio fit:
quis verò hanc in Angelico corpore, quod vix aliud eſt, quàm concre
tus aer inquirat? quis inueniat?

Itaq; quæ auditu percipere Angelus dicitur, non tam auditu per- 8.
cipere dicendus eſt, quam percipere *ad eum modum*, quo voces perci-
piunt, qui auditu inſtructi ſunt. Alioquin vox ab homine (cui cum
Angelo eſt ſermo) ad aures Angeli perlata, tantùm apud eundem va-
let, quantum ſurdo facta. Non ad miringam tranſit: non eandem di-
uerberat, aut ſui ſpeciem ad ipſam tranſmittit. Quemadmodum co-
lorem videt nullum Angelus; ita ſonum nullum audit. Nec læditur
auditus vehementiori aut grauiori ſono: nec recreatur leni aut ſuaui-
ori. nec ad auditionẽ iuuat, ſi ſumma vocis intenſione in aures ipſius
inclames. Summa non audit, quamuis non ſurdus. & hoc Toſtatus,
vbi ſupra: & bene.

Loquuntúrne in alienis corporibus Angeli, vt in ſuis homines? 9.
Omnino id dixerit, qui oculos in præſentium os coniecerit; linguam,
dentes, labiorum contractionem, compreſsionem, protenſionem,
dilatationẽ obſeruauerit. Sed tamen *propriè* loqui dicendi non ſunt.
An loqui contingit ſine ore? ſine lingua? labijs? dentibus? maxillis?
& quidem viuis vocis inſtrumentis? Mortui, quamuis hæc inſtrumẽ-
ta habeant; non tamen loquuntur: quia viua non habent. At nec vi-
uunt in Angelis. Ad ſimilitudinem igitur loquentium ſe habent An-
geli: Nec magis loqui dicendi ſunt, quàm ſtatua, ſi quæ induſtrij arti-
ficis opera vocem ſimulet.

Sed tamen hæc locutionis inſtrumenta, lingua, ſcilicet, dentes, la- 10.
bia, maxillæ, plus Angelos hîc iuuant; quàm oculi, atque aures ad vi-
ſionem, & auditionem. Nihil confert oculus viſioni: nihil auris au-
ditioni; Dentes verò, os, labia, maxillæ, quamuis voci non ſeruiant,

Digitized by Google

Meminit horum B. Auguſtinus Hæreſ.55. Denique ſunt, qui Angelũ crediderunt, ſub hominis ſimulata ſpecie: quam ſententiam tribuunt Origeni. Verum communem opinionem nos ſequimur, & Melchiſedech verum credimus fuiſſe hominẽ, cum B. Auguſt. Hęreſ.34. Ephiphanio, Hęreſ.67. Hieronymo epiſt.128. ad Euagrium. Quocirca nullum eſt argumentum quod à Melchiſedech petitur.

CAPVT XXVI.

Vnde conſtet Apparitionem eſſe, Dei ſiue diuinam; & non Angelicam; ſi quæ in Apparitione fiunt, per Angelos fiunt omnia.

1. DIFFERRE Dei, Angelorumq; Apparitiones nemo dubitat. Verùm, cum dictum iam ſit, nihil quaſi, in dictis Apparitionibus, quas Diuinas, vocamus, inueniri, quod ſibi ſoli, & quaſi proprium, Deus vendicet; quæſtio oritur, *Vnde* conſtare debeat Apparitionem aliquam Dei eſſe, & dici poſſe? & cur potius non omnes dicendæ ſint Angelorum? cum ipſorum, & quaſi ſolorũ, in his Apparitionibus omnis ſit occupatio. Huic reſpondendum eſt, antequam vlteriùs progrediamur. Vnde igitur, Dei cognoſcũtur?

2. Qui putant diſtingui Dei, ſiue diuinas, & Angelicas, maieſtate ipſius Apparitiones, quaſi Dei, ſiue diuinæ illæ ſint, in qua magna maieſtate Spiritus, ſub corporea forma, conſpiciuntur: illæ Angelorum in quibus minor eſt maieſtas, vel nulla, vehementer errant. quia Dei eſſe poſſunt, adeoq; fuerunt, in quibus nulla vel parua maieſtas obſeruata eſt: & Angelorum, in quibus magna & excellens. Dei fuit primis parentibus, poſt præuaricationem diuini præcepti, exhibita: rurſus quæ Cain; quæ Agar; quæ Abrahamo atque Loth accidit; atque hîc maieſtas? Contra, Angelorum fuit, quæ paſtoribus, Chriſto nato, cõceſſa eſt; & quæ mulieribus, poſt Chriſti reſurrectionem: quanta verò in vtraque maieſtas? vt de poſteriori nihil dicam, de priori ſic S. Lucas: *Ecce, Angelus Dei ſtetit iuxta illos; & claritas Dei circumfulſit illos: & timuerunt timore magno. Et ſubitò, cum Angelo, facta eſt multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum, &c.*

3. Sic errant, qui Dei illas omnes, & ſolas eſſe cenſent, quæ acciderunt antequam Angelorum in Sacris literis facta mentio: Angelorũ, quæ poſtquam Angeli innotuerunt, ſunt peractæ. Errant, inquã, quia quamuis, fortè, prius illud ſit verum; quod priores omnes, quæ ante cap. 16. Geneſeos (quo primùm Angelorum fit mentio) deſcribuntur, Diuinæ dici poſſint: poſteriùs tamen euertunt plurimæ; quas nos ſuperius, capite 2. recenſuimus, & in numero Diuinarum, cum grauiſsimis authoribus, poſuimus: quamuis etiam multis annis poſt perfectæ

fectæ ſint, quando iam Angeli mundo innotuerant, & cum hominibus fuerant conuerſati.

Nec illæ Dei dicendæ ſunt, in quibus magnus timor, tremor atque trepidatio ſpectatoribus fuit allata: Angelorum, in quibus horum 4
nihil. Dei fuerunt, quæ contigerunt Cain, Agar, Abrahamo: de quorum tremore atque trepidatione legimus nihil. Et Angelorum, ſi non ſemper, ſæpè cum timore atque trepidatione fuiſſe coniunctas, inſinuat oratio parentis Sampſonis, *Morte*, dicentis, *moriemur, quia vidimus Dominum*: qui aliquoties ibidem, *Angelus* dicitur. Iudicum cap. 13.

Gregorius de Valentia, in 1. partem S. Thomæ Aquinatis, q. 51. 5.
puncto 2. ex rebus ipſis putat colligi, quæ ſit diuina & quæ ſit Angelica Apparitio. Verba eius adſcribimus. *Quando*, inquit, *Angelus appareat in perſona Dei: & quando in perſona ſua, licet vtroque tempore ab Angelo, immediatè, corpus aſſumatur; colligi poteſt ex ipſa re, quæ per talem Apparitionem geritur. Nam ſi ea propriè competit non Angelo, ſed Deo; in perſona Dei tunc Angelus apparet: vt cum data eſt lex Moyſi: & cum legitur Geneſ 3. apparuiſſe Deus de ambulans, poſt meridiem: &c. Si autē ea res competat propriè Angelo; in perſona ſua tunc Angelus apparet, vt cùm Angelus apparuit Tobiæ, miſſus à Deo tāquam ſocius itineris, & etiam B. Virgini, vt nuncius myſterij Dominicæ Incarnationis.* Hæc Valentia. Nos de eodem paulò fuſius per ſequentes Notas.

Primum, igitur, illas Diuinas, & Dei Apparitiones dicemus, qui- 6.
bus Sacræ literæ teſtimonium perhibent, quod Deus apparuerit. Et meritò. Ea enim Sacrarum literarum eſt certitudo, vt falſi contineant nihil: magnoque & conſtanti animo omnibus earum pronunciatis adhærere firmiſsimè poſſimus. Ea, inquit, B. Auguſtinus, 3. lib. de Trinit. cap. 11. *extat authoritas diuinarum Scripturarum, vt mens noſtra deuiare non debeat.*

Secundo, diuinas, ſiue Dei dicemus, in quibus, qui apparet, & cor 7.
pus aſſumpſit Angelus, ſe Deum appellat. Ita meritò in Diuinarum, & Dei numero illam Moyſi factam reponimus; qua, qui, apparebat, ſic loquebatur. *Ego ſum Dominus Deus tuus.* Vtrum harum, præter vnam illam, plures habemus, difficilè eſt dictu.

Tertio, in Diuinarum claſſe erunt, in quibus, qui apparet, ea, 8.
quaſi in propria perſona, repetit, quæ Deum dixiſſe, feciſſe, ex alijs Scripturæ locis, eſt manifeſtum: hoc argumento ducti credimus illam eſſe diuinam, quæ Iudicum, 2 cap. deſcribitur, vbi Angelus ob ſuum, quod cum Iudæorum populo pactum inijt (pactum Deus

 inierat)

inierat) violatum Iudæos arguit. *Pollicitus ſum*, inquit Angelus (in perſona ſcilicet Dei) *vt non facerem irritum pactum meum vobiſcum, ita duntaxat; vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ: &c.*

9. Quartò, inde Diuinas colligimus, ſi illi, quibus Apparitiones factæ, his, qui apparerent, honorem diuinum tribuerent. Cùm enim plerumque ſingulariter Deo, hi chari fuerint, vtique & diuinum numen ſibi præſens eſſe æſtimare potuerunt, & in opinione ſua confirmari: quando præſenti, quæ Dei ſunt tribuebāt; & horum nomine non reprehendebantur. Hoc ſigno deprehendimus Deum fuiſſe, qui Abrahamo apparuit, Geneſ. 18. Sic enim ipſi locutus eſt patriarcha; *Tu es qui iudicas omnem terram.* hoc enim, cui, niſi ſoli Deo, conuenit?

10. Ex his ferè indicijs, illas, quarum in ſcripturis mentio fit, deprehendimus Diuinas, ſiue Dei, eſſe Apparitiones, non Angelorum. Ad quæ cùm grauiorum ſanctorumque authorum ſententia accedit, magis confirmamur; cùm, vt Apoſtolus Petrus loquitur. 2. cap. 1.) *Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.* Et hæc pro diſtinctione Apparitionum Dei, & Angelorum. Nunc reliqua proſequamur.

CAPVT XXXII.

Quomodo Deus, aut Dei perſona Angelus, aſſumpſerit formatum corpus, in quo mortalibus apparuit.

1. QVAE ab aliquo aſſumuntur, *vnum* plerumque fiunt cum eo, quod illa aſſumit. Res in omni genere eſt clara. Ex carne humana aſſumpta, & aſſumente Verbo vnus fit Chriſtus: ex anima aſſumente corpus, vnus fit homo: ex homine aſſumente albedinem; vnum album: ex lignis aſſumptis ad ædificium, vnum ædificium: ex militibus aſſumptis ad militiam, vnus exercitus: ex lapidibus his ad priores aſſumptis, vnus lapidum aceruus: ex fabro & ſecuri, vnus ſecans; denique ex Angelo & cœlo, quod ille mouet, 2 vnum corpus cæleſte motum quidam conſtituunt.

Vniones hæ, quæ ex rebus aſſumptis, & aſſumentibus conflantur, non vnius rationis ſunt omnes. Quædam enim vniri dicuntur *ſubſtantialiter*; quædam *accidentaliter*. Diſtinctio eſt Franciſci Suarez, Tom. 1. Partis 3. Comm. ad articulum 6 q. 3. D. Thomæ Aquinatis. Et ſubſtantialiter vniri dicuntur; quæ coniunguntur ad componendum aliquid in genere ſubſtantiæ. *Accidentaliter*; ex quorum vnione, quod reſultat, non eſt aliquid per ſe vnum in genere ſubſtantiæ. Et plereq; ex dictis. Accidentales ſunt, aliquæ etiam ſubſtantiales, præſertim prima & ſecunda.

3 Quoniam verò demonſtratum eſt, in Dei Apparitionibus, à Deo vel Angelo Dei perſonam ſuſtinente, aſſumi corpus: etiam explicandum

dū eſt, *qualinam vnio* ex aſſumente Spiritu, & aſſumpto corpore reſultet: ſiue, *quo modo* corpus ab Angelo, ſiue Deo, aſſumi dici debeat. Quod quidem ſequentibus propoſitionibus, pro inſtituti noſtri ratione, faciemus breuiſsimè.

Prima ſit: Deus, ſiue Angelus, qui Dei perſonam ſuſtinet, non aſſumpſit, nec vniuit ſibi corpus *hypoſtaticè*. Dubium hic nullum. Quoniam ſi olim Deus corpus aſſumpſit, & ſibi hypoſtaticè vniuit, concidit noſtra fides, quæ nouiſsimis temporibus Verbum Patris carnē aſſumpſiſſe, ſibiq; humanam naturam vniuiſſe diſertis verbis tradit. *Vbi venit plenitudo temporis*, inquit Apoſtolus ad Gal. 4. *miſit Deus filium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege. Nouiſsimè, diebus iſtis*, loquitur ad Hebr. 1. *locutus eſt nobis in filio*. Et Gloſſa, ſuper illud Gal. 3. ordinata per Angelos, *Magno Dei conſilio factum eſt, vt poſt hominis caſum, non illicò Dei filius mitteretur*. Accedit q̄ hypoſtatica vnio in vno tantū, ſtupendoq; opere, filius, ſcilicet, Dei incarnatione, locum habeat, quodq; ſine graui miraculo, quale in his Apparitionibus non agnoſcimus, non perficiatur. Vide pro hoc argumento plura apud S. Auguſtinum, 2. de Trinit. cap. 11. 4.

Secunda Propoſitio: Deus, ſiue Angelus in perſona Dei, non ita corpus aſſumpſit, ſibique vniuit, quomodo *anima aſſumit ſibi, & vnit corpus*, quod vegetat. Vnio animæ & corporis ſubſtantialis eſt. *Anima & corpus*, inquit Athanaſius in Symbolo, *vnus homo eſt*. An fortè corpus & perſona, quæ corpus aſſumit vnus eſt, vel Deus, vel Angelus? Et quemadmodum corpus eſt pars hominis ſubſtantialis, ita ſubſtantialis, aut Dei, aut Angeli pars eſt corpus, quod aſſumitur? *Deus Spiritus eſt* (Ioan. 4.) quemadmodum & Angelus (Pſalm. 103.) at *Spiritus carnem & oſſa* (id eſt, corpus) *non habet*. Lucæ 24. Præterea & viuum eſſet corpus, quod aſſumeretur. Sed & hoc non minus & veritate alienum, quàm priora illa. Adde quòd hæc vnio ex partibus fiat imperfectis, &, vt in ſcholis loquimur, ex incompletis ſubſtantijs. at perfectæ, numeriſque omnibus abſolutæ ſunt ſubſtantiæ, & Deus, ſiue Angelus, qui corpus aſſumit; & corpus, quod à Deo vel Angelo aſſumitur. 5.

Tertia: Deus ſiue Angelus, dum corpus aſſumpſit, ſibiq; vniuit, nō quod vnum per accidens ſic conſtituerunt; quemadmodum *ex ſubiecto, & quod ipſi inhæret accidente*, vnum quid efficitur. Vtrum enim, in hac vnione, accidens conſtituens? Deum an corpus? Deus eſt præſtantiſsimum perfectiſsimumque entium omnium, Ens, inquam, entium: Corpus, quod aſſumitur, aut aer eſt in genere ſubſtantiæ, aut vix ab aere differens ſubſtantia. 6.

7. Quarta. Non quemadmodum vnum *quid ex pluribus componentibus partibus* conficitur,(v.g. ex tecto, parietibus,& fundamento, domus ita vnum conficiunt corpus, quod aſſumitur; & Spiritus aſſumens Partes omnes imperfectionem quandam dicunt; & perfectione ſua carent,quamdiu extra totum ſunt, quod componunt. An verò imperfectus Deus,dum corpus non circumfert? Imperfectum hoc corpus, dum à Deo, vel Angelo, ſub humana, & ſibi peregrina, forma non circumfertur?

8. Quinta. Non, quemadmodum *multi milites vnum conſtant exercitum* cum ſuo Duce, ita vnum quid conficiunt Deus, ſiue Angelus, & aſſumptum corpus. Creſcit dignitas exercitus acceſsione nouorum militum: hic pluribus corporibus horror incuteretur intuentibus. Exercitus cum Duce facit vnum, quaſi regimen & Rempub. hîc ſimile nihil poteſt dici. Non manet Dux, ſi ſuo deſtituatur exercitu: manet Deus, quamuis nullum corpus circumferat: quamuis nullum etiam in tota vniuerſitate eſſet, ſub quo apparere poſſet, corpus.

9. Sexta. Deus,ſiue Angelus,cum corpore, quod aſſumitur, non *fit vnum per accidens*; quemadmodum vnus fit aceruus lapidum ex pluribus lapidibus. In hoc toto, ſiue vno, nullus eſt ordo: in toto ſiue vno, quod ex corpore noſtro fit,atque Deo ſiue Angelo, inſignis eſt ordo: vnum prȩeſt; alterum ſubeſt: vnum mouet; alterum mouetur; vnum imperata dat, alterum data exequitur.

10. Septima. Non ita vnum quid fit,& componitur ex Deo ſiue Angelo, & aſſumpto corpore; quemadmodum *ex principali agente, atque inſtrumento*, vnum agens. Nam inſtrumentorum plerumque, ſiue coniuncta illa ſint,ſiue ſæparata,ea eſt conditio; vt ſine ipſis principalia agentia,aut nullo modo,aut non ita commodè,officia ſua atque functiones perficiant. At ſiue Deus ſit,ſiue Angelus, qui in corpore apparet,corpore iuuatur nihil, in vlla omnino, quæ per hoc formatum corpus, exercetur actione.

11. Octaua. Deus,ſiue Angelus,ita ſe habent in corpore,quod aſſumitur,atq; ita vnum quid efficiunt; quemadmodum ſe habent,vnumq; aliquod efficiunt, *mouens & corpus mobile*. Etenim Deus, ſiue Angelus eſt, qui mouet: corpus; in quo motus ſuſpicitur, & quod mouetur. Quocirca, quemadmodum in obſeſsis hominibus Dæmones ſunt, tanquam motores corporum; in quibus latitant: ita aſſumptis corporibus Deus, ſiue, Dei loco, Angelos.

12. Nona. Angelus, ſiue Deus,dum in aſſumpto corpore apparet, non neceſſȩ eſt ſemper corpore definiatur. quin imo, ſi Deus immediatè

per ſe corpus aſſumit, corpore definiri non poteſt. Si aſſumit Angelus, poteſt, ſi velit definiri; quamuis vt ſemper definiatur, neceſſe non ſit. Et de Deo quidem res eſt certa. Infinitus eſt: circumſcribi non poteſt. *Magnus Dominus*, inquit, Propheta. Pſalm. 144 *& laudabilis nimis, magnitudinis eius non eſt finis*: & Baruc, c. 3 *Magnus Dominus, & non habet finem, excelſus & immenſus*. & Athanaſius in Simbolo: *Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus*. De Angelis verò norunt verum eſſe docti, quod aſſerimus: quoniam nunc ita poſſunt eſſe in corpore, quod aſſumunt, vt extra illud non ſint: nunc verò, quamuis in aſſumpto lateant, illudq; magant; etiam extra ipſum ſunt.

Decima. Angelus (ſed non Deus per ſe) eſt plerumque in corpore, 13.
quod aſſumit, & mouet, ad *modum mobilis per accidens*. Nam ſi corpus moueatur ſurſum, deorſum: & ipſe poterit moueri ſurſum, deorſum. quemadmodum, vt Ariſtoteles loquitur, 8. Phyſ. motis nobis, mouentur ea, quæ in nobis ſunt. Veruntamen vt *ſemper* ipſe, moto corpore moueatur, neceſſe non eſt, cum in gyrum, ipſe immobilis exiſtens, illud agitare poſſit. Deo hoc conuenire non poteſt: quamuis etiam *per ſe, immediate*, & corpus aſſumat, & aſſumptum moueat. Omnino ipſe immobilis eſt. Nullo modo ita corpore concluditur, vt extra corpus non ſit. Et hactenus de modo Aſſumptionis.

CAPVT XXVIII.

De cauſa effectrice officiorum atque operationum, quæ obſeruabantur in corporibus, à Deo vel Angelis, Dei perſonam ſuſtinentibus, aſſumptis.

VARIAE fuerunt Dei operationes, in corpore, ſub quo ſe 1.
hominum generi viſibilem exhibuit. Patet hoc ex Apparitionibus à nobis ſuperius cap. 3. recenſitis. in omnibus legitur vidiſſe, audijſſe, locutus. In alijs quoque alias atque alias operationes eſt obſeruare. Ad primos parentes venit ambulans, Cain grauiori oratione perſtrinxit. Agar ſuaſit reditum ad ſuam dominam. Noe conſilia cogitationum ſuarum expoſuit, & arcæ incluſit. Cum Abrahamo eſt conuiuatus. Loth apprehendit per manum; & eduxit de ciuitate mox in cinerem redigenda, Luctatus eſt cum Iacob. Moyſi porrexit tabulas; & manum, ne ſplendor faciei mortem afferret, eidem propoſuit. Iſaiæ corpus ſuum oppoſuit. Gedeonis tetegit ſacrificium virga, quam manu tenebat. Apud Manue, flamma oblati ſacrificij aſcendit ſurſum & euanuit. Iſraelitas in

magna concione repræhendit. Hæ hiſque ſimiles ſunt operationes, vt docet cap. 3. Diſputationis præſentis.

2. Omnes verò ad *duo* prima genera reuocari poſſe videntur. Quædam dici poſſunt *Vitales* (vtrum ſint, poſtea definiendum) : quædam *Non Vitales*. Vitales dicemus, quæ conuenire poſſunt viuentibus, & ijs qui in motus ſui, in ſe, principium habent. Non vitales, quæ etiam in non viuentia cadunt. Prioris generis ſunt locutio, repræhenſio, & cætera. Poſterioris motus ſurſum, pulſio, tractio, & cætera.

3. Quales quales ſunt, propoſitum hic eſt, ipſarum *effectrices* cauſas aſsignare. Et magno labore haud opus: quòd *tria* tantùm in hiſce Apparitionibus inueniantur, quæ ipſarum principium eſſe poſsint; & de *vno* tantùm, quod illud ſit, conſtitui debeat. Tria illa ſunt, *Deus*, qui apparere dicitur; *Corpus*, in quo apparet; Angelus, qui Apparitiones exhibet. Quid igitur conſtituendum?

4 Primùm, *Corpus* operationum, quæ in ipſo notantur, & conſpiciuntur effectiuum principium nullo modo dici debet. Philoſophia nos hîc docet. Quodcũque corpus operationis alicuius, *quæ in ipſo eſt*, principium eſt, ſeu principium habet intrinſecum, viuum eſt Corpus hoc, quo ſub, ſiue, in quo, Deus apparet, viuum non eſt. Non igitur principium efficiens operationis ſuæ, in ſe habet. Aſſumptio probata eſt ſuperius, ca. 12. Maiorem propoſitionem Ariſtoteles, 8. Phyſicorum cum cõmuni ferè omnium ſententia ex eo confirmat: quòd quamdiu ſe corpore mouere, obſeruamus, viuere ipſa & vita nondũ deſtituta credamus.

5. Secundò dicimus, *Deum* principium, & efficientem cauſam harum operationum non eſſe. Non negamus Deum ad ipſas incipiendas, conſeruandas, perficiendas concurrere: ſuperius hoc demonſtratum eſt, docuimus omnino concurrere: concurrere immediatè, non minus; quàm ipſa agentia naturalia, ad ſuas operationes: ſed negamus *per ſe*, ipſas producere. Cur Deum operationum authorem conſtituemus, qui negamus Deum corpus finxiſſe? (c. 20.) aſſumpſiſſe? (cap. 24.)

6. *Angeline*, igitur ſunt harum operationum principia? cauſæ efficientes? Omnino ſunt. Omnium ſunt? Omnium ſunt. Soli ſunt? ſoli ſunt. Quomodo? quia, quod aliud principium vel vnius, vel omnium eſſe, dicere oporteat, *nullum* ſupereſt. Sed & rectè hoc dicitur. quia nec quidquam in his Apparitionum operibus eſt,

quod

quod Angelorum vim poteſtatemque excedat;nec quicquam, quod ipſos nequaquam deceat. 7.

Quæcunque in hiſce operationibus obſeruata ſunt, interueniente motu locati corporis,quod aſſumptum fuit,peragi potuerunt,peractaque ſunt omnia. Senſuum hoc probat iudicium. At commune Theologorum axioma eſt,*materiam corporalem, quoad motum localem, ſubiectam eſſe Spiritibus angelicis:* Vires igitur naturæ Angelorum non ſuperant Operationes dictæ.

Fortaſsis non conueniebat ab Angelis proficiſci. At ſi per Angelos perfectæ ſunt,& non, niſi per Angelos fieri commodè potuerunt; quomodo,vt ab ipſis proficiſcerentur,non conueniebat? præſertim, cùm & per bonos Angelos,qui cũ ratione& iudicio agunt omnia,ſint perfectæ;& perfectæ Dei voluntate,ne dicam imperio; & perfectæ ab ipſis,Dei perſonam ſuſtinentibus? 8.

Adminiſtratorij Spiritus ſunt Angeli.an hominum tantùm? Etiam ſunt Dei:cui ſeruire ſumma voluptas eſt ipſis:& quidem in rebus omnibus:in Dei voluntate hominibus denuncianda; in peccatis mortalium vindicandis:in miſeris afflictiſque conſolandis:in errantibus ad viam reducendis:in ad vitam extremumque iudicium reuocandis, &c. Quod igitur abſurdum,ſi hîc Deo operas ſuas locent? 9.

CAPVT XXIX.

Quomodo operationes,& officia Angelis authoribus:Dei tamen perſonam ſuſtinentibus,facta, ipſis Angelis tribui debeant.

MVLTA certis cauſis efficientibus, à quibus producuntur, tribuuntur,quæ tamen de hiſce cauſis non dicuntur. Vnius vel ſolius Dei exemplo res eſt clara. Deus quemadmodum eſt finis,ita principium,& efficiens cauſa operationum omnium,quæ apud nos ſunt:ſed tamen nec ipſum comedere quis dixerit,nec filios procreare:quamuis ſine ipſo nulla comeſtio, nulla filiorum procreatio. Multa quoque, imò plura ſunt,quæ cauſis efficientibus tribuuntur,& de iiſdem cauſis dicuntur: quemadmodum comeſtio, atque filiorum procreatio,& hominis eſt opus,& de homine dicitur. Quoniam igitur, præcedenti Cap. dictum eſt, omnium, quæ in aſſumpto corpore fiunt, Angelos eſſe cauſas efficientes; An quoque *Omnia de Angelis* dicuntur, hic definiendum eſt. 1.

Et:

Quocirca neceſſe non eſt, vt Angelus, quæ cognoſcere debet, illa 6.
oculis habeat obiecta. Ita facilè cognoſcit, quæ poſt ipſum ſunt; quàm
quæ in oculos incurrunt. Sed nec neceſſe eſt oculos aperiat, & in rem
præſentem, quàm in aſſumpto corpore cognoſcit, conijciat. Ita per-
fectè rem clauſis, vt apertis oculis cognoſcit. Nihil iuuant oculi aper-
ti, vt præſentia cognoſcat: nihil impediũt clauſi; cur minus eadem co-
gnoſcat. Tantum quoque os, atque nares ad viſionem iuuent; quàm
oculi. Ita Toſtatus, in cap. 76. Exodi: & bene.

Nec auditus ſiue *auditio*, per aſſumptum corpus exercita eſt In aſſum 7.
pto corpore *propriè* non fuit auditus. Huius eadem, quæ præcedentis
aſſertionis ratio. Vitalis etiam hæc operatio eſt. Vbicunque igitur
principium vitæ defuit, quemadmodum defuit in aſſumpto, ab An-
gelis corpore, ipſa locum non habet. Sed nec ſine meringa auditio fit:
quis verò hanc in Angelico corpore, quod vix aliud eſt, quàm concre
tus aer inquirat? quis inueniat?

Itaq; quæ auditu percipere Angelus dicitur, non tam auditu per- 8.
cipere dicendus eſt, quam percipere *ad eum modum*, quo voces perci-
piunt, qui auditu inſtructi ſunt. Alioquin vox ab homine (cui cum
Angelo eſt ſermo) ad aures Angeli perlata, tantùm apud eundem va-
let, quantum ſurdo facta. Non ad miringam tranſit: non eandem di-
uerberat, aut ſui ſpeciem ad ipſam tranſmittit. Quemadmodum co-
lorem videt nullum Angelus; ita ſonum nullum audit. Nec læditur
auditus vehementiori aut grauiori ſono: nec recreatur leni aut ſuaui-
ori. nec ad auditionẽ iuuat, ſi ſumma vocis intenſione in aures ipſius
inclames. Summa non audit, quamuis non ſurdus. & hoc Toſtatus,
vbi ſupra: & bene.

Loquuntúrne in alienis corporibus Angeli, vt in ſuis homines? 9.
Omnino id dixerit, qui oculos in præſentium os coniecerit; linguam,
dentes, labiorum contractionem, compreſsionem, protenſionem,
dilatationẽ obſeruauerit. Sed tamen *propriè* loqui dicendi non ſunt.
An loqui contingit ſine ore? ſine lingua? labijs? dentibus? maxillis?
& quidem viuis vocis inſtrumentis? Mortui, quamuis hæc inſtrumẽ-
ta habeant; non tamen loquuntur: quia viua non habent. At nec vi-
uunt in Angelis. Ad ſimilitudinem igitur loquentium ſe habent An-
geli: Nec magis loqui dicendi ſunt, quàm ſtatua, ſi quæ induſtrij arti-
ficis opera vocem ſimulet.

Sed tamen hæc locutionis inſtrumenta, lingua, ſcilicet, dentes, la- 10.
bia, maxillæ, plus Angelos hîc iuuant; quàm oculi, atque aures ad vi-
ſionem, & auditionem. Nihil confert oculus viſioni: nihil auris au-
ditioni: Dentes verò, os, labia, maxillæ, quamuis voci non ſeruiant,

ſeruiunt tamen ſono: Et Angeli, qui hiſce inſtrumentis non voces, veros poſſunt ſonos edere; vereque ſonos edunt, cùm nobis loqui, & ad nos verba facere videntur.

11. Quid de *Comeſtione?* Pro omnibus reſpondet vnus Raphael. *Cum* (inquit ille Tob. 12.) *per voluntatem Dei eſſem vobiſcum, videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere: ſed ego inuiſibili cibo, & potu & qui ab hominibus videri non poteſt, vtor.* Si quidem comedere eſſet cibum mandere, traijcere, eijcere, poſſent dici verè comedere: at aliud præter hæc poſtulat: videlicet vt per ingenitam corpori viuenti vim attrahatur; per eandem in ſubſtantiam alici & conuertatur, vel certè poſſit conuerti. quod in incorporatis Angelis locum non habet.

12. Ex quo illud facilè colligitur Comeſtionem Chriſti (illam, qua poſt reſurrectionem cibum ſumpſiſſe dicitur) multum diſtare ab Angelorum: imò diſtare tantum, quantum imago ab ipſo corpore. Videbatur eſſe comeſtio, quam in Angelis obſeruabant Tobias, Abraham, Loth: non erat comeſtio. In Chriſto & videbatur, & vera erat comeſtio; non minus, quam noſtra viuentium; hoc dempto: quod in Chriſto alimentum non conuerteretur in Chriſtum, vt in nos illud experimur conuerti.

13. Sequitur & illud: *guſtum* in Angelis nullum fuiſſe, ſi quando ſunt, viſi comedere, & bibere; qui tamen in nobis comedentibus & bibentibus ſuum vſum habet. Quocirca nec recreabantur minus acerbiſsimis cibis, quàm grauiſsimis: nec cruciabantur minus grauiſsimis, quàm acerbiſsimis. Nec hi præ illis magis placebant: nec hi præ illis diſplicebant. Guſtus in ipſis nullus fuit.

14. An ſaltem *verè mouerint,* quæ viſi ſunt mouere externa corpora? Omnino mouerunt. Et ita propriè, atque homines? Ita propriè, ſi non magis. Cur hæc, & non priora? quia priora fieri debuerunt per virtutem, ipſis rebus quæ videre, audire, comedere, bibere dicuntur, inſitam. At neceſſe non eſt, vt, ſi motus *propriè* alicui rei afferri debeat, id in re ſit, cui motum affert: ſufficit aſsiſtat. Quid, quod, quæ aſsiſtunt, aliquando meliùs externa corpora moueant; quàm quæ in corporibus, quæ mouentur, inſunt? Exemplo ſunt ipſi, qui cęlos mouent, Angeli.

15. Et quid de *illis corporibus,* quæ aſſumpſerunt? an hæc quoque vt externa, *propriè,* mouerunt? Etiam hæc *propriè* mouerunt. Veruntamen non ita, quemadmodum ſua homines: etiam tum, quando in ipſis fuerunt corporibus toti: quoniam, quamuis in corporibus fuerint, extrinſeca tamen motus corporum fuerunt principia: & virtus, qua

corpo-

corpora mouebant, extra corpora erat. Verùm homines ſua mouent per virtutem, externam. vt proinde, cum hominem progredi videmus, dicere poſsimus, hoc corpus ſe mouet: cum videmus progredi, in aſſumpto corpore Angelum, ſi dicamus, hoc corpus ſe mouet grauiter erremus. 16.

Rurſus, ſi quando homines progrediuntur, aut ſe loco mouent, aſſignari poteſt pars, quæ ab anima primum mota, poſt aliam mouet quemadmodum lib 8. Phyſicorum docet Ariſtoteles. Non ita aſſumptum, à ſe, corpus mouent Angeli; Omnes partes mouentur ſimul: Et ab Angelo, qui corpus aſſumit, immediatè mouentur: non vna eſt, quæ prius mota aliam mouet. Itaque in hominibus quædam partes ſunt inſtrumenta motus, etiam eius qui eſt ab anima: apud Angelos, ſi quædam ſunt inſtrumenta motus in corporibus externis nulla ſunt inſtrumenta motus eius, qui in aſſumpto fit corpore.

Mouentur quoque, in aſſumptis corporibus, Angeli, ſiue ſuam perſonam agant, ſiue ſuſtineant, Dei & *verè* mouentur veruntamen non *per ſe*: ſed *per accidens*, pro corporum, ſcilicet, in quibus ſunt conditione, quemadmodum *motis nobis mouentur ea, quæ in nobis ſunt, vt Philoſophus loquitur*. 17.

Interim licet ipſos moueri contingat motis corporibus, in quibus ſunt; non tamen ſemper neceſſe eſt moueri, etiam motis corporibus Quid ſi, intra *ſphæram, actiuitatis*, vt in ſcholis loquimur, *Angelorum*, corpora moueantur an forte tum quoque neceſſe erit Angelos moueri? Non erit quemadmodum corpori poſſunt aſſiſtere, illudq; ipſorum motores; ita in corporibus poſſunt latere, & intra actiuitatis ſuæ ſphærā mouere, abſque eo, quod ipſi, vel ad latū vnguē moueatur. 18

Ex quo manifeſtum eſt, non rarò aſſumpta hæc corpora moueri: & Angelos, qui in corporibus ſunt, non moueri, quia. videlicet ſphæra actiuitatis ipſorum, corpora, quæ aſſumpſerunt, excedit. Partes verò corporum ſæpiſsime moueri, ipſis quieſcentibus, multò magis eſt manifeſtum. Itaq; quando ipſis per corpora loquentibus, mouetur lingua, quando commedentibus, os & dentes: quando videntibus oculi & palpebræ: quando tangentibus, manus: &c. non neceſſe eſt vllum in ipſis eſſe motum, 19.

Quandoque verò cum corporibus mouentur, non de extremo tranſuolant ad extremum, ſine medio. Omnino oportet, vt quemadmodum corpora, ita ipſi cum corporibus, per medium, ab extremo ad extremum perueniant. Quid, quod nec à corporibus, expediti hoc ipſis concedatur: præſertim, ſi extrema petere debeant, quæ actiuitatis ſuæ ſphæram excedant? Sed hæc Scholis relinquenda. 20.

CAPVT XXX.

An dicta officia, operationes, atque functiones, quæ Angeli, in Dei perſona exequiuntur, eodem modo tribui poſſint Deo, quo Angelis.

1. DVOBVS modis intelligi poteſt ſex officia, atque functiones, de quibus præcedentibus capitibus Deo tribuit, Vnus eſt, vt tribuantur ipſi, quamuis etiam per Angelos, & non immediatè *per ſe*, iſta exequutus ſit, quo modo hactenus de ijs locuti ſumus. Alter, vt ipſe *per ſe* immediatè illa ſit executus: non verò opera & miniſterio Angelorum vtrobique quæritur, An quemadmodum de Angelis; ita de Deo dicantur; an, fortaſsis, aliter de Deo, aliter de Angelis,

2. In priori ſenſu res difficultatem magnam non habet. Quando enim Angeli Dei ſuſtinent perſonam, dubium non eſt, quin Deo tribuantur; quæ in ipſis obſeruantur. Quapropter quemadmodum de Angelis dicimus, quod viderint, audiuerint, commederint; locti ſint, corpora mouerint, moti ſint; ita eadem omnia de Deo rectè dicemus.

3. Atque hoc Sacrarum Scripturarum nobis ſeruit authoritas. Nam Deum *vidiſſe*, probat oratio Agar, Geneſ. 16. quæ ſe conſpexiſſe confitetur poſteriora videntis ſe. *Audiuiſſe* clamorem Sodomorum ipſemet fatetur Abrahæ, Geneſ. 18. *Loquitur* porrò omnibus propemodum, quibus viſus dicitur, Apparitionibus. Quod alia *mouerit*, teſtatur raptus Loth, ex manibus Sodomorum, Geneſ. 19. Quod *ipſe motus*, ambulatio in paradiſo Geneſ 3. præterea tranſitus apud Moyſen, Exod. 33. & cùm flamma hoſtiæ, in cælum aſcenſus Iudic 6.

4. Nec mirum videri debet, quod Deo hæc tribuantur: cùm de eodem dicantur, & benè, quæ multo minus eidem conuenire videntur. qualia ſunt, quæ in paſsionum numero reponuntur. Pœnitere ſiquidem dicitur, Geneſ. 7. quod hominem creauerit: triſtari, quod vindictam ſumpturus de hoſtibus, Iſaiæ primo: gaudere ſuper peccatore pœnitentiam agente, Luc. 25. Admittunt & has propoſitiones Theologi (licet harum alia, quàm priorum ratio) Deus natus, Deus traditus, in crucem actus, paſſus, mortuus, ſepultus, & cætera.

5. Et ratio confirmat atque docet, optimè de Deo dici, quæ ſuperius, cap. 28. tribuimus Angelis, Dei perſonam ſuſtinentibus. Si enim apparere Deus benè dicitur, & videri atque audiri; quomodo non videre? audire? loqui? commedere? ambulare? mouere? moueri? Neque.

que enim aliud eſt Apparitio Dei, de qua ſermo eſt, quàm, vt ſub humana forma oculis ſe videntium ingerat, & cum ipſis ſocietatem quādam & communionem habeat.

Et loquendi receptiſſimus vſus idem probat. In proſcenio, ſi, v. g. prodeat is, qui Alexandri Magni perſonam ſuſtinet, oculi in ipſum conijciuntur omnium: &, quæcunque in ipſo obſeruantur, Alexandro tribuuntur: vox, inceſſus, grauitas, dignitas, imperium; quamuis reuera non Alexander ſit præſto, ſed puer, Alexandri perſonam ſuſtinēs. Quocirca & hîc, quæ Angelis Dei perſonam ſuſtinentibus tribuuntur non immeritò ipſi Deo aſcribuntur; tum maximè, quando (quod hîc fit) is, qui alterius perſonam ſuſtinet, nihil committit indignum perſonæ illius, cuius vices ſupplet: & multo magis, quando pro ipſius imperio & voluntate agit omnia. 6.

Faciunt quoque pro hac ſententia *quadruplices* orationis formæ, in ſacris literis vſitatæ. Prima eſt, qua Deus, ſibi attribuit, quæ ſuis in hac vita mortali accidunt. Sic ſe eſuriuiſſe dicit, ſe ſitiuiſſe, fuiſſe captiuum, & in carcere; quando aliquis ex minimis ſuorum eſuriuit, ſitiuit, in carcere fuit, & captiuus. Altera, qua beneficium ſuis impenſum, ſibi reputat factum. *Quamdiu*, inquit Matth. 25. *vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis*. Tertia, qua agere ipſe dicitur, quæ agunt illi, quos ſuos, quaſi vicarios, in Eccleſia, conſtituit; quo pertinet illud, quod dicitur: *Spiritus Patris eſt, qui loquitur in vobis*, Matth. 10. & illud; *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* 2. Corinth. 13. Quarta, quòd pati dicatur iniurias atque contumelias, quas patiuntur ſui, vt indicant ſequentes ſententiæ: *Tangent pupillam oculi mei*, Zacha. 2. *Non te reiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper illos*. 1. Reg. 8. *Qui vos ſpernit, me ſpernit*, Matth. 10. *vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis*. Acto. 7. 7.

Atque hoc ita conſtitutum ſit. Huic addimus, quod quemadmodum hæc non ita *propriè* dicuntur de Angelis, ſicut de hominibus, atque viuentibus: ſic nec ita *propriè* dicuntur de Deo. Quid nimirum? De Deo dicuntur non ſui, ſed Angelorum ratione, qui Dei, in his Apparitionibus, perſonam ſuſtinent. At de Angelis non omnia *propriè* dici, alias demonſtratum eſt. Hæc igitur *propriè* de Deo dicentur. 8.

Verum, quod ſi Deus *per ſeipſum*, corpus aſſumpſiſſet, & Angelorum in his apparitionibus operam recuſaſſet, an, vel tum maiori iure hæc ipſi conuenirent, quā Angelis? Hoc ſecundo loco definiendum eſt; & breuiſſimè, quemadmodum reliqua. 6.

7. Quarta. Non quemadmodum vnum *quid ex pluribus componentibus partibus* conficitur,(v.g. ex tecto, parietibus,& fundamento,domus ita vnum conficiunt corpus, quod aſſumitur; & Spiritus aſſumens Partes omnes imperfectionem quandam dicunt; & perfectione ſua carent,quamdiu extra totum ſunt, quod componunt. An verò imperfectus Deus,dum corpus non circumfert? Imperfectum hoc corpus, dum à Deo, vel Angelo, ſub humana, & ſibi peregrina, forma non circumfertur?

8. Quinta. Non, quemadmodum *multi milites vnum conſtant exercitum* cum ſuo Duce, ita vnum quid conficiunt Deus, ſiue Angelus, & aſſumptum corpus. Creſcit dignitas exercitus acceſsione nouorum militum: hic pluribus corporibus horror incuteretur intuentibus. Exercitus cum Duce facit vnum, quaſi regimen & Rempub. hîc ſimile nihil poteſt dici. Non manet Dux, ſi ſuo deſtituatur exercitu: manet Deus, quamuis nullum corpus circumferat: quamuis nullum etiam in tota vniuerſitate eſſet, ſub quo apparere poſſet, corpus.

9. Sexta. Deus,ſiue Angelus,cum corpore, quod aſſumitur, non *fit vnum per accidens*; quemadmodum vnus fit aceruus lapidum ex pluribus lapidibus. In hoc toto, ſiue vno,nullus eſt ordo: in toto ſiue vno, quod ex corpore noſtro fit,atque Deo ſiue Angelo, inſignis eſt ordo: vnum præeſt;alterum ſubeſt: vnum mouet; alterum mouetur; vnum imperata dat, alterum data exequitur.

10. Septima. Non ita vnum quid fit,& componitur ex Deo ſiue Angelo, & aſſumpto corpore; quemadmodum *ex principali agente, atque inſtrumento*, vnum agens. Nam inſtrumentorum plerumque, ſiue coniuncta illa ſint, ſiue ſeparata, ea eſt conditio; vt ſine ipſis principalia agentia,aut nullo modo,aut non ita commodè,officia ſua atque functiones perficiant. At ſiue Deus ſit,ſiue Angelus, qui in corpore apparet,corpore iuuatur nihil, in vlla omnino, quæ per hoc formatum corpus, exercetur actione.

11. Octaua. Deus,ſiue Angelus,ita ſe habent in corpore,quod aſſumitur,atq; ita vnum quid efficiunt; quemadmodum ſe habent,vnumq; aliquod efficiunt, *mouens & corpus mobile*. Etenim Deus, ſiue Angelus eſt, qui mouet: corpus; in quo motus ſuſpicitur, & quod mouetur. Quocirca, quemadmodum in obſeſsis hominibus Dæmones ſunt, tanquam motores corporum;in quibus latitant: ita aſſumptis corporibus Deus, ſiue, Dei loco, Angelos.

12. Nona. Angelus, ſiue Deus,dum in aſſumpto corpore apparet, non neceſſe eſt ſemper corpore definiatur. quin imo, ſi Deus immediatè

per ſe corpus aſſumit, corpore definiri non poteſt. Si aſſumit Angelus, poteſt, ſi velit definiri; quamuis vt ſemper definiatur, neceſſe non ſit. Et de Deo quidem res eſt certa. Infinitus eſt: circumſcribi non poteſt. *Magnus Dominus*, inquit, Propheta. Pſalm. 144 *& laudabilis nimis, magnitudinis eius non eſt finis*: & Baruc, c. 3 *Magnus Dominus, & non habet finem, excelſus & immenſus*. & Athanaſius in Simbolo: *Immenſus Pater, immenſus Filius, immenſus Spiritus ſanctus*. De Angelis verò norunt verum eſſe docti, quod aſſerimus: quoniam nunc ita poſſunt eſſe in corpore, quod aſſumunt, vt extra illud non ſint: nunc verò, quamuis in aſſumpto latitent, illudq; magant; etiam extra ipſum ſunt.

Decima. Angelus (ſed non Deus per ſe) eſt plerumque in corpore, 13.
quod aſſumit, & mouet, ad *modum mobilis per accidens*. Nam ſi corpus moueatur ſurſum, deorſum: & ipſe poterit moueri ſurſum, deorſum. quemadmodum, vt Ariſtoteles loquitur, 8. Phyſ. motis nobis, mouentur ea, quæ in nobis ſunt. Veruntamen vt *ſemper* ipſe, moto corpore moueatur, neceſſe non eſt, cum in gyrum, ipſe immobilis exiſtens, illud agitare poſsit. Deo hoc conuenire non poteſt: quamuis etiam *per ſe, immediate*, & corpus aſſumat, & aſſumptum moueat. Omnino ipſe immobilis eſt. Nullo modo ita corpore concluditur, vt extra corpus non ſit. Et hactenus de modo Aſſumptionis.

CAPVT XXVIII.

De cauſa effectrice officiorum atque operationum, quæ obſeruabantur in corporibus, à Deo vel Angelis, Dei perſonam ſuſtinentibus, aſſumptis.

VARIAE fuerunt Dei operationes, in corpore, ſub quo ſe 1.
hominum generi viſibilem exhibuit. Patet hoc ex Apparitionibus à nobis ſuperius cap. 3. recenſitis. in omnibus legitur vidiſſe, audijſſe, locutus. In alijs quoque alias atque alias operationes eſt obſeruare. Ad primos parentes venit ambulans, Cain grauiori oratione perſtrinxit. Agar ſuaſit reditum ad ſuam dominam. Noe conſilia cogitationum ſuarum expoſuit, & arcæ incluſit. Cum Abrahamo eſt conuiuatus. Loth apprehendit per manum; & eduxit de ciuitate mox in cinerem redigenda, Luctatus eſt cum Iacob. Moyſi porrexit tabulas; & manum, ne ſplendor faciei mortem afferret, eidem propoſuit. Iſaiæ corpus ſuum oppoſuit. Gedeonis tetegit ſacrificium virga, quam manu tenebat. Apud Manue, flamma oblati ſacrificij aſcendit ſurſum & euanuit. Iſraelitas in

magna concione reprændit. Hæ hiſque ſimiles ſunt operationes, vt docet cap.3. Diſputationis præſentis.

2. Omnes verò ad *duo* prima genera reuocari poſſe videntur. Quædam dici poſſunt *Vitales* (vtrum ſint, poſtea definiendum) : quædam *Non Vitales*. Vitales dicemus, quæ conuenire poſſunt viuentibus, & ijs qui in motus ſui, in ſe, principium habent. Non vitales, quæ etiam in non viuentia cadunt. Prioris generis ſunt locutio, reprænhenſio, & cætera. Poſterioris motus ſurſum, pulſio, tractio, & cætera.

3. Quales quales ſunt, propoſitum hic eſt, ipſarum *effectrices* cauſas aſsignare. Et magno labore haud opus: quòd *tria* tantùm in hiſce Apparitionibus inueniantur, quæ ipſarum principium eſſe poſsint; & de *vno* tantùm, quod illud ſit, conſtitui debeat. Tria illa ſunt, *Deus*, qui apparere dicitur; *Corpus*, in quo apparet; Angelus, qui Apparitiones exhibet. Quid igitur conſtituendum?

4 Primùm, *Corpus* operationum, quæ in ipſo notantur, & conſpiciuntur effectiuum principium nullo modo dici debet. Philoſophia nos hîc docet. Quodcũque corpus operationis alicuius, *qua in ipſo eſt*, principium eſt, ſeu principium habet intrinſecum, viuum eſt Corpus hoc, quo ſub, ſiue, in quo, Deus apparet, viuum non eſt. Non igitur principium efficiens operationis ſuæ, in ſe habet. Aſſumptio probata eſt ſuperius, ca. 12. Maiorem propoſitionem Ariſtoteles, 8. Phyſicorum cum cõmuni ferè omnium ſententia ex eo confirmat: quòd quamdiu ſe corpore mouere, obſeruamus, viuere ipſa & vita nondũ deſtituta credamus.

5. Secundò dicimus, *Deum* principium, & efficientem cauſam harum operationum non eſſe. Non negamus Deum ad ipſas incipiendas, conſeruandas, perficiendas cõcurrere: ſuperius hoc demonſtratum eſt, docuimus omnino concurrere: concurrere immediatè, non minus; quàm ipſa agentia naturalia, ad ſuas operationes: ſed negamus *per ſe*, ipſas producere. Cur Deum operationum authorem conſtituemus, qui negamus Deum corpus finxiſſe? (c.20.) aſſumpſiſſe? (cap.24.)

6. *Angeline*, igitur ſunt harum operationum principia? cauſæ efficientes? Omnino ſunt. Omnium ſunt? Omnium ſunt. Soli ſunt? ſoli ſunt. Quomodo? quia, quod aliud principium vel vnius, vel omnium eſſe, dicere oporteat, *nullum* ſupereſt. Sed & rectè hoc dicitur. quia nec quidquam in his Apparitionum operibus eſt,

quod

Digitized by Google

quod Angelorum vim poteſtatemque excedat: nec quicquam, quod ipſos nequaquam deceat. 7.

Quæcunque in hiſce operationibus obſeruata ſunt, interueniente motu locati corporis, quod aſſumptum fuit, peragi potuerunt, peractaque ſunt omnia. Senſuum hoc probat iudicium. At commune Theologorum axioma eſt, *materiam corporalem, quoad motum localem, ſubiectam eſſe Spiritibus angelicis*: Vires igitur naturæ Angelorum non ſuperant Operationes dictæ.

Fortaſsis non conueniebat ab Angelis proficiſci. At ſi per Angelos perfectæ ſunt, & non, niſi per Angelos fieri commodè potuerunt; quomodo, vt ab ipſis proficiſcerentur, non conueniebat? præſertim, cùm & per bonos Angelos, qui cũ ratione & iudicio agunt omnia, ſint perfectæ; & perfectæ Dei voluntate, ne dicam imperio; & perfectæ ab ipſis, Dei perſonam ſuſtinentibus? 8.

Adminiſtratorij Spiritus ſunt Angeli. an hominum tantùm? Etiam ſunt Dei: cui ſeruire ſumma voluptas eſt ipſis: & quidem in rebus omnibus: in Dei voluntate hominibus denuncianda; in peccatis mortalium vindicandis: in miſeris afflictiſque conſolandis: in errantibus ad viam reducendis: in ad vitam extremumque iudicium reuocandis, &c. Quod igitur abſurdum, ſi hîc Deo operas ſuas locent? 9.

CAPVT XXIX.

Quomodo operationes, & officia Angelis authoribus: Dei tamen perſonam ſuſtinentibus, facta, ipſis Angelis tribui debeant.

MVLTA certis cauſis efficientibus, à quibus producuntur, tribuuntur, quæ tamen de hiſce cauſis non dicuntur. Vnius vel ſolius Dei exemplo res eſt clara. Deus quemadmodum eſt finis, ita principium, & efficiens cauſa operationum omnium, quæ apud nos ſunt: ſed tamen nec ipſum comedere quis dixerit, nec filios procreare: quamuis ſine ipſo nulla comeſtio, nulla filiorum procreatio. Multa quoque, imò plura ſunt, quæ cauſis efficientibus tribuuntur, & de iiſdem cauſis dicuntur: quemadmodum comeſtio, atque filiorum procreatio, & hominis eſt opus, & de homine dicitur. Quoniam igitur, præcedenti Cap. dictum eſt, omnium, quæ in aſſumpto corpore fiunt, Angelos eſſe cauſas efficientes; An quoque *Omnia de Angelis* dicuntur, hic definiendum eſt. 1.

Hæc

Quocirca neceſſe non eſt, vt Angelus, quæ cognoſcere debet, illa oculis habeat obiecta. Ita facilè cognoſcit, quæ poſt ipſum ſunt; quàm quæ in oculos incurrunt. Sed nec neceſſe eſt oculos aperiat, & in rem præſentem, quàm in aſſumpto corpore cognoſcit, conijciat. Ita perfectè rem clauſis, vt apertis oculis cognoſcit. Nihil iuuant oculi aperti, vt præſentia cognoſcat: nihil impediût clauſi; cur minus eadem cognoſcat. Tantum quoque os, atque nares ad viſionem iuuent; quàm oculi. Ita Toſtatus, in cap. 76. Exodi: & bene. 6.

Nec auditus ſiue *auditio*, per aſſumptum corpus exercita eſt. In aſſumpto corpore *propriè* non fuit auditus. Huius eadem, quæ præcedentis aſſertionis ratio. Vitalis etiam hæc operatio eſt. Vbicunque igitur principium vitæ defuit, quemadmodum defuit in aſſumpto, ab Angelis corpore, ipſa locum non habet. Sed nec ſine meringa auditio fit: quis verò hanc in Angelico corpore, quod vix aliud eſt, quàm concretus aer inquirat? quis inueniat? 7.

Itaq; quæ auditu percipere Angelus dicitur, non tam auditu percipere dicendus eſt, quam percipere *ad eum modum*, quo voces percipiunt, qui auditu inſtructi ſunt. Alioquin vox ab homine (cui cum Angelo eſt ſermo) ad aures Angeli perlata, tantùm apud eundem valet, quantum ſurdo facta. Non ad miringam tranſit: non eandem diuerberat, aut ſui ſpeciem ad ipſam tranſmittit. Quemadmodum colorem videt nullum Angelus; ita ſonum nullum audit. Nec læditur auditus vehementiori aut grauiori ſono: nec recreatur leni aut ſuauiori. nec ad auditionẽ iuuat, ſi ſumma vocis intenſione in aures ipſius inclames. Summa non audit, quamuis non ſurdus. & hoc Toſtatus, vbi ſupra: & bene. 8.

Loquuntúrne in alienis corporibus Angeli, vt in ſuis homines? Omnino id dixerit, qui oculos in præſentium os coniecerit; linguam, dentes, labiorum contractionem, compreſsionem, protenſionem, dilatationẽ obſeruauerit. Sed tamen *propriè* loqui dicendi non ſunt. An loqui contingit ſine ore? ſine lingua? labijs? dentibus? maxillis? & quidem viuis vocis inſtrumentis? Mortui, quamuis hæc inſtrumẽta habeant; non tamen loquuntur: quia viua non habent. At nec viuunt in Angelis. Ad ſimilitudinem igitur loquentium ſe habent Angeli: Nec magis loqui dicendi ſunt, quàm ſtatua, ſi quæ induſtrij artificis opera vocem ſimulet. 9.

Sed tamen hæc locutionis inſtrumenta, lingua, ſcilicet, dentes, labia, maxillæ, plus Angelos hîc iuuant; quàm oculi, atque aures ad viſionem, & auditionem. Nihil confert oculus viſioni: nihil auris auditioni; Dentes verò, os, labia, maxillæ, quamuis voci non ſeruiant, 10.

Digitized by Google

ſeruiunt tamen ſono: Et Angeli, qui hiſce inſtrumentis non voces; veros poſſunt ſonos edere; vereque ſonos edunt, cum nobis loqui, & ad nos verba facere videntur.

11. Quid de *Comeſtione?* Pro omnibus reſpondet vnus Raphael. *Cum* (inquit ille Tob. 12.) *per voluntatem Dei eſſem vobiſcum, videbar quidem vobiſcum manducare, & bibere: ſed ego inuiſibili cibo, & potu & qui ab hominibus videri non poteſt, vtor.* Si quidem comedere eſſet cibum mandere, traijcere, eijcere, poſſent dici verè comedere: at aliud præter hæc poſtulat: videlicet vt per ingenitam corpori viuenti vim attrahatur; per eandem in ſubſtantiam aliti & conuertatur, vel certè poſsit conuerti. quod in incorporatis Angelis locum non habet.

12. Ex quo illud facilè colligitur Comeſtionem Chriſti (illam, qua poſt reſurrectionem cibum ſumpſiſſe dicitur) multum diſtare ab Angelorum: imò diſtare tantum, quantum imago ab ipſo corpore. Videbatur eſſe comeſtio, quam in Angelis obſeruabant. Tobias, Abraham, Loth: non erat comeſtio. In Chriſto & videbatur, & vera erat comeſtio; non minus, quam noſtra viuentium; hoc dempto: quod in Chriſto alimentum non conuerteretur in Chriſtum, vt in nos illud experimur conuerti.

13. Sequitur & illud, *guſtum* in Angelis nullum fuiſſe, ſi quando ſunt, viſi comedere, & bibere; qui tamen in nobis comedentibus & bibentibus ſuum vſum habet. Quocirca nec recreabantur minus acerbiſsimis cibis, quàm grauiſsimis: nec cruciabantur minus grauiſsimis, quā acerbiſsimis. Nec hi præ illis magis placebant: nec hi præ illis diſplicebant. Guſtus in ipſis nullus fuit.

14. An ſaltem *verè mouerint*, quæ viſi ſunt mouere externa corpora? Omnino mouerunt. Et ita propriè, atque homines? Ita propriè, ſi non magis. Cur hæc, & non priora? quia priora fieri debuerunt per virtutem, ipſis rebus quæ videre, audire, comedere, bibere dicuntur, inſitam. At neceſſe non eſt, vt, ſi motus *propriè* alicui rei afferri debeat, id in re ſit, cui motum afferre ſufficit aſsiſtat. Quid, quod, quæ aſsiſtunt, aliquando melius externa corpora moueant; quàm quæ in corporibus, quæ mouentur, inſunt? Exemplo ſunt ipſi, qui cęlos mouent, Angeli.

15. Et quid de *illis corporibus*, quæ aſſumpſerunt? an hæc quoque vt externa, *propriè*, mouerunt? Etiam hæc *propriè* mouerunt. Veruntamen non ita, quemadmodum ſua homines: etiam tum, quando in ipſis fuerunt corporibus toti: quoniam, quamuis in corporibus fuerint, extrinſeca tamen motus corporum fuerunt principia: & virtus, qua corpo-

corpora mouebant, extra corpora erat. Verùm homines ſua mouent per virtutem, externam. vt proinde, cum hominem progredi videmus, dicere poſsimus, hoc corpus ſe mouet: cum videmus progredi, in aſſumpto corpore Angelum, ſi dicamus, hoc corpus ſe mouet grauiter erremus. 16.

Rurſus, ſi quando homines progrediuntur, aut ſe loco mouent, aſſignari poteſt pars, quæ ab anima primum mota, poſt aliam mouet quemadmodum lib 8. Phyſicorum docet Ariſtoteles. Non ita aſſumptum, à ſe, corpus mouent Angeli; Omnes partes mouentur ſimul: Et ab Angelo, qui corpus aſſumit, immediatè mouentur: non vna eſt, quæ prius mota aliam mouet. Itaque in hominibus quædam partes ſunt inſtrumenta motus, etiam eius qui eſt ab anima: apud Angelos, ſi quædam ſunt inſtrumenta motus in corporibus externis nulla ſunt in ſtrumenta motus eius, qui in aſſumpto ſit corpore.

Mouentur quoque, in aſſumptis corporibus, Angeli, ſiue ſuam perſonam agant, ſiue ſuſtineant, Dei & *verè* mouentur verùntamen non *per ſe*: ſed *per accidens*, pro corporum, ſcilicet, in quibus ſunt conditione, quemadmodum *motis nobis mouentur ea, quæ in nobis ſunt; vt Philoſophus loquitur*. 17.

Interim licet ipſos moueri contingat motis corporibus, in quibus ſunt; non tamen ſemper neceſſe eſt moueri, etiam motis corporibus Quid ſi, intra *ſphæram, actiuitatis*, vt in ſcholis loquimur, *Angelorum*, corpora moueantur an fortè tum quoque neceſſe erit Angelos moueri? Non erit quemadmodum corpori poſſunt aſſiſtere, illudq; ipſorum motores; ita in corporibus poſſunt latere, & intra actiuitatis ſuæ ſphærã mouere, abſque eo, quod ipſi, vel ad latũ vnguẽ moueatur. 18

Ex quo manifeſtum eſt, non rarò aſſumpta hæc corpora moueri: & Angelos, qui in corporibus ſunt, non moueri, quia. videlicet ſphæra actiuitatis ipſorum, corpora, quæ aſſumpſerunt, excedit. Partes verò corporum ſæpiſsime moueri, ipſis quieſcentibus, multò magis eſt manifeſtum. Itaq; quando ipſis per corpora loquentibus, mouetur lingua, quando commedentibus, os & dentes: quando videntibus oculi & palpebræ: quando tangentibus, manus: &c. non neceſſe eſt vllum in ipſis eſſe motum, 19.

Quandoque verò cum corporibus mouentur, non de extremo tranſuolant ad extremum, ſine medio. Omnino oportet, vt quemadmodum corpora, ita ipſi cum corporibus, per medium, ab extremo ad extremum perueniant. Quid, quod nec à corporibus, expediti hoc ipſis concedatur: præſertim, ſi extrema petere debeant, quæ actiuitatis ſuæ ſphæram excedant? Sed hæc Scholis relinquenda. 20.

Digitized by Google

que enim aliud eſt Apparitio Dei, de qua ſermo eſt, quàm, vt ſub humana forma oculis ſe videntium ingerat, & cum ipſis ſocietatem quãdam & communionem habeat.

Et loquendi receptiſſimus vſus idem probat. In proſcenio, ſi, v.g. 6.
prodeat is, qui Alexandri Magni perſonam ſuſtinet, oculi in ipſum conijciuntur omnium: &, quæcunque in ipſo obſeruantur, Alexandro tribuuntur: vox, inceſſus, grauitas, dignitas, imperium; quamuis reuera non Alexander ſit praſto, ſed puer, Alexandri perſonam ſuſtinẽs. Quocirca & hîc, quæ Angelis Dei perſonam ſuſtinentibus tribuuntur non immeritò ipſi Deo aſcribuntur; tum maximè, quando (quod hîc fit) is, qui alterius perſonam ſuſtinet, nihil committit indignum perſona illius, cuius vices ſupplet: & multo magis, quando pro ipſius imperio & voluntate agit omnia.

Faciunt quoque pro hac ſententia *quadruplices* orationis formæ, 7.
in ſacris literis vſitatæ. Prima eſt, qua Deus, ſibi attribuit, quæ ſuis in hac vita mortali accidunt. Sic ſe eſuriuiſſe dicit, ſe ſitiuiſſe, fuiſſe captiuum, & in carcere; quando aliquis ex minimis ſuorum eſuriuit, ſitiuit, in carcere fuit, & captiuus. Altera, qua beneficium ſuis impenſum, ſibi reputat factum. *Quamdiu*, inquit Matth. 25. *vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Tertia, qua agere ipſe dicitur, quæ agunt illi, quos ſuos, quaſi vicarios, in Eccleſia, conſtituit; quo pertinet illud, quod dicitur: *Spiritus Patris eſt, qui loquitur in vobis*, Matth. 10. & illud; *An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus?* 2. Corinth. 13. Quarta, quod pati dicatur iniurias atque contumelias, quas patiuntur ſui, vt indicant ſequentes ſententiæ: *Tangent pupillam oculi mei*, Zacha. 2. *Non te reiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper illos.* 1. Reg. 8. *Qui vos ſpernit, me ſpernit*, Matth. 10. *vos ſemper Spiritui ſancto reſtitiſtis.* Acto. 7.

Atque hoc ita conſtitutum ſit. Huic addimus, quod quemadmo- 8.
dum hæc non ita *propriè* dicuntur de Angelis, ſicut de hominibus, atque viuentibus: ſic nec ita *propriè* dicuntur de Deo. Quid nimirum? De Deo dicuntur non ſui, ſed Angelorum ratione, qui Dei, in his Apparitionibus, perſonam ſuſtinent. At de Angelis non omnia *propriè* dici, alias demonſtratum eſt. Hæc igitur *propriè* de Deo dicentur.

Verum, quod ſi Deus *per ſeipſum*, corpus aſſumpſiſſet, & Angelorum 6.
in his apparitionibus operam recuſaſſet, an, vel tum maiori iure hæc ipſi conuenirent, quã Angelis (Hoc ſecundo loco definiendum eſt; & breuiſſimè, quemadmodum reliqua.

10. Siquidem in vnitatem, hypoſtaſis aſſumpſiſſet corpus, vtique maiori iure conuenirent, non dicta ſolum officia & functiones, verum quæcunque de eodem aſſumpto corpore dicerentur: quemadmodum, in ſimili negotio, nos fides inſtruit; vt Dei attributa homini tribuamus; & hominis in Deum conferamus; non alia de cauſſa, quam quia in vnitatem diuinæ hypoſtaſeos naturam humanam aſſumpſit Deus.

11. At tantum myſterium non agnoſcimus in Apparitionibus, quibus ſe Deus mortalibus, in aſſumpta carne, exhibuit: multò hoc illud inferius eſt. Quocirca hic non alio modo hæc Deo quam Angelis tribuimus, vno *motu locali*, non quo alia mouet, ſed quo ipſe moueri dicitur, dempto. Hic nullo modo in Deum, quemadmodum in Angelos, Dei perſonam ſuſtinentes conuenit.

12. Angelos loco moueri diximus, ad motum corporum, quæ aſſumpſerunt Deum, quamuis per ſe corpus aſſumpſiſſet, moto tamen corpore moueri non dicemus. Prorſus immutabilis eſt, veriſſimè dixit: *Ego ſum Deus & non mutor.* Ratio huius eſt, quia non, quemadmodum Angeli, corpore definitur, ſed quamuis in aſſumpto eſt corpore, non tamen illo ſolo eſt, etiam extra ipſum eſt, cum in ipſo eſt, quia *vbiq;* eſt.

13. Quocirca eadem ratio motus localis, in hoc, à Deo aſſumpto corpore eſſet, quæ fuit, & eſt in aſſumpto ex virgine Matre Maria. Mouebatur corpus illud, ſed non diuina, quæ corpus aſſumpſerat, natura: vt quæ omnem locum complebat, extra nullum erat. Motum quoque hoc corpus fuiſſet, ſed quæ aſſumpſiſſet, diuinitas, mota non fuiſſet. Hæc altioris ſunt contemplationis.

DE FINIBVS APPARITIONUM Dei viſibilium:

CAPVT XXXI.

Deo nullam neceſſitatem incubuiſſe, vt ſub viſibili forma appareret; quod tamen apparuit, ex fine, qui ipſi propoſitus fuit, pendere.

1. POSTREMA, inter cauſas Apparitionum Dei Viſibilium eſt *finis*. In hoc inueſtigando fruſtra, forſitan, quidam laborem ſuſcipi exiſtimauerit, idcirco; quòd à Dei pendeat voluntate, cuius iudicia multa abyſſus, & viæ inueſtigabiles; nullo quoque vtatur conſiliario.

Verum

Verùm quamuis hoc in rebu *futuris* verum ſit, intelligere, ſcilicet 2.
velle quid, qualue ob cauſas Deus velit; in præteritis tamen factorum
operumue ipſius cauſas quandoque inuenire eſt facile: & indagare
nec curioſum, nec temerarium: præſertim cum in certis definitiſq;
attributis proprietatibuſq; Dei pedem figere poſsimus, atque ex his,
de ipſius voluntate, & propoſito iudicium facere.

Attributa hæc præcipuè *quatuor* ſunt: potentia, ſapientia, bonitas, 3.
iuſtitia. Deo hæc ineſſe norunt omnes. ex his de fine atque propoſito,
quod in rebus omnibus ſpectat, iudicium accipi, non temerè, cognoſcet;
qui altius ſecum volet repetere, in operibus omnibus ipſum,
nunc potentiæ, nunc ſapientiæ, nunc bonitatis, nunc iuſtitiæ rationem
habere.

Finas igitur licebit, in Dei Apparitionibus, ſcrutari. Sed tamen o- 4.
pus eſt labore; vt, vt videtur, non paruo; propterea, quod plurima
ſint in Apparitionibus, quæ ſingula ſuos propriosq. fines habeant; &
ratio poſtulet, vt horum omnium fines aſsignentur; ſi Apparitionum
fines perfectè debeant eſſe explicati.

Et quæ illa plurima? Omnia ad *tria* prima quaſi principia reuo- 5.
cantur, quibus alij atque alij fines aſsignandi, *Corpus* primum eſt, quod
aſſumitur. *Forma* deinde, ſub qua Deus apparuit. *Angelus*, per quem ap-
paruit. Et quamuis in tertio hoc vnus finis aſsignandus; eius ſcilicet,
cur Deus Angeli opera hîc voluerit vti; in duobus tamen præceden-
tibus ſunt plures; quemadmodum & de corpore plura ſunt definita;
& plura de forma.

Corpus diximus cap. 1'. non phantaſticum fuit, ſed verum, ſub quo 6.
Deus apparuit: veruntamen non viuum; non organicum: non ex ni-
hilo creatum; non ex cælo allatum; conflatum, non ex mixtis, ſed ſim
plicibus corporibus: non quibuſuis; ſed aere maximè. Horum om-
nium ſui ſunt fines; cum ſint agentium opera atque effectus. De quot
igitur finibus hic habendus ſermo?

Et varia ſunt obſeruata in *forma*, ſcilicet, quod humana fuerit, ſub 7.
qua Deus apparuit: fuerit virilis: fuerit prouectæ ætatis, quæ vel
perfectum referret virum, vel venerabilem ſenem: fuerit plena
maieſtatis & ſplendoris: eandem habitus ornarit exterior, & cæ-
tera. Et hæc omnia magno cum conſilio Deus Optimus Maximus
fieri voluit. Si vero etiam huius cauſæ explicandæ, qui finis erit fi-
nium?

Propterea, & in *circumſtantijs* Apparitionum Dei, de quibus po- 8.
ſterius agendum erit, alij atque alij fines eſſe poſſunt, & ſunt; quem-
admodum aliæ & aliæ circumſtantiæ. Nam in his ſunt perſonæ:

Digitized by Google

ſunt tempora: ſunt loca; & his ſimilia, quorum etiam rationem Deũ habuiſſe, tam eſt certum, quam quod apparuit.

9. *In fine* igitur apparitionum Dei inueſtigando modus ſeruandus eſt. Non hæc omnia ad longam ſunt diſcutienda. hęrendum in *genere* ſolum cauſæ, cur ſub viſibili & ſpectabili forma, inuiſibilis Deus, aliquando apparere voluerit, inquirendæ. Reliquorum omnium, quæ de forma, corpore atque Angelo dicta ſunt, & de circumſtantijs dicẽda, vel ex his generalibus cauſæ propriæ accipiendæ: vel venandæ ex ijs, quæ partim dicta & corpore, forma & Angelo; partim dicentur de circumſtantijs.

10. Ante omnia verò conſtituendum eſt, *finem ſolum* eſſe, vnde omnis, ſi qua Deo (vel Angelo, in perſona Dei) fuit in aſſumpto corpore apparendi, neceſsitas peti debet. Nulla ipſi aliunde potuit efferri. Hoc quamuis doctiores facilè intelligant, operæpretium tamen fuerit hic docere. Si porro dicemus.

11. *Neceſsitas* omnis, aut *abſoluta* eſt, aut ex *hypotheſi*. Ita Ariſtoteles 5. Metaphyſicorum. Abſoluta vel naturam ſequitur, vel naturæ partes: quę ſunt in rebus phyſicis, materia & forma. Ex hypotheſi, vel ex fine eſt, vel ex cauſa efficiente; cum qua coniunxero legem ſuperioris, & proprium decretum. Sola, ſi qua Deo fuit ſub viſibili forma apparẽdi, *ex fine*, vt diximus, peti debet.

12. Et de *abſoluta* res eſt manifeſtiſsima. Nam neque materia conſtat neque forma Deus: vnde abſoluta illi peti debet. Fortaſsis natura ſua corpus poſtulat? forſitan corpus eſt Deus? At corpus non eſt. Corpus Deus eſſe non poteſt. Poteſt eſſe: poteſt ſe exhibere ſine corpore quocunque.

13. Exploſa eſt ex Chriſtianorum ſcholis & animis Anthropomorphitarum opinio, Deum corpus quoddam (neſcio quale) aſſerentiũ. Veritatis lumen, contrarium demonſtrans, nobis illuxit diuinitus. Illius teſtes ſunt hæc Sacrarum Scripturarum oracula: *Deus Spiritus eſt*; Ioan. 3. *Regi ſæculorum immortali, & inuiſibili, ſoli Deo, honor & gloria*, 1. Timoth. 1. *Deus lucem habitat inacceſsibilem*, 1. Timoth. 3 *Deum vidit vnquam*. Ioan. 1.

14. Deus, inquit B. Ambroſius, lib. 1. ſuper Lucam, non corporalibus oculis quæritur; nec circumſcribitur viſu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec ſentitur inceſſu: & cum abſens eſt, videtur, & cum præſens eſt, non videtur. Pluribus Patribus pro hac ſententia opus nõ eſt, quæ vnius eſt, omnium eſt confeſsio.

15. Idem plerique Ethnici cognouerunt. *Si Deus eſt animus*, inquit Cato, *nobis vt carmina dicunt*. *Deus*, inquit Pythagoras, vt eſt apud Lactan-

Digitized by Google

Lactantium, lib. de Ira Dei, *eſt incorporabilis mens, quæ per omnem rerum naturam diffuſa, & intenta, vitalem ſenſum cunctis animantibus tribuit.* De Ariſtotelis ſententia omnibus conſtat. Forſitan & hæc cauſa eſt; cur Socrates apud Zenophōtem dixerit *formam Dei non oportere inquiri,*

Si corpore conſtat Deus, vnumuè illud eſt; certum definitumque an plura? Vt plura vnus idemque omnino Deus, aut certè varium habeat, nullo modo conuenit. At ſi aliquod habet, oportet prorſus varium habeat, ſeu plura; cùm alia atque alia forma olim conſpectus ſit à pluribus. 16.

Præterea finitumne illud corpus eſt an infinitum? Infinitum eſſe nequit, quia corpus omne figura terminiſque circumſcribitur. At finitum vt habeat infinitus Deus, non conuenit; Deus inquam, qui *excelſior eſt cœlis,* Iob. 11. *cuius magnitudinis non eſt finis.* Pſalmo 142. 17.

Rurſus, Vbi illud corpus conſtituemus, ſi quod habet? Vbique eſſe nequit, quemadmodum vbique eſt Deus, Pſal. 138. Cælum & terram implere non poteſt, quemadmodum implet Deus, Ierem. 23. A concretione compoſitioneque liberum eſſe non poteſt; quemadmodum liberrimus eſt Deus, Ioan. 3, pluribus non opus. Atque hoc de abſoluta neceſſitate. 18.

Nec ex *hypotheſi* quoque illa: quæ ex cauſa efficiente ſumitur, neceſſarium fuit Deum corpus aſſumere: quoniam vel ſine vi atque violentia hæc neceſſitas rebus non affertur: vt certè ab extrinſeco affertur: quemadmodum ex proijciente habet lapis, quod ſurſum feratur neceſſario; aqua, quod calefiat ab igne. Quis verò vim Deo afferat? quis præualebit Omnipotenti. 19.

Fortè ad aſſumendum corpus *lege* cogetur voluntateque ſuperioris? *At maiorem ſe nō habet,* inquit Apoſtolus ad Hebr. 6. Dei eſt leges dare, & mandata; non accipere. 20.

Fortè vrgetur proprio *decreto?* Verùm vnde de eo poteſt conſtare mortalibus (& qui omnia, libera facit voluntate; profectò libera quoque voluntate, ſeo edimittit, vt in aſſumpto corpore, cum mortalibus agat, & conuerſetur. 21.

Quid ex dictis omnibus? Hoc quod ſuperius indicauimus. Neceſſitatem, ſi quæ Deo fuit corpus aſſumendi, ex *fine* eſſe petendam, 22. Veruntamen quemadmodùm nullus finis Apparitionis Dei aſſignari poteſt, qui eff.ctum, etiam ſine Apparitione aſſumptoque corpore, habere non potuerit; non ex fine *ſimpliciter* neceſſarium fuiſſe di-

Digitized by Google

ſe dicemus, quod Deus apparuerit, ſed ad benè eſſe, quod vocant, quemadmodum in ſequentibus manifeſtum erit.

CAPVT XXXII.

Malè dici, idcirco apparuiſſe Deum ſub ſpectabili forma, vt filius crederetur eſſe minor Patre.

1. QVod in rebus omnibus propemodum accidit, vt *veros* fines habeant; *apparentes* ipſis tribuantur: *falſi* affingantur: id in Dei Viſibilibus Apparitionibus etiam locum habuit. Nam præter *veros* iſtosque, & *apparentes* fines, quos damnare temerarium eſt, eiſdem *falſi* adiuncti ſunt.

2. Inter falſos vnus eſt, ab Arianis excogitatus, cuius B. Ambroſius meminit, lib. de fide, contra Arianos, cap. 8 & B. Auguſtinus, lib. 2. cap. 9. de Trinitate: qui filium ſub viſibili ſpecie alia atque alia, olim apparuiſſe dixerant, vt hoc ipſo daretur omnibus intelligi filium non per omnia Patri eſſe æqualem: ſed multò Patre inferiorem. Omnes enim Apparitiones Veteribus factas à Filio, non Patre factas eſſe contendunt. Patrem eſſe inuiſibilem, immutabilem; Filium, (quia ſub alia atque alia forma apparuit,) eſſe viſibilem, mutabilem. ideoque non de ſubſtantia Patris, ſed Patre inferiorem. Verba Ambroſii adſcribimus: *Aiunt*, inquit, *cùm ſit Deus Pater omnipotens, inuiſibilis, inconuertibilis, immutabilis, perfectus, ſemper idem, æternus. Filius verò viſibilis, quia ſæpe Patribus viſus, & conuertibilis atque mutabilis, quia in varijs figuris quibuſdam ſe monſtrauit. Qui ſi de Patris, inquiunt, eſſet ſubſtantia, nunquam fieri poſſet, vt ante carnis aſſumptionem viſibilis, aut mutabilis cerneretur; quia potius in æqualitate, qua Pater eſt, permanſiſſet, ex cuius ſubſtantia erat. quia quod de patre eſt, nec videri, nec mutari, nec conuerti poſſe credendum eſt.* Hæc Ambroſius. Quæ quidem omnia, ad *quinque* Aſſerta reuocari poſſunt. Primum eſt: Filium Dei olim inuiſibili ſpecie apparuiſſe. Secundum, apparuiſſe ſecundùm ſubſtantiam; adeoque eſſe viſibilem. Tertium, non apparuiſſe vnquam Patrem, vt qui prorſus ſit inuiſibilis. Quartũ filiũ, alia atque alia forma apparuiſſe. Quintũ, ob hæc Filium non per omnia Patri æqualem, nec de Patris eſſe ſubſtantia.

3. Sed falſa aſſerunt Ariani: & ex falſis falſa concludunt. Oſtendimus breuiſſimè. Principio non ſatis certum eſt, filium Dei, olim, viſibile ſpecie, apparuiſſe: & vt hoc concedatur, non neceſſe eſt, ita dicatur apparuiſſe, quo modo volũt Ariani: quaſi ipſe, *per ſe*, corpus aſſumpſerit, in quo viſus eſt. quoniam, quamuis fieri, hoc potuerit,

fuerit, factum tamen non eſſe, & à pluribus creditur, & cum maiori fundamento creditur; quemadmodum ſuperius, cap. 24. demonſtratum eſt.

Verùm vt hoc ſit, certum eſt filium Dei, non ſecundùm *ſubſtantiam ſuam*, aut viſibilem eſſe, aut apparuiſſe. Non minus inuiſibilis Filius, quàm Pater. Non minus ſecundùm ſubſtantiam ſuam apparuit Pater, quàm Filius. An ideo ſecundùm ſubſtantiam ſuam viſibilis eſſe dicendus eſt Filius, quia viſibiles apparuit. Quidni igitur, & ſecundùm ſubſtantiam ſuam viſibilis dicimus eſſe Angelos, qui & ipſi viſi ſunt Maioribus? Argumentum hoc Ambroſ. eſt loco citato. Quid, quòd ex ipſis quoque Viſibilibus Apparitionibus doceri poſſit inuiſibilem eſſe ſubſtantiam Filij. Et hoc docet atque probat Ambroſius ex illa, qua in dictam Moyſi (Exod. 33.) *Non poteris videre faciem meam*. Quemadmodum rerum ſpecies in ſpeculo exceptę, non res ipſę ſunt; ita forma externa & viſibilis, qua Chriſtus conſpiciebatur, non erat ipſa ſubſtantia Chriſti. Et hoc Ambroſius. 4.

Nihil Chriſti diuinitati incommodauit aſſumptum olim corpus, quemadmodum, cùm hominem, in fine ſæculorum induere dignatus eſt; non labem æternitati intulit: quemadmodum cùm, teſte Apoſtolo, *ſe exinaniuit ſerui formam accipiens*, non ita exinaniuit, vt aliud quàm fuerit fieret. Sicuti ſolis, cùm nube tegitur, claritas comprimitur, non cæcatur, & lumen illud, quod toto orbe diffuſum claro ſplendore cuncta perfundit, paruo admodum obſtaculo nubis includitur, non aufertur; & homo ille, quem Dominus Ieſus Saluator noſter induit, Deum tamen in illo non intercepit, ſed abſcondit: ſic ſua Chriſto manſit integra inuiſibiliſque diuinitas, quamuis ſub viſibili forma conſpiceretur. Hoc quoque B. Ambroſius. 5.

Dicebatur quoque ab Arianis Patrem non apparuiſſe. Quid ſi dicatur apparuiſſe apud Danielem? Sic enim ille loquitur, cap. 7. *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierum ſedit: veſtimentum eius candidum, quaſi nix: & capilli capitis eius, quaſi lana munda. Thronus eius flamma ignis, rota eius ignis accēdens*. Imaginaria forſitan hæc dicitur viſio fuiſſe, & in ſomno accidiſſe. Sit ita. At quo modo probabitur omnes Apparitiones Dei, viſibiles in veteri Teſtamento ad Filium pertinere, non ad Patrem? Beatiſſimus Auguſtinus pleraſque omnes, quæ olim factæ ſunt, percurrit: & oſtendit ipſas non minus Patri conuenire, & Spiritui ſancto, quàm Filio. Nos ne longiores ſimus, Lectorem remittimus ad 2. & 3. librum eiuſdem de Trinitate. 6.

7. Nec quidquam nos mouet, quod *Inuiſibilis dicatur Pater* : & ob id apparere dici non poſsit. Inuiſibilis nobis eſt Filius; & apparuit. Inuiſibilis Spiritus Sanctus; & apparuit. Inuiſibiles ſunt Spiritus Angelici; & apparuerunt ſub viſibilibus formis frequentiſsimè, & in nouo & in veteri Teſtamento. Inuiſibiles animæ mortalium; & tamen poſtquam corpora depoſuerunt, apparent aliquando. Manet Pater inuiſibilis; & tamen poteſt apparere, quoniam, vt B. Ambroſius loquitur, *quando apparet, non apparet, prout eſt; ſed prout homo Deum capere poteſt*. Figura ſeu ſpecies Dei fuit, quod videbatur; & Dei quidam quaſi habitus, non Deus,

8. Dicitur, quartò, Filium alia atque alia apparuiſſe. Sed ſi Apparitiones non tantum Filij fuerunt, verum etiam Patris: alia quoque atque alia forma apparuit Pater. An idcirco & Patrem dicent mutabilem *Ariani*; quemadmodum, ex diuerſis formis, mutabilem colligunt filium? & vnus idemque Angelus, ſub quot & quam varijs formis poteſt apparere? an idcirco alia atque alia ipſius ſubſtantia; aut ſaltem mutabilis dicendus eſt?

9. Non filij neceſsitati; non filij conditioni; non filij naturæ tribuit B. Ambroſius, quod alijs atque alijs formis apparuit, ſed potentiæ diuinitatis eius. Addidit & varietate Apparitionum ſignificare voluiſſe illam, quàm peracturus erat in fine ſæculorum; quando humanam naturam indutus, cum hominibus eſſet conuerſaturus. Verba eius hæc ſunt: *Abrahæ in forma humani corporis apparuit; quo poſtremis temporibus in homine venturus eſſe demonſtraretur. Iacob etiam alibi in Angelo, alibi æque videatur in homine; qui ideo ſe in Angelo monſtrauit: vt nimirum ſe magni conſilij indicaret: in homine verò, cum quo colluctatus fuiſſe dicitur, vt imaginem futuræ colluctationis, quam cum Iſrael habiturus erat, cum ſecundum hominem adueniſſet, indicaret.* Moyſi in rubo, in forma ignis apparuit, vt lumen credentibus, *incredulis iudicium demonſtraret. Populum Iſrael in columna nubis per diem; & per noctem in columna ignis, quaſi dux itineris præcedebat; & baptiſmi gratiam per nubem, & Spiritus ſancti donum per ignem oſtenderet.*

10. Quæ cum ita ſint; cum nulla ſint rationum pondera, quæ, ex Apparitionibus filij Dei, afferunt *Ariani*, vt alterius ſubſtantiæ probent filium eſſe à patre; nemo non intelligit, ipſos & malè concludere filium Patre eſſe minorem; & male aſſerere, idcirco ſub viſibili, variaque ſpecie apparuiſſe, vt mortales ad dogma hoc credendum induceret. Non minor eſt Patre filius: non alterius ſubſtantiæ à Pa-

tre

tre eſt filius. Non debuit igitur, non potuit igitur apparuiſſe, vt hoc ſua Apparitione perſuaderet.

CAPVT XXXIII.

Malè dici idcirco apparuiſſe Deum, ſub ſpectabili forma, quod quas apud mortales operationes exercere volut, non, niſi per aſſumptum corpus, potuit exercere.

APPARVISSE in aſſumpto corpore Deum (ſiue Angelum, in perſona Dei) hominibus, & inter homines conuerſatum eſſe propter officia quædam, dubium non eſt: *debuiſſe* propter hæc apparere, & non, niſi per aſſumptū corpus, illa præſtare, & exequi potuiſſe nec credi debet, nec dici poteſt, ſalua fide Catholica. 1.

Prius illud ipſæ probant Apparitiones. In ſingulis quædam ſingularia officia atque functiones eſt obſeruare. Idem confirmat ratio. Quæcunque enim res aliquid aſſumunt, hoc fine aſſumunt, vt aſſumpto vel fruantur, vel vtantur. Et Deus igitur, ſi corpus aſſumit, (vt in Apparitionibus aſſumit) vel eo fruetur, vel vtetur. Frui dici non debet, cum ipſe ſibi ſit ſumma felicitas. Si vtitur, ad operationem referet, in qua rerum omnium vſus perficitur. 2.

Poſterius commune, in ſcholis receptiſsimum, axioma docet: qua, quæcunq; Deus, per cauſas ſecundas præſtat, *ſeipſo* præſtare poſſe aſſeritur. Neque enim vllius indiget, ſibi ſufficientiſsimus eſt. Poterit igitur ſeipſo perficere, quæcunq; per aſſumptum corpus, quouis modo, aut olim peregit, aut aliquando eſt peracturus. 3.

Quod dicimus, clarius demonſtrant ipſi, qui Deo (vel Angelis in perſona Dei) propoſiti fuerunt fines. Hi quemadmodum bene perfecti ſunt in aſſumpto corpore, ita perfici haud minus bene potuiſſent abſque vllo vllius corporis externi ſubſidio. Id ſic docemus. 4.

Ad duo prima genera reuocari videntur fines omnes. In omnibus Apparitionibus propoſitus Deo fuit, aut mentem mortalium, quibus apparuit illuminare; aut excitare affectum. Mens vel de præteritis informabatur, vel de præſentibus, vel de futuris. Affectus vel à malo reuocabatur, vel ad bonum inducebatur. Ad nullum horum perficiendum corpore indiget Deus. 5.

Poteſt mens inſtitui, quamuis, qui inſtituit, in oculos non incurrat. Et quidem multis modis poteſt. Nunc ab ipſo Deo: vt inſtituta eſt illius, qui dicebat: *Audiam, quid in me loquatur Dominus*: nunc 6.

etiam per Angelos ſiue bonos ſiue malos; quemadmodum in ſomnis edocti plures, quorum Scriptura meminit: nunc etiam per homines, qui quamuis præſentes non videantur, poſſunt tamen audiri, & audiuntur quotidie.

7. Mentem ſequitur affectus, amplectitur quod ille probat; reſpuit quod damnat. Et ſolius mentis iudicio contentus eſt: quibus rationibus ipſa inſtruatur non curat, an auditu in rerum veniat cognitionem, an viſu, aut diuiniori quadam illuminatione per Deum, vel Angelos facta.

8. Accedit ad hæc, quòd non aliud Deo propoſitum ſit in hoc apparitionum viſibilium genere, quàm alijs tribus, de quibus cap. 2. niſi quòd hîc clarioribus argumentis ſe exhibent, familiariusq; cum mortalibus conuerſetur. At in illis nullo indiget corpore aſſumpto: nullum quoque aſſumit. quæcunque facit, vel ſolis externis vocibus abſoluuntur, vel perficiuntur imaginationis atque intellectus functionibus: quemadmodum reliqua huius Diſputationis pars docebit.

CAPVT XXXIV.

Multos eſſe apparentes, & quaſi ſecundarios fines, propter quos credi poteſt, ſub viſibili humanaq; forma apparere voluiſſe Deum olim in veteri Teſtamento.

1. QVAMVIS dici abſolutè non debeat, hoc omnino fine Deū, in aſſumpto corpore, apparuiſſe, vt ſui notitiam, in hominum animis, aut ingeneraret, aut confirmaret: ad vtrumq; tamen plurimum eius Viſibiles Apparitiones profuiſſe nemo poteſt dubitare: vt ob id, non ſine ratione, hoc inter eos fines referamus, qui quamuis rerum *proprij* non ſint, & veri; *apparentes* tamen videantur, & proximè ad veros illos accedere.

2. Prius illud manifeſtum eſt. Multa huius ſunt magna, & clara argumenta: non poſtremum, quod primus homo, humani generis parens ſuppeditat. Quanta illum Deus, etiam nondum viſus, ſcientia inſtruxit? & quidem non rerum tantùm à Deo creatarum, verùm etiam ipſius rerum creatarum authoris & conditoris?

3. Sic res omnes Deum ipſum nos docent. Omnes clamant, *quoniam ipſe* (Deus) *fecit nos, & non ipſi nos. Inuiſibilia Dei*, inquit Apoſtolus Rom. 1. *per ea, quæ facta ſunt, intellecta conſpiciuntur. Cæli enarrant gloriam Dei*, Pſalm.

Pſalm 18 *A magnitudine ſpeciei.* dicitur Sap. 13. *& creaturæ poſſe creatorem cognoſcibiliter videri & doceri.* & Dionyſius Areopagita, capite 7. de diuinis nominibus docet Deus cognoſci *ex creaturarum omnium ordinatiſsima diſpoſitione.* Similiter his Iuſtinus, Reſponſione ad quæſtionem 6. Gentium. Verba eius adiungimus: *Vnde,* inquit, *cognoſci poteſt; ſit ne Deus omninò? Ex eorum,* reſpondet, *quæ ſunt concretione, conſtitutione & ſtabilitate.* Similiter Tertullianus lib. 1 contra Marcion. *Creator,* inquit, *ex hoc Deus, & indubitatus Deus; quia omnia ipſius.* Similiter Athanaſius, oratione contra Idola, ad Macarium. *Ipſa,* inquit, *rerum natura exclamat, oſtenditq́ ſuum Creatorem.* & paulo ante: *Quemadmodum,* inquit, *cytharam pulcherrimè conſtructam conſpiciens, aut etiam eius tantum audiēs, nihil aliud, quàm ipſum cytharæ conditorem, atque cytharæ, dum mente reputat, etiamſi de facie ipſi ignotum: eodem modo nobis is qui res vniuerſas procreauit, eaſq́ moderatur & conſeruat, ſeſe declarat: etiamſi animis noſtris ingenijsq́ comprehendi nequeat.* Similiter Ambroſius, in 1. ad Romanos: *Opus,* inquit, *fecit Deus quod ſua viſibilitate demonſtrat ſuum opificem.* vt ob id optimè dixerit Euſebius, lib. 7. de præparatione Euang cap. 2. ita ex creaturis cognoſci Deus; ſicut cognoſci poteſt *domum non ſine artifice ædificari: nec pannum fieri abſq́ texente.*

Itaque mirum non eſt & Gentes, ex rerum naturalium conſide- 4.
ratione in Dei, ipſarum Creatoris veniſſe notitiam. Docet id Apoſtolus Paulus, ad Rom. 1. ſed confirmat Epicurus, apud Ciceronem, lib. 1. de Natura Deorum, vbi aſſerit. Gentes omnes *perceptionem quādam habere, quòd Deus ſit, naturaliter hominum animis, ſine lege, ſine more, ſine inſtituto, ſine doctrina inſertam* Et Plato in ſimpoſio, *ex pulchritudine rerum creatarum confirmat pulchritudinem, quandam admirandam diuinæ naturæ, de repente, conſpici.*

Quæ cùm ita ſint, neceſſe non fuit, vt Deus vel primo homini, 5.
vel poſteris eius, *hoc fine,* in aſſumpto corpore ſe exhiberet; vt *ſui notitiam* ipſis ingeneraret. hanc partim Deo reuelante, partim natura docente potuerunt habere. Confirmat quod dicimus, quòd de nullo eorum, quibus Deus apparuit, legamus; quòd vel diuinum numē ignorauerit, vel de eodem dubitauerit, quin verò omnes, in diuinis rebus videantur fuiſſe inſtructiſsimi: quemadmodum partim ſermo cum Deo habitus, partim religionis & pietatis inſignia exercitia, magnis & multis argumentis demonſtrant.

Nihilo-

Nihilominus, quam de Deo mortales notitiam habuerunt, illa Dei in aſſumptis corporibus, Apparitionibus, & probata eſt, & corroborata: & quidem multis rationibus.

7. Primùm, minus *de illo potuerunt* dubitare, quem non ex rebus creatis tantùm cognoſcerent: non auditu tantum, eſſe, à ſuis progenitoribus accepiſſent; non fidei tantum lumine crederent: verum etiam, cuius formam, effigiemque oculis intuerentur, verba & ſermones auribus perciperent: cum quo ſua conſilia communicarent, & tantum non manibus pedibusque apprehenderent.

8. Deinde, tantopere commendatam ſacris literis, clarius potuerunt cognoſcere humanitatem & beneuolentiam. Cognouerunt illam ex ſeipſis; ex donis, tam naturalibus, quam ſupernaturalibus, ſibi communicatis: ex omnibus, quas ſibi ſeruire, haud obſcuris argumentis deprehendebant, rebus creatis: ſed quanta hæc diuini numinis fuit humanitas, quod ad conditionem ſuarum creaturarum, quodam modo: deſcenderit? cum ipſis egerit? egerit modo, non ſibi, ſed miſeris mortalibus conuenientiſsimo?

9. Potuerunt quoque Dei ſingularem *prouidentiam* clarius perſpicere, quando etiam minimas res ipſi curæ fuiſſe, ex non paucis Apparitionibus collegerunt, & magnas cum minimis ita adminiſtrare ſuauiter, vt in ſuos fines ſingulos dirigat fortiter.

10. Potuerunt clarius deprehendere *iuſtitiam*: quando de reprobis vident coram ſumere grauem vindictam; vt in Sodomis obſeruarunt, viciniſque populis, quando iuſtos & bonos beneficijs perſequi vt notarunt in Abrahamo, quando innocentium curam tutelamque ſuſcipere: vt ſuſcepit Loth filiarumque ipſius: quando alios ad officium ſuum vrgere; vt vrſit Agar ancillam Abrahæ.

Potuerunt de Dei plenius inſtrui confirmarique *miſericordia*;

11. quando non ſtimulo ſcientiæ, quo peccatores grauiſsimè vrget, contentus, ſeipſis, ſub ſpectabili forma exhibet: grauitatem pœnæ illis ob oculos ponit, ad pœnitentiam vrget, & ſe paratiſsimum, qui quoſcunque in gratiam recipiat, oſtendit: quemadmodum hæc egregiè præſtitit, dum & primis parentibus, & ipſorum filijs, poſt peccatum exhibitus eſt.

12. Denique, etiam opinio, quam de Dei *potentia* atque ſcientia habuerunt, hac ratione eſt confirmata Vtraque egregiè relucet in Diuinis Apparitionibus: cùm quædam ipſorum, quæ in illis accidũt nec mens perfectè poſsit comprehendere, nec viribus ſolis naturalibus videantur poſſe perfici, quæ ob id hic opificis poſtulant & probant ſcientiã ſimul & potentiam.

CAPVT

CAPVT XXXV.

Quis præcipuus finis fuerit, propter quem, ſub viſibili forma in aſſumpto corpore, Deus olim apparere voluerit mortalibus.

VNVS *præcipuè* finis Deo, cùm ſub ſpectabili viſibiliq; forma, 1. hominibus apparere dignatus eſt, propoſitus videtur: ſed qui de magnis rebus & olim eos, quibus apparuit, & nos, qui apparitiones ipſis factas recolimus, admonere meritò poteſt.

Finis hic eſt, vt modo, *hominum generi conuenientiſſimo*, cum morta- 2. libus ageret, & conuerſaretur. Breuiſſimè hoc dictum. ſed veriſſimè quoque dictum conſtabit: ſi probatum ſit, & Deum id voluiſſe, & præterea ad hoc ſpectabilem viſibilemq; formam, qua ſe exhiberet fuiſſe neceſſariam.

De priori illo minus dubitabit, qui quot, & quanta diuini numi- 3. nis erga genus humanum extent humanitatis argumenta, ſed imprimis quid ipſi in prima hominis conditione propoſitum fuerit, altius ſecum repetere voluerit. vtrinque intelliget præterire Deum voluiſſe nihil, quod quouis modo homini ad finem, ad quem conditus eſt, poſsit proficere.

Finis eſt æterna beatitudo, quo quidem Dei gratia, ſed tamen ſuis 4. quoque meritis, homo debuit peruenire: finis profectò, qui præter homines angelicaſq; mentes, nulli conferendus fuit; finis, quem nec mens concipere, nec lingua ſatis commendare poteſt; finis, ad quem homini voluit ſeruire, quæcunque ab ipſo eſſent creata; quæcunque cæli ambitu continentur. Qui verò hominem ad egregium finem creauit, Deus Opt. Max. potuitne aliquid intermittere, quod eidem ad hunc obtinendum erat profuturum?

Quanta autem præter hanc, nos blandi, voluntatem, eiuſdem 5. Dei, erga mortales, extant clementiæ, bonitatiſque argumenta? in nobis? extra nos? omnibus locis? omnibus temporibus? Et cuius tot extant argumenta; ille in hoc vno nobis voluiſſet deeſſe? & modo nobis conuenientiſſimo? ipſique facilimo? id eſt non nobiſcum agere.

Fortè *conuenientiſſimus* hominum generi non eſt modus; vt ſub 6. ſpectabili forma ſe Deus exhibeat. Eſt maximè conueniens. Quamuis enim mentem cum ſpiritibus cæleſtibus communem habeat, & idcirco rerum ſenſibilium opera, in cognoſcendis naturis minimè indigere videatur: non eadem tamen illarum mentium eſt conditio, & humanæ, quàm diu in corpore eſt. In hoc incluſa tum com-

modiſsimè perfectiſsimeq; operationes ſuas exequitur, cum per res ſenſibiles,& quæ in externos ſenſus impreſsionem faciunt, res ipſas intelligit.

7. Cognouerunt id plerique philoſophorum gentium . quam ob cauſam quoque *intelligentem* dixerunt *oportere ſpeculari phantaſmata:* & rurſus; *Nihil eſſe in intellectu,quod non fuerit in ſenſu.* Alij præterea(quamuis malè) tantam exiſtimarunt mentis corporisque coniunctionem eſſe, vt niſi illa huius auxilio iuuetur , præſtare poſsit nihil.

8. Sed *meritiſſimè* quoque hoc fieri ratio perſuadet. Ita,ſcilicet, (quod in rebus naturalibus omnibus, adeoq; artibus,hominumque officijs ſit(imperfectiora perfectioribus deſeruiunt: corpus menti: corporales operationes mentalibus.

9. Cæterum, in eo quod hoc Apparitionis genere ſe Deus humano ingenio accommodat, ſingularem inprimis ſuam demonſtrat, ergà genus humanam *bonitatem* & *clementiam.* Neque enim ſatis ipſi fuit,ſi voluntatem ſuam mortalibus ipſe explicaret, quibus poſſet, & ipſis ſufficeret, modis; niſi & conuenientiſsima, qualem hanc eſſe docuimus ratione explicaret.

10. Auget verò Dei clementiam hoc, quod præterquam ad intellectum mentemque inſtruendam plurimum valeat hic modus: etiam ad animos mortalium ad quiduis agendum perficiendumque potuit vrgere,& excitare vehementius: quando eo minus Deum ſibi? præſentem eſſe,à vitijs auocantem,& ad virtutem ſtudia excitantem debuerunt dubitare, quo pluribus,& certioribus argumentis de ipſius pręſentia conſtabat.

11. Hinc eſt, vt tanta animorum nunc promptitudo, nunc mutatio in ijs obſeruata ſit,quibus Deus,ſub ſpectabili forma, appareret: quorũ plerique,ſi interius tantum loquentem,vel etiam corda ipſorum pulſantem habuiſſent,aut de Dei præſentia potuiſſent fortè dubitare:aut ad voluntatem Dei perficiendam fuiſſe tardiores.

12. Porro, quemadmodum homines, ex hoc diuinæ Apparitionis genere,Dei erga clementiam clarius cognoſcunt;ita haud difficulter intelligunt,quantum,tantùm ſe amantem,debeant *redamare.* Dignisſimum eſt amentem redames, gratus ſis beneficia in te conferenti: & quidem conferenti in immeritum: tantam quoque,& talia;quanta & qualia eſſe poſſunt, quem diuinum numen, hoc modo, in creaturam ſuam confert.

13. Intelligunt, & *commendatiſſima* eſſe oportere, quæcunque à Deo, ſub

ſub hac viſibili forma proponuntur:propterea, quod credi debeat, eò magis illa Deo eſſe cordi,hominibuſque commendata eſſe cu- rere,quo pluribus rationibus vrgeri videntur. Non enim conſilia tantum hic menti ingerit;ſed per externam quoque vocem, inſen- ſibili corpore eadem ad mentem tranſmittit; & in firmius menti imprimatur,quaſi adlaborat:

DE CIRCVMSTANTIIS DIuinarum Apparitionum viſibilium.

CAPVT XXXVII.

Quibus,qualibuſq; perſonis Deus ſub humana ſpectabiliq; forma,apparuerit olim,in Veteri Teſtamento.

CAVSAE Apparitionum Dei viſibilium, ſub ſpectabili forma,explicatæ ſunt, reſtat diſcutiantur quædam ipſarum *Circunſtantiæ*. inter alias hæ;*perſona,tempora,loca*,quibus apparuit, Res quoniam ſingularem difficultatem non habet,breuiſſimè non tam explicanda eſt, quam attingenda. 1.

In perſonis igitur notaueris, nullum propemodum, hominum genus fuiſſe,cui non Deus,ſub ſpectabili forma,exhibitus ſit(quamuis certis quibuſdam frequentius)Quod dicimus conſtabit ſi hominum genera & diſtinxerimus ratione ſexus ætatis,profeſſionis,pro 2.
bitatis atque conditionis;& ſingula percurrerimus.

Diſcretionem *ſexus*, in ſuis Apparitionibus Viſibilibus,nullam obſeruauit Deus,quemadmodum viris;ita apparuit fœminis. Viri fuerunt, Adam. Cain,Noe,Abraham,Loth,Iacob,Moyſes,& cætera. Fœminæ,Eua omnium mater,Sara vxor Abraham eiuſdem ancilla Agar,&c. Quid mirum? Vterque ſexus Deo eſt curæ: vtrique ſua Apparitione potuit prodeſſe,Sed tamen *frequentius* viris,quam fœminis apparuit:ſi,nullas alias,præter illas quarum vetus Teſtamentū
meminit, Apparitiones,admittamus. 3.

Ætatis, ſi non magnam aliquam ſaltem rationem habuiſſe videtur Deus. Maturis, & rationis conſilio vtentibus viſus eſt. Et cur, quæſo,pueris? cur ratione adhuc deſtitutis? Apparuit, vt cum hominibus ageret: ſua ipſis conſilia communicaret: de diuinis rebus
Inſtrueret,Nihil hic pueri,Nihil rationis vſu deſtituti,plurimū alij. 4.

Profeßio quæ homines diſtinguit,fidei eſt:quam aliam hi habent, aliam alij noſtris temporibus. Et olim,cū Deus apparere dignatus eſt,omniū fides quidam veram habebant;&;vt debeant, diuinū numē venerabātur.alij pro vero Deo colebāt Idola Quales quales ſint,

ad Deum pertinent vtrique, Deo de vtriſque cura. An quoque vtriſque apparuit? Fidelibus apparuiſſe extra controuerſiam eſt de Infidelibus dubium aliquod. Sed tamen & his viſum dici poteſt, quanquam quod viderent, ignorarent. Meritò: quia illis vtiliter; his cum ſuo fructu paruo, vel nullo.

6. *Probitas* quoque homines diſtinguit, quoſdam probos dicimus: quoſdam improbos: non apud mortales, ſed Deum. De prioribus intelligitur, quod à Deo dictum refertur. *Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum*, Prouerbiorum 8. De poſterioribus illud, Sapient. 14. *Odio eſt Deo impius, & impietas eius.* Verum vtrum vt has iuſtitia diſtinguit, & iniuſtitia; ita Deus quoque; vt probis aliquando ſub ſpectabili forma apparuerit: ſub eadem nunquam viſus ſit improbis? Non diſtinguit. In improborum numero, quibus Deus apparuit, fuerunt primi parentes, poſt diuini præcepti præuaricationem. Fuit Cain fratris homicida. vt de alijs nihil dicam.

7. *Conditio* hominum duplex eſt. quidam priuati dicuntur, proprijs ſcilicet, rebus ſtudentes: quidam publici; quibus cura adminiſtrandæ Reipub. incubuit. Vtrique, cum hominum genere, omni tempore perdurarunt. Et vtrorumque rationem habet Deus, quamuis maiorem publicorum. Vtriſque quoque apparuit Deus. Intelliget, & credet hoc, qui Apparitiones à nobis, Cap. 2. relatas, voluerit percurrere.

8. Cæterum, quamuis, vt diximus, vix vllam perſonarum rationem Deus, in Apparitionibus ſuis viſibilibus, habuerit; quibusdam tamen *frequentius* eſt viſus: cum quibuſdam familiarius egit. Frequentius apparuit viris, quam mulieribus: fidelibus, quam infidelibus; probis, quam improbis: publicis, quàm priuatis. Confirmat hoc exemplo, capite ſecundo allata. Cur verò? An ex illis potuit vberiorem ſuarum Apparitionum fructum exſpectare? an præ his magis digni.

CAPVT XXXII.

Quibus temporibus Deus, ſub humana ſpectabiliq́ue forma, potiſſimum apparere voluerit.

1. NON omnis temporis hîc habenda eſt ratio, ſed illius tantum, quod legem nouam, quod Saluator mundo intulit, anteceſsit. Titulus huic Diſputationi præfixus hoc demóſtrat. De ijs Dei Apparitionibus nobis eſt ſermo, quæ in lege veteri acciderunt; tempore, videlicet, ab orbe condito ad Chriſtum vſque Dominum.

Tem-

Temporis huius variæ ſunt differentiæ.prima,ſui diuiſione diuiditur in diurnum & nocturnum:alia,in ſacrum & profanum. tertia, in varias ferias. quarta,in vernum,hyemale,æſtiuale, & autumnale. quinta,ſecundum partes eius;in principium medium & finem. 3.

Priorum quatuor differentiarum hic ratio habenda non eſt.tum quod parum interſit ſcire,qua feria , prima an ſexta: ſacro item an profano,hyeme an æſtate,&c. apparuerit Deus: tum quia certò hic conſtitui poteſt nihil:tum denique,quia nec Deus rationem certam hic vllam obſeruauit. Verum,quia quintæ rationem magnam habuiſſe videtur,illa illiusque cauſæ inueſtigandæ.

In quinta igitur differentia trium temporum habenda eſt ratio. 4.
primum eius,quod initium eius fuit:deinde eius,quod ipſum concluſit:tertio.intermedij Initium non indiuiſibili momento abſoluimus,quo eſſe incepit tempus:nec finem illo,quo deſinit. aliquot annorum ſæcula intelligimus,quemadmodum & intermedio. Initium dicimus totum ab Adamo vſque ad Moyſen.Medium à Moyſe vſque ad tranſmigrationem Babylonicam.Finem à tranſmigratione Babylonica ad Chriſtum,per annos,mille & plures.De his trib. quæſtio? vtrum his omnibus,ſub ſpectabili forma,ſe exhibuerit, an aliquibus,& quibus(quibuſué de cauſis.

Primo apparuiſſe prorſus clarum eſt. Apparuit mox à mundo cōdito primis parentibus,apparuit ipſorum filio Cain,apparuit Noe, 5.
apparuit Abrahāmo eiuſdemque vxori,apparuit eiuſdem nepoti,nepoſitiſque filiabus.

Sic Secundo,id eſt,intermedio apparuiſſe dubium non eſt. Teſtes huius ſunt,primum Moyſes,cui aliquoties ſe exhibuit. Deinde 6.
Gedeon,poſtremum parentes Sampſonis.Omitto turbam flentium, cuius mentio fit Iudic.2.

Tertio apparuiſſe potuit Deus. quod apparuit, dici nequit. Vnde enim conſtat? quæ probet Scriptura,nulla produci poteſt: Apud 7.
Scriptores profanos ſummum ſilentium.Sed nec ratio,quod apparuiſſe debuerit,perſuadet.Quod ſi alicubi Dei Apparitionū fit mentio(quemadmodum Danielis cap.7. apparuiſſe dicitur)non ad hoc ſed aliud aliquod Apparitionum genus illus reducendæ ſunt. 8.

Et vt poſteriori tempore nunquam ita medio,non ita frequenter viſus eſt Deus:vt primo apparuit. Apparitiones ipſæ huius teſtes ſūt.Confirmat actiones hominū,quibus Deus apparuit.hi priori tēpore non ita,ad Dei præſentiam, conſternati fuerunt vt poſteriori

Gedeon,parentes Sampſonis,atque Iſraelitæ,quaſi illi ad Dei Appa-
ritiones aſſueuerint;his ipſæ inſolitæ fuerint,rariuſque euenerint.

Verum,cur poſteriori tempore *nunquā* Deus,ſub ſpectabili for-
10. ma,exhibitus?cur frequentius priori; *An* priori fuerunt homines.
qui *vitæ ſuæ ſanctitate* meruerunt,vt diuino (ſic loqui liceat:)conſpe-
ctu fruerentur?poſteriori non fuerunt? *At* poſteriori quoque ho-
mines ſanctiſsimos Deo chariſsimos fuiſſe negari non debet. Vbique
Deus habet,qui ipſum colant,religioſeque obſeruent:Omnibus tem-
poribus habet,Cum nulli putarentur aliquando Deicolæ, reſpon-
ſum eſt Prophetæ Eliæ,3.Reg.19. *Derelinquam mihi in Iſrael,ſeptem mil-
lia virorum,quorum genua non ſunt incuruata ante Baal*. Sed nec ſancti-
tas tantum probitaſque vitæ hominibus cauſæ fuit:vt ſub humana
forma Deum conſpicerent;quoniam & illi conſpexerunt, quorum
mores corrupti,vita peruerſa:quique perpetratis grauibus crimini-
bus Deum offendiſſent non leuiter.

11. *An* priori tempore fuerunt,quibus *neceſſe* fuit,vt Deus ſua conſi-
lia?ſub humana ſpecie explicaret.quos ad virtutum ſtudium ſic exci-
taret,ſic à malo auocaret? At primum, nulla vnquam fuit neceſſi-
tas huius ſpectabilis Dei apparitionis. Quidquid ſub humana for-
ma,inter mortales præſtitit,& executus eſt Deus, id potuit præſtare
eadem depoſita:quemadmodum & frequentiſsimè præſtitit. Dein-
de,quanta apud priores potuit neceſsitas feciſſe, tanta & apud po-
ſteriores.

12. *An* priori tempore *rudiores* fuerunt mortales;vt ob id Deus in aſ-
ſumpto corpore cum ipſis debuit agere,& ita de diuinis rebus infor-
mare?poſteriori magis fuerunt excitati;qui ſenſibilium rerum ope-
ra,in Dei voluntate cognoſcenda non indigerent?At poſteriori quo
que rudes fuiſſe nemo ignorat,priori autem ob ruditatem apparuiſ-
ſe,ſi de aliquibus concedatur;profecto de omnibus, imo pluribus
dici,non ſine ſumma ipſorum iniuria,poteſt.

Ratio igitur quare priori,non poſteriori,tempore:illis,præ his,
13. hominibus,in aſſumpto corpore,Deus exhibere ſe voluerit, præci-
pua eſt diuina voluntas.Quemadmodum Dei filius carnem aſſum-
pſit,non mox à mundo condito: non Moyſis ætate; ſed nouiſſimis
temporibus quia ita voluit: prioribus temporibus non voluit:
ſub ſpectabili forma,in peregrino corpore,voluit conſpici,non po-
ſterioribus,quibus non placuit;ſed prioribus quibus ſic placuit.

Voluntas tamen Dei ratione deſtituta non fuit. Omnia magno
14. iudicio agit.Quemadmodum etiam temporis habuit rationem, in
incarnationis myſterio;ita habuit & in *A*pparitionis negotio. Et hîc
vt ibi,conſilio maturo vſus eſt.

Conſi-

Digitized by Google

Conſilij rationes ipſe nouit perfectiſsimè. Nos, quia ipſius conſiliarij non ſumus, certum quid aſſerere nō poſſumus. quod diuinando & coniectura non aſſequimur, hoc eſt, veriſimile videri poſterioribus, aut nunquam aut rariſsimè apparuiſſe; partim, quia tum ſecula potuerunt magis eſſe corrupta: partim, qua, quæ prioribus temporibus Apparitiones factæ primis hominibus, atque Patriarchis: non minus iis, qui ſequentibus ſeculis vixerunt, ſeruire potuerunt, quam ſeruierunt prioribus: partim etiam, quia poſterioribus temporibus tot præſidia mortalibus, ad omnem honeſtatem, & pietatem præſto fuerunt, vt his Apparitionibus opus non fuerit.

CAPVT XXXVIII.

Quibus potiſsimum locis Deum olim, ſub humana forma, ſe in aſſumpto corpore, exhibuerit?

QVod de perſonis diximus, capite trigeſimo ſexto, idem de *locis* hic dicendum putamus: horum quoque, vel *nullam vel paruam* rationem Deum, in ſuis Apparitionibus habuiſſe. Quocirca quemadmodum omnibus propemodum perſonis apparuit; ita apparuit *omnibus* propemodum *locis*. Nullum videtur excluſiſſe: à nullo abhorruiſſe. 1.

Apparuit, in *paradiſo*, primis parentibus, loco, ſi vllus alius ſub cælo, diuino numini aptiſsimo, & commodatiſsimo. Veruntamen commoditatis huius rationem non habuit Deus. idem cum primis parentibus extra paradiſum conſtitutis egiſſet, quod perfecit in paradiſo: nec minus feliciter in paradiſo. 2.

Apparuit in *monte*, Moyſi & hic, loco aptiſsimo, quique diuinæ Maieſtati ſuo ſitu aliquod dabat teſtimonium. Sed tamen, vt ibi ſe exhiberet, ibi mandata daret neceſſe non fuit. Qui legem ſuam in credentiū cordibus ſcribere ſolet, quid opus habuit altiſsimo monte? Mons nihilominus, vt diximus, authoritatem legiſlatoris augebat: faciebatque, vt quæ inde mandata darentur. Iudæorum populus promptiori ſtudio ſuſciperet, maiori reuerentia conſeruaret, diligētius obſeruaret. 3.

Apparuit in *agris*, & locis, ab hominum frequentia, ſeparatis; & pluribus quidem, frequentiuſque. Fortè, quia his meliùs potuit ſua communicare conſilia: fortè hic attentiores habere auditores, ſibique obſequentiores: fortè etiam, quod multitudinem putauit declinandam, cum Apparitiones eius plerunque ad paucos pertinerent. 4.

Digitized by Google

5 Non tamen ſemper deſertis locis viſus eſt Deus. etiam inter *priuatos parietes* apparere dignatus eſt, in domo, inquam Abrahæ, à quo hoſpitio exceptus & amicè habitus eſt. quia & hic melius potuit ſua conſilia cum Patriarcha, quàm alibi, communicare.

6. Et in *ciuitatibus* apparuit Deus. Diſcedens ſiquidem ab Abrahamo, vt habet 19. cap. Geneſ. venit Sodomam veſpere, ibique & hoſpitio & conuiuio exceptus à Loth, eidem ciuitati miſerandum prædixit excidium. Veruntamen hîc, quamuis in populoſa ciuitate, cum ſolo tamen Loth negotium habuit, cuius ſolius etiam cauſa venerat.

7. Et vbique propemodum, ſi vnam, aut alteram Apparitionem accipias, vel *vnum aliquem*, vel certe paucisſimos, cum quibus in aſſumpta humana forma, ageret, elegit. Multitudinem numeroſam ſemper ferè declinauit; quemadmodum & quando Prophetas de rebus diuinis inſtruxit, eoſdem à multitudine ſeparauit. An forſitan diuinæ huius Apparitionis non erant capaces omnes? an non ad omnes, quæ agebantur pertinebant? an quæ tractabantur, non à ſe immediatè alios voluit accipere; ſed his, cum quibus ipſi ſermo? his, inquam, tanquam diuinæ Maieſtatis internuncijs quaſi & miniſtris.

FINIS PRIMI LIBRI, QVI EST DE Apparitione Dei Oculari ſiue Viſibili.

LIBER SECVNDVS, DE DIVINA, SIVE DEI IN VETERI TESTAMENTO APPARITIONE ET LOCVTIONE Vocali ſeu Auricurali.

CAPVT PRIMVM.

Explicatur, in quo propria ratio Vocalis Apparitionis Dei conſiſt t, ſi e qu Dei locutio, de qua eſt Diſputatio.

DE Viſibili Dei Apparitione, ſub externa & ſpectabili forma, in aſſumpto corpore actum eſt præcedenti huius Tractatus libro: ſequitur nunc, vt de altera, quam *Vocalem* diximus, agamus: ſed breuiùs, quàm de priori; quod quæ de illa dicta, multa hic ſeruire debeant. 1.

Vocalem autem dicimus, qua Dei vox ſenſu percipitur, ſiue Deus auditur loqui; non à quibuſcunque; ſed hominibus tantùm: nec quocunque ſenſu: ſed externo tantùm auditus: nec quocunque modo: ſed certò & ſingulari, quemadmodum mox declarabitur. quapropter & rectiùs forſitan Dei *Locutio*, quàm Apparitio dicetur. 2.

Deus igitur aliquando *ſecum* locutus eſt: ab omni æternitate quidem, quando loquendo produxit Verbum, Filium: in tempore verò, quando nunc dixit; *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*: nunc, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*: nunc, *Non permanebit. Spiritus meus in homine.* Geneſ. 6 nunc, *Delebo hominem, quem creaui, à facie terræ.* Ibidem. Sed tamen locutiones hæ Dei, huius loci non ſunt, quia nec hic locutus eſt Deus hominibus; nec vlla eius vox ſub ſenſum externum venit. Tertiò, quod hic propriè Deum locutum non velit Toſtatus, cùm *locutio*, inquit, *fiat ad alium & maximè ad ignorantem.* 3.

Locutus quoque aliquando eſt Spiritibus Angelicis: & iam ijſdem in cœlo, & poteſt loqui & loquitur. Ita docent Theologi; in primis S. Thomas 1. part. quæſt. 107. art. 1. 2. 3. &c. & confirmat ratio. Quot enim, per Angelos, Dei ad mortales mandata facta? Et hæc, quomodo ſcire potuerunt Spiritus, niſi loquentem Deum, & mandata dantem audiuiſſent? Sed nec huius loci ſunt hæ Dei, ad Angelos locutiones. 4.

13. Et Iobo locutus eſt Dominus de turbine, magnumque cum ipſo ſermonem miſcuit, ca.38. libri Iob. atque vt hiſtoria inſinuat, locutus eſt voce externa. Veriſimile quoque eodem modo locutum amico Iob, Eliphaz quando eundem cum ſocijs, (capite vltimo,) iubet placere iratum ſe ſumptis, & in ſacrificium oblatis ſeptem tauris totidemque arietibus. *Sumite*, inquit, *vobis ſeptem tauros, & ſeptem arietes: & ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis. Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis, &c.*

14. Sæpius Deum hoc modum locutum eſſe: locutum quoque pluribus hominibus vix dubitamus. Verum ſiue ſæpius locutus ſit, ſiue non: ſiue pluribus: ſiue paucioribus: dubium non eſt, præter Intellectualem, quæ interius in mente peragitur, locutionem; præter locutionem, qua ſimul ſub forma humana videtur Deus: dare externam aliquam: qua quamuis externa forma non videatur, *externa tamen voce loqui verè auditur*. quod hoc capite oſtendere nobis fuit propoſitum.

CAPVT III.

Quæ & quot ſint præcipua genera & modi, quibus Deus olim per externam vocem quamuis ſub humana forma ſe non exhiberet, locutus ſit.

1. MODOS, quibus Deus loqui dicitur, *decem* recenſet B. Gregorius, lib.28. Moral. cap. 2 & ſequentibus vſque ad ſeptimum. ſed qui omnes, ad duos primos, reuocantur. *Duobus*, inquit, *modis locutio diuina* diſtinguitur. An per *ſemetipſum* loquitur Dominus; aut per *creaturam angelicam eius ad nos verba formatur. Cum per ſemetipſum loquitur, vnum modum obſeruat. Sola enim nobis vis internæ inſpirationis aperitur. Cum per Angelum; habet varios.* (nouem). *Nunc voluntatem ſuam indicat ſolis verbis. quemadmodum petenti Domino: Pater clarifica filium tuum, reſpondit protinus; Et clarificaui & clarificabo. A*liquando ſolis rebus *demonſtrat: cum nihil verbo dicitur; ſed ea, quæ futura ſunt, aſſumpta ex elementis imagine nunciantur, ſicut Ezechiel. 1. ipſi, per ſpeciem Electri, Incarnationis myſterium aperitur: Aliquando* ſimul rebus & verbis: *cum quibuſdam motibus inſinuat hoc, quod ſermonibus narrat. Ita Adamus Domini increpantis verba audiuit, in medio paradiſi, quando venit deambulans, ad auram, poſt meridiem. Aliquando* imaginibus cordis oculis oſtenſis, *per Angelos loquitur; ſicut Paulo, Actuum* 16. *in viſione noctis, vir Macedo apparuit, qui tranſire eum in Macedoniam rogauit. Aliquando* imaginibus & ante corporeos oculos, ad tempus

ca

Digitized by Google

ex aere aſſumptis, *per Angelos loquitur: ſicut Abrahamo, per Angelos ab humana forma apparentes, locutus eſt Geneſ. 18. Aliquando* cæleſtibus ſubſtantijs *loquitur: ſicut, baptizato Domino, vox de nube ſonuit, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, Matth. 17. Aliquando loquitur,* terrenis ſubſtantijs, *ſic verba in ora aſinæ formauit cũ Balaam corripuit. Num. 22. Aliquãdo ſi*mul & terrenis & cæleſtibus: *ſicut ad Moyſen in monte, cum iuſſionis ſua verba edidit, ignemq́; rubumq́; ſociauit. Exod. 3 atque aliud inferius, aliud ſuperius iunxit. Denique & per Angelos nonnunquam* humanis cordibus virtutem ſuæ inſpirationis infudit. *Vnde & Zacharias ait, cap. 2 Et dixit ad me Angelus qui loquebatur in me: Dum ad ſe quidẽ, ſed in ſe tamẽ loqui Angelum dicit, liquido oſtendit, quod is, qui ad ipſum verba faceret, per corpoream ſpeciem extra non eſſet.* Hæc paulo fuſius Gregorius: & doctè. veruntamen huius loci non ſunt *omnes* hi modi. Externa tantum locutio & quæ verbis fit, ad ſecundum genus Diuinarum Apparitionum pertinet.

B. Auguſtinus 16. de Ciuit. Dei cap. 6. tres modos recenſet. *Veritas,* inquit, *incommutabilis, aut per ſe ipſam loquitur ineffabiliter rationalis creatura mentibus: aut per mutabilem creaturam loquitur, ſiue ſpiritualibus imaginibus ſpiritui noſtro, ſiue corporalibus vocibus noſtri corporis ſenſui.* Sed nec iſta diſtinctio nobis ſeruit; quamuis optima ſit. Vnum ſolum dictorum membrorum, quo *corporalibus vocibus* ſenſui noſtro loqui dicitur, ad hoc Apparitionũ genus, & hanc Dei locutionẽ, de qua nobis eſt ſermo, pertinet. 2.

Alphonſus Toſtatus item, quæſt. 1. cap 20. Ioſue varios modos diuinæ Locutionis diſtinguit. ſed quæſtione 18. in 3. Regum, cap. 13 quinque ponit præcipuos. *Prima fit,* inquit, *effigie aſſumpta, altera, ſine effigie aſſumpta: ita, vt tantum vox audiatur tertia per immutationem phantaſia, in ſomno, quomodo Deus communiter ſolet loqui Prophetis veteris Teſtamenti, quarta fit per immutationem intellectus, ſine aliqua exteriori apparitione, ſiue voce ſiue ſomno; ſed tamẽper ecſtaſin Quinta, per immutationẽ intellectus ſine ecſtaſi.* Vide hic Toſtatum. Sed nec hæ omnes huius loci ſunt. 3.

Externa Dei locutio, quæ verbis, ad mortales fit, hic nobis tantũ diſtinguenda eſt: eius tantum genera, ſiue modi diſcutiendi. Melius verò ni fallimur, diſtingui illa non poteſt; quàm per *eos modos,* quos alios, atque alios, Deum obſeruaſſe legimus; quando arcana cordis ſui, externa voce, mortalibus patefecit. Nunc enim per nubem locutus eſt Deus: nunc per *ardentem rubum*; nunc per *ignem*: nunc in *turbine*: nunc in *ſibilo*: nunc de *propitiatorio*: nunc de *calo*: nunc per *Vrim, Thummim.* Omnium exempla ſuppeditant Sacræ literæ. 4.

per

modiſsimè perfectiſsimeq; operationes ſuas exequitur, cum per res ſenſibiles, & quæ in externos ſenſus impreſsionem faciunt, res ipſas intelligit.

7. Cognouerunt id plerique philoſophorum gentium. quam ob cauſam quoque *intelligentem* dixerunt *oportere ſpeculari phantaſmata*: & rurſus; *Nihil eſſe in intellectu, quod non fuerit in ſenſu.* Alij prætereà (quamuis malè) tantam exiſtimarunt mentis corporiſque coniunctionem eſſe, vt niſi illa huius auxilio iuuetur, præſtare poſsit nihil.

8. Sed *meritiſsimè* quoque hoc fieri ratio perſuadet. Ita, ſcilicet, (quod in rebus naturalibus omnibus, adeoq; artibus, hominumque officijs ſit) imperfectiora perfectioribus deſeruiunt: corpus menti: corporales operationes mentalibus.

9. Cæterum, in eo quod hoc Apparitionis genere ſe Deus humano ingenio accommodat, ſingularem inprimis ſuam demonſtrat, erga genus humanam *bonitatem* & *clementiam*. Neque enim ſatis ipſi fuit, ſi voluntatem ſuam mortalibus ipſe explicaret, quibus poſſet, & ipſis ſufficeret, modis; niſi & conuenientiſsima, qualem hanc eſſe docuimus ratione explicaret.

10. Auget verò Dei clementiam hoc, quod præterquam ad intellectum mentemque inſtruendam plurimum valeat hic modus: etiam ad animos mortalium ad quiduis agendum perficiendumque potuit vrgere, & excitare vehementius: quando eo minus Deum ſibi? præſentem eſſe, à vitijs auocantem, & ad virtutem ſtudia excitantem debuerunt dubitare, quo pluribus, & certioribus argumentis de ipſius præſentia conſtabat.

11. Hinc eſt, vt tanta animorum nunc promptitudo, nunc mutatio in ijs obſeruata ſit, quibus Deus, ſub ſpectabili forma, appareret: quorũ plerique, ſi interius tantum loquentem, vel etiam corda ipſorum pulſantem habuiſſent, aut de Dei præſentia potuiſſent fortè dubitare: aut ad voluntatem Dei perficiendam fuiſſe tardiores.

12. Porro, quemadmodum homines, ex hoc diuinæ Apparitionis genere, Dei erga clementiam clarius cognoſcunt; ita haud difficulter intelligunt, quantum, tantùm ſe amantem, debeant *redamare*. Digniſſimum eſt amentem redames, gratus ſis beneficia in te conferenti: & quidem conferenti in immeritum: tantam quoque, & talia; quanta & qualia eſſe poſſunt, quem diuinum numen, hoc modo, in creaturam ſuam confert.

13. Intelligunt, & *commendatiſsima* eſſe oportere, quæcunque à Deo, ſub-

ſub hac viſibili forma propr nuntur:propterea, quod credi debeat, eò magis illa Deo eſſe cordi,hominibuſque commendata eſſe curere,quo pluribus rationibus vrgeri videntur. Non enim conſilia tantum hic menti ingerit;ſed per externam quoque vocem, inſenſibili corpore eadem ad mentem tranſmittit; & in firmius menti imprimatur,quaſi adlaborat:

DE CIRCVMSTANTIIS DIuinarum Apparitionum viſibilium.

CAPVT XXXVII.

Quibus,qualibuſq; perſonis Deus ſub humana ſpectabiliq; forma,apparuerit olim,in Veteri Teſtamento.

CAVSAE Apparitionum Dei viſibilium, ſub ſpectabili forma, explicatæ ſunt, reſtat diſcutiantur quædam ipſarum *Circunſtantia*. inter alias hæ;*perſona,tempora,loca*,quibus apparuit, Res quoniam ſingularem difficultatem non habet,breuiſſimè non tam explicanda eſt, quam attingenda. 1.

In perſonis igitur notaueris, nullum propemodum, hominum genus fuiſſe,cui non Deus,ſub ſpectabili forma, exhibitus ſit(quamuis certis quibuſdam frequentius)Quod dicimus conſtabit ſi hominum genera & diſtinxerimus ratione ſexus ætatis,profeſſionis,probitatis atque conditionis;& ſingula percurrerimus. 2.

Diſcretionem *ſexus*, in ſuis Apparitionibus Viſibilibus,nullam obſeruauit Deus,quemadmodum viris;ita apparuit fœminis. Viri fuerunt, Adam.Cain,Noe, Abraham,Loth,Iacob, Moyſes,& cætera. Fœminæ,Eua omnium mater,Sara vxor Abraham eiuſdem ancilla Agar,&c.Quid mirum? Vterque ſexus Deo eſt curæ:vtrique ſua Apparitione potuit prodeſſe, Sed tamen *frequentius* viris,quam fœminis apparuit:ſi,nullas alias,præter illas quarum vetus Teſtamentũ meminit, Apparitiones,admittamus. 3.

Ætatis, ſi non magnam aliquam ſaltem rationem habuiſſe videtur Deus.Maturis, & rationis conſilio vtentibus viſus eſt. Et cur, quæſo,pueris? cur ratione adhuc deſtitutis? Apparuit, vt cum hominibus ageret: ſua ipſis conſilia communicaret: de diuinis rebus inſtrueret;Nihil hic pueri,Nihil rationis vſu deſtituti,plurimũ alij. 4.

Profeſſio quæ homines diſtinguit,fidei eſt:quam aliam hi habent, aliam alij noſtris temporibus.Et olim,cũ Deus apparere dignatus eſt,ómniũ fides quidam veram habebant;&;vt debeant, diuinũ numé venerabãtur.alij pro vero Deo colebãt Idola Quales quales ſint,

ad Deum pertinent vtrique, Deo de vtriſque cura. An quoque vtriſque apparuit? Fidelibus apparuiſſe extra controuerſiam eſt de Infidelibus dubium aliquod. Sed tamen & his viſum dici poteſt, quanquam quod viderent, ignorarent. Meritò: quia illis viiliter; his cum ſuo fructu paruo, vel nullo.

6. *Probitas* quoque homines diſtinguit, quoſdam probos dicimus: quoſdam improbos: non apud mortales, ſed Deum. De prioribus intelligitur, quod à Deo dictum refertur. *Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum*, Prouerbiorum 8. De poſterioribus illud, Sapient. 14. *Odio eſt Deo impius, & impietas eius.* Verum vtrum vt has iuſtitia diſtinguit, & iniuſtitia; ita Deus quoque; vt probis aliquando ſub ſpectabili forma apparuerit: ſub eadem nunquam viſus ſit improbis? Non diſtinguit. In improborum numero, quibus Deus apparuit, fuerunt primi parentes, poſt diuini præcepti præuaricationem. Fuit Cain fratris homicida. vt de alijs nihil dicam.

7. *Conditio* hominum duplex eſt. quidam priuati dicuntur, proprijs ſcilicet, rebus ſtudentes: quidam publici; quibus cura adminiſtrandæ Reipub. incubuit. Vtrique, cum hominum genere; omni tempore perdurarunt. Et vtrorumque rationem habet Deus, quamuis maiorem publicorum. Vtriſque quoque apparuit Deus. Intelliget, & credet hoc, qui Apparitiones à nobis Cap. 2. relatas, voluerit percurrere.

8. Cæterum, quamuis, vt diximus, vix vllam perſonarum rationem Deus, in Apparitionibus ſuis viſibilibus, habuerit; quibusdam tamen *frequentius* eſt viſus: cum quibuſdam familiarius egit. Frequentius apparuit viris, quam mulieribus: fidelibus, quam infidelibus; probis, quam improbis: publicis, quàm priuatis. Confirmat hoc exemplo, capite ſecundo allata. Cur verò? An ex illis potuit vberiorem ſuarum Apparitionum fructum exſpectare? an præ his magis digni.

CAPVT XXXII.

Quibus temporibus Deus, ſub humana ſpectabilique forma, potiſſimum apparere voluerit.

1. NON omnis temporis hic habenda eſt ratio, ſed illius tantum, quod legem nouam, quod Saluator mundo intulit, anteceſsit. Titulus huic Diſputationi præfixus hoc demóſtrat. Dei ijs Dei Apparitionibus nobis eſt ſermo, quæ in lege veteri acciderunt; tempore, videlicet, ab orbe condito ad Chriſtum vſque Dominum.

Temporis huius variæ ſunt differentiæ.prima,ſui diuiſione diuiditur in diurnum & nocturnum:alia,in ſacrum & profanum. tertia, in varias ferias. quarta,in vernum,hyemale,æſtiuale, & autumnale. quinta,ſecundum partes eius;in principium medinm & finem. 3.

Priorum quatuor differentiarum hic ratio habenda non eſt.tum quod parum interſit ſcire,qua feria, prima an ſexta: ſacro item an profano,hyeme an æſtate,&c. apparuerit Deus: tum quia certò hic conſtitui poteſt nihil.tum denique,quia nec Deus rationem certam hic vllam obſeruauit. Verum,quia quintæ rationem magnam habuiſſe videtur,illa illiusque cauſæ inueſtigandæ.

In quinta igitur differentia trium temporum habenda eſt ratio. 4. primum eius,quod initium eius fuit:deinde eius,quod ipſum concluſit:tertio.intermedij.Initium non indiuiſibili momento abſoluimus,quo eſſet incepit tempus:nec finem illo,quo deſinit. aliquot annorum ſæcula intelligimus,quemadmodum & intermedio. Initium dicimus totum ab Adamo vſque ad Moyſen.Medium à Moyſe vſque ad tranſmigrationem Babylonicam.Finem à tranſmigratione Babylonica ad Chriſtum,per annos,mille & plures.De his trib. quæſtio?vtrum his omnibus,ſub ſpectabili forma,ſe exhibuerit, an aliquibus,& quibus(quibuſué de cauſis.

Primo apparuiſſe prorſus clarum eſt.Apparuit mox à mundo cõdito primis parentibus,apparuit ipſorum filio Cain,apparuit Noe, 5. apparuit Abrahamo eiuſdemque vxori,apparuit eiuſdem nepoti,ne poſitiſque filiabus.

Sic Secundo;id eſt,intermedio apparuiſſe dubium non eſt. Teſtes huius ſunt,primum Moyſes,cui aliquoties ſe exhibuit. Deinde 6. Gedeon,poſtremum parentes Sampſonis.Omitto turbam flentium, cuius mentio fit Iudic.2.

Tertio apparuiſſe potuit Deus. quod apparuit, dici nequit. Vnde enim conſtat? quæ probet Scriptura,nulla produci poteſt: Apud 7. Scriptores profanos ſummum ſilentium.Sed nec ratio,quod apparuiſſe debuerit,perſuadet.Quod ſi alicubi Dei Apparitionũ fit mentio(quemadmodum Danielis cap.7. apparuiſſe dicitur)non ad hoc ſed aliud aliquod Apparitionum genus illus reducendæ ſunt. 8.

Et vt poſteriori tempore nunquam ita medio,non ita frequenter viſus eſt Deus:vt primo apparuit.Apparitiones ipſæ huius teſtes ſũt.Confirmat actiones hominũ,quibus Deus apparuit.hi priori tẽpore non ita,ad Dei præſentiam, conſternati fuerunt vt poſteriori

G[...]on, parentes Sampſonis, atque Iſraelitæ, quaſi illi ad Dei Appa-
ritiones aſſueuerit; his ipſæ inſolitæ fuerint, rariuſque euenerint.

Verum, cur poſteriori tempore *nunquã* Deus, ſub ſpectabili for-
10. ma, exhibitus? cur frequentius priori; An priori fuerunt homines,
qui *vita ſua ſanctitate* meruerunt, vt diuino (ſic loqui liceat:) conſpe-
ctu fruerentur? poſteriori non fuerunt? At poſteriori quoque ho-
mines ſanctiſsimos Deo chariſsimos fuiſſe negari non debet. Vbiq;
Deus habet, qui ipſum colant, religioſeque obſeruent: Omnibus tem-
poribus habet, Cum nulli putarentur aliquando Deicolæ, reſpon-
ſum eſt Prophetæ Eliæ, 3. Reg. 19. *Derelinquam mihi in Iſrael, ſeptem mil-
lia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal.* Sed nec ſancti-
tas tantum probitaſque vitæ hominibus cauſæ fuit: vt ſub humana
forma Deum conſpicerent: quoniam & illi conſpexerunt, quorum
mores corrupti, vita peruerſa: quique perpetratis grauibus crimini-
bus Deum offendiſſent non leuiter.

11. An priori tempore fuerunt, quibus *neceſſe* fuit, vt Deus ſua conſi-
lia? ſub humana ſpecie explicaret. quos ad virtutum ſtudium ſic exci-
taret, ſic à malo auocaret? At primum, nulla vnquam fuit neceſſi-
tas huius ſpectabilis Dei Apparitionis. Quidquid ſub humana for-
ma, inter mortales præſtitit, & executus eſt Deus, id potuit præſtare
eadem depoſita: quemadmodum & frequentiſsimè præſtitit. Dein-
de, quanta apud priores potuit neceſsitas feciſſe, tanta & apud po-
ſteriores.

12. An priori tempore *rudiores* fuerunt mortales; vt ob id Deus in aſ-
ſumpto corpore cum ipſis debuit agere, & ita de diuinis rebus infor-
mare? poſteriori magis fuerunt excitati; qui ſenſibilium rerum ope-
ra, in Dei voluntate cognoſcenda non indigerent? At poſteriori quo-
que rudes fuiſſe nemo ignorat, priori autem ob ruditatem apparuiſ-
ſe, ſi de aliquibus concedatur; profectò de omnibus, imo pluribus
dici, non ſine ſumma ipſorum iniuria, poteſt.

Ratio igitur quare priori, non poſteriori, tempore: illis, præ his,
13. hominibus, in aſſumpto corpore, Deus exhibere ſe voluerit, præci-
pua eſt diuina voluntas. Quemadmodum Dei filius carnem aſſum-
pſit, non mox à mundo condito: non Moyſis ætate; ſed nouiſſimis
temporibus quia ita voluit: prioribus temporibus non voluit:
ſub ſpectabili forma, in peregrino corpore, voluit conſpici, non po-
ſterioribus, quibus non placuit; ſed prioribus quibus ſic placuit.

Voluntas tamen Dei ratione deſtituta non fuit. Omnia magno
14. iudicio agit. Quemadmodum etiam temporis habuit rationem, in
incarnationis myſterio; ita habuit & in Apparitionis negotio. Et hîc
vt ibi, conſilio maturo vſus eſt.

Conſi-

Digitized by Google

Conſilij rationes ipſe nouit perfectiſsimè. Nos, quia ipſius conſiliarij non ſumus, certum quid aſſerere nō poſſumus. quod diuinando & coniectura non aſſequimur, hoc eſt, veriſimile videri poſterioribus, aut nunquam aut rariſsimè apparuiſſe; partim, quia tum ſecula potuerunt magis eſſe corrupta: partim, quia, quæ prioribus temporibus Apparitiones factæ primis hominibus, atque Patriarchis: non minus ijs, qui ſequentibus ſeculis vixerunt, ſeruire potuerunt, quam ſeruierunt prioribus: partim etiam, quia poſterioribus temporibus tot præſidia mortalibus, ad omnem honeſtatem, & pietatem præſto fuerunt, vt his Apparitionibus opus non fuerit.

CAPVT XXXVIII.

Quibus potiſsimum locis Deum olim, ſub humana forma, ſe in aſſumpto corpore, exhibuerit?

1. QVod de perſonis diximus, capite trigeſimo ſexto, idem de *locis* hîc dicendum putamus: horum quoque, vel *nullam vel paruam* rationem Deum, in ſuis Apparitionibus habuiſſe. Quocirca quemadmodum omnibus propemodum perſonis apparuit; ita apparuit *omnibus* propemodum *locis*. Nullum videtur excluſiſſe: à nullo abhorruiſſe.

2. Apparuit, in *paradiſo*, primis parentibus, loco, ſi vllus alius ſub cælo, diuino numini aptiſsimo, & commodatiſsimo. Veruntamen commoditatis huius rationem non habuit Deus. idem cum primis parentibus extra paradiſum conſtitutis egiſſet, quod perfecit in paradiſo: nec minus feliciter in paradiſo.

3. Apparuit in *monte*, Moyſi: & hic, loco aptiſsimo, quique diuinæ Maieſtati ſuo ſitu aliquod dabat teſtimonium. Sed tamen, vt ibi ſe exhiberet, ibi mandata daret neceſſe non fuit. Qui legem ſuam in credentiū cordibus ſcribere ſolet, quid opus habuit altiſsimo monte? Mons nihilominus, vt diximus, authoritatem legiſlatoris augebat: faciebatque, vt quæ inde mandata darentur. Iudæorum populus promptiori ſtudio ſuſciperet, maiori reuerentia conſeruaret, diligētius obſeruaret.

4. Apparuit in *agris*, & locis, ab hominum frequentia, ſeparatis; & pluribus quidem, frequentiuſque. Fortè, quia his meliùs potuit ſua communicare conſilia: fortè hîc attentiores habere auditores, ſibique obſequentiores: fortè etiam, quod multitudinem putauit declinandam, cum Apparitiones eius plerunque ad paucos pertinerent.

Non

5 Non tamen ſemper deſertis locis viſus eſt Deus. etiam inter *priuatos parietes* apparere dignatus eſt, in domo, inquam Abrahæ, à quo hoſpitio exceptus & amicè habitus eſt. quia & hic melius potuit ſua conſilia cum Patriarcha, quàm alibi, communicare.

6. Et in *ciuitatibus* apparuit Deus. Diſcedens ſiquidem ab Abrahamo, vt habet 19. cap. Geneſ. venit Sodomam veſpere, ibique & hoſpitio & conuiuio exceptus à Loth, eidem ciuitati miſerandum prædixit excidium. Veruntamen hîc, quamuis in populoſa ciuitate, cum ſolo tamen Loth negotium habuit, cuius ſolius etiam cauſa venerat.

7. Et vbique propemodum, ſi vnam, aut alteram Apparitionem accipias, vel *vnum aliquem*, vel certe paucißimos, cum quibus in aſſumpta humana forma, ageret, elegit. Multitudinem numeroſam ſemper ferè declinauit; quemadmodum & quando Prophetas de rebus diuinis inſtruxit, eoſdem à multitudine ſeparauit. An forſitan diuinę huius Apparitionis non erant capaces omnes? an non ad omnes, quæ agebantur pertinebant? an quæ tractabantur, non à ſe immediatè alios voluit accipere; ſed his, cum quibus ipſi ſermo? his, inquam, tanquam diuinæ Maieſtatis internuncijs quaſi & miniſtris.

FINIS PRIMI LIBRI, QVI EST DE Apparitione Dei Oculari ſiue Viſibili.

Digitized by Google

LIBER SECVNDVS, DE DIVINA, SIVE DEI IN VETERI TESTAMENTO APPARITIONE ET LOCVTIONE Vocali ſeu Auriculari.

CAPVT PRIMVM.

Explicatur, in quo propria ratio Vocalis Apparitionis Dei conſiſtit, ſiue quæ Dei locutio, de qua eſt Diſputatio.

DE Viſibili Dei Apparitione, ſub externa & ſpectabili forma, in aſſumpto corpore actum eſt præcedenti huius Tractatus libro: ſequitur nunc, vt de altera, quam *Vocalem* diximus, agamus: ſed breuiùs, quàm de priori; quod quæ de illa dicta, multa hic ſeruire debeant. 1

Vocalem autem dicimus, qua Dei vox ſenſu percipitur, ſiue 2
Deus auditur loqui; non à quibuſcunque; ſed hominibus tantùm: nec quocunque ſenſu: ſed externo tantùm auditus: nec quocunque modo: ſed certò & ſingulari, quemadmodum mox declarabitur. quapropter & rectiùs forſitan Dei *Locutio*, quàm Apparitio dicetur.

Deus igitur aliquando *ſecum* locutus eſt: ab omni æternitate qui- 3
dem, quando loquendo produxit Verbum, Filium: in tempore verò, quando nunc dixit; *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*: nunc, *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum*: nunc, *Non permanebit. Spiritus meus in homine.* Geneſ. 6 nunc, *Delebo hominem, quem creaui, à facie terræ*. Ibidem. Sed tamen locutiones hæ Dei, huius loci non ſunt, quia nec hic locutus eſt Deus hominibus; nec vlla eius vox ſub ſenſum externum venit. Tertiò, quod hic propriè Deum locutum non velit Toſtatus, cùm *locutio*, inquit, *fiat ad alium & maximè ad ignorantem.*

Locutus quoque aliquando eſt Spiritibus Angelicis: & iam iiſdem
in cœlo, & poteſt loqui & loquitur Ita docent Theologi; in primis 4
S. Thomas 1 part. quæſt. 107. art. 1. 2. 3. &c. & confirmat ratio. Quot enim, per Angelos, Dei ad mortales mandata facta? Et hæc, quomodo ſcire potuerunt Spiritus, niſi loquentem Deum, & mandata dantem audiuiſſent? Sed nec huius loci ſunt hæ Dei, ad Angelos locutiones.

Digitized by Google

ex aëre aſſumptis, *per Angelos loquitur: ſicut Abrahamo, per Angelos ab humana forma apparentes, locutus eſt Geneſ. 18. Aliquando* cæleſtibus ſubſtantijs *loquitur: ſicut, baptizato Domino, vox de nube ſonuit, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, Matth. 17. Aliquando loquitur,* terrenis ſubſtantijs, *ſic verba in ore aſinæ formauit, cũ Balaam corripuit. Num. 22. Aliquãdo ſi*mul & terrenis & cæleſtibus: *ſicut ad Moyſen in monte, cum iuſsionis ſua verba edidit, ignemq; rubumq; ſociauit. Exod. 3 atque aliud inferius, aliud ſuperius iunxit. Denique & per Angelos nonnunquam* humanis cordibus virtutem ſuæ inſpirationis infudit. *Vnde & Zacharias ait, cap. 2 Et dixit ad me Angelus qui loquebatur in me: Dum ad ſe quidẽ, ſed* in ſe *tamẽ loqui Angelum dicit, liquido oſtendit, quod is, qui ad ipſum verba faceret, per corpoream ſpeciem extra non eſſet.* Hæc paulo fuſius Gregorius: & doctè. veruntamen huius loci non ſunt *omnes* hi modi. Externa tantum locutio & quæ verbis fit, ad ſecundum genus Diuinarum Apparitionum pertinet.

B. Auguſtinus 16. de Ciuit. Dei cap. 6. tres modos recenſet. *Veritas,* inquit, *incommutabilis, aut per ſe ipſam loquitur ineffabiliter rationalis creaturæ mentibus: aut per mutabilem creaturam loquitur, ſiue ſpiritualibus imaginibus ſpiritui noſtro, ſiue corporalibus vocibus noſtri corporis ſenſui.* Sed 2.
nec iſta diſtinctio nobis ſeruit; quamuis optima ſit. Vnum ſolum dictorum membrorum, quo *corporalibus vocibus* ſenſui noſtro loqui dicitur, ad hoc Apparitionũ genus, & hanc Dei locutionẽ, de qua nobis eſt ſermo, pertinet.

Alphonſus Toſtatus item, quæſt. 1. cap 20. Ioſue varios modos diuinæ Locutionis diſtinguit. ſed quæſtione 18. in 3. Regum, cap. 13 3.
quinque ponit præcipuos. *Prima fit,* inquit: *effigie aſſumpta, altera, ſine effigie aſſumpta: ita, vt tantum vox audiatur tertia per immutationem phantaſiæ, in ſomno, quomodo Deus communiter ſolet loqui Prophetis, veteris Teſtamenti, quarta fit per immutationem intellectus, ſine aliqua exteriori apparitione, ſiue voce ſiue ſomno; ſed tamẽ per ecſtaſin Quinta, per immutationẽ intellectus ſine ecſtaſi.* Vide hic Toſtatum. Sed nec hæ omnes huius loci ſunt.

Externa Dei locutio, quæ verbis, ad mortales fit, hic nobis tantũ 4.
diſtinguenda eſt: eius tantum genera, ſiue modi diſcutiendi. Melius verò ni fallimur, diſtingui illa non poteſt; quàm per *eos modos,* quos alios, atque alios, Deum obſeruaſſe legimus; quando arcana cordis ſui, externa voce, mortalibus patefecit. Nunc enim per nubem locutus eſt Deus: nunc per *ardentem rubum*; nunc per *ignem*: nunc in *turbine*: nuuc in *ſibilo*: nunc de *propitiatorio*: nunc de *cælo*: nunc per *Vrim, Thummim.* Omnium exempla ſuppeditant Sacræ literæ.

nim ad os loquar ei, & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt. Ad reprehenſionem ipſorum, quod ſequitur: *Quare non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi, &c.*

Similiter cum Moyſe loquentem audiuerunt aliquando Deum Iſraelitæ: & eodem, quo Moyſes modo audiuerunt. *Loquente Domino:* Moyſi dicitur, Exod. 10. *audiebat voces cunctus populus, & lampades, & ſonitum buccinæ, & montem fumigantem; & perterriti dixerunt; Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Et hanc locutionem in 2. Apparitionum genere reponit Toſtatus. 7.

Iudicum ſecundò, dicitur *Angelus* (Dei perſonam ſuſtinens,) aſcendiſſe de Galgalis: recenſuiſſe beneficia Iſraelitico populo collata arguiſſe ſummæ ingratitudinis: pœnam peccati diſertis verbis denunciaſſe. Omnia, vt videtur, humana externaque voce peracta ſunt; quemadmodum & Scriptura inſinuat, probat totius populi gemitus. Apparitio hæc atque Dei locutio, ſi non ad primum Apparitionum genus pertinet, certè ab hoc ſecundo excludi vix poteſt. 8.

Iudicum vigeſimo, legitur, quod, cum *Iſraelitæ* infeliciter contra Beniamitas fratres pugnaſſent, Dominum his verbis conſuluerint; *exire vltra debemus ad pugnam, contra filios Beniamin, fratres noſtros; an quieſcere?* Quibus Dominus: *Aſcendite; cras enim mittam eos in manus veſtras:* Et hæc locutio, forſitan huius loci eſt. Sed de ea quid certius, inferius, quando de Vrim & Thummim agemus. 9.

Locutus quoque eſt Dominus Samueli, & quamuis viſus non ſit, omnino tamen credi poteſt aures eius voce externa percelluiſſe; ſi non quando primò, ſecundò, & tertio vocatus; certè quando intellexit à Domino ſe vocatum: & vocatus audiuit, quod Deus facturus eſſet *rem in Iſrael, quam quicunque audiret, ambæ eius aures tinnirent.* Vide cap. 3. libri primi Regum. 10.

Et Dauid, locutus eſt Deus: ſæpius conſultus, aliquando etiam nō conſultus. Et ſi nō ſemper, ſæpe, vt credi poteſt, voce externa, quæ ad corporis aures perueniret. Res pluribus ſacræ Scripturæ locis doceri poteſt. Vide cap. 3. primi Reg. &c. 11.

Locutus quoque videtur Eliæ, hoc modo: quemadmodum Tertius Regum docet, cap. 19. ſic enim legimus. *Sermo Domini factus eſt ad eum* (Eliam latitantem in ſpelunca.) *Quid hic agis Elia?* Et rurſus: *Vade & reuertere in viam tuam,* & plura, quæ ibidem ſequuntur, de quibus poſtea nos pluribus. 12.

Leut. 16. dixit Deus ſe *appariturum* ſuper tabernaculum, in quo manna fuit repoſitum, quod, Exod. 3 dicatur *apparuiſſe* in flamma, Exod. 16. & Num. 14 atque 16 *apparuiſſe* in nube Deut. 31. *apparuiſſe* in columna nubis, &c.

Duplex igitur huius Apparitionis nomen eſt: quemadmodum duplex, quo Deus percipitur obiectum: alterum auditus, alterum viſus. Auditus eſt vox, quę auditur; viſus, corpus, ex quo vox audiri videtur. Ratione illius dicitur *Locutio*, ratione huius *Apparitio.* Quoniam verò vocis atque locutionis pręcipua habetur ratio, præcipua quoq; noſtra conſideratio erit de Dei Locutione: Eiuſque modi, conditio, author, fines, atque materia erunt explicanda. Sed principio doceamus Deum *humana externaq;* aliquando *voce* locutum eſſe. 10.

CAPVT II.

Varijs Scripturæ exemplis docetur Dei vocalis Apparitio: ſiue Deum externa voce locutum eſſe, & auditum: nec tamen viſum.

DEVM Opt. Max. *locutum* eſſe ante mundi conditioem dubium non eſt. Diſerta Sacrarum Scripturarum verba aſſerunt, & in rerum ſenſibilium creatione atque diſtinctione; & in hominis formatione eſſe locutum: Ibi dixit, *fiat lux: fiat firmamentum: Congregentur aquæ; germinet terra: fiant luminaria: producant aquæ reptile: Creſcite & multiplicamini*; &c. hîc: *faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*, &c. Sed Locutionem hanc præſentis loci non eſſe ex dictis clarum eſt. Non hominibus hîc locutus eſt Deus. Si ſecum eſt locutus, voce humana non indiguit: quemadmodum neque ſi Angelis, quibus Deum, quamuis malè, quidam volunt locutum. 1.

2\. Primis parentibus *locutum* eſſe, etiam ſacris Scripturæ verbis eſt manifeſtum. An verò ita vt ſub humana ſimul conſpiceretur ſemper forma? Conſpectum aliquando eſſe diximus ſuperius, cap. 2. de Viſibili Dei Apparitione. Aliquando ſolum auditum eſſe, & non conſpectum, ille locus videtur inſinuare, vbi, Geneſ 3. deſcribitur deambulaſſe in paradiſo, ad auram, poſt meridiem; & vocaſſe ad ſe Adamum dicens: *Adam vbi es?* (quamuis vocem illam, tum ab Adamo velit eſſe auditam Toſtatus, quando iam Deum præſentem conſpexit:) quod ſi concedamus, ad primum Apparitionum genus hæc reuocabitur.

3\. Abrahamo nonies locutus eſt Deus, vt hiſtoria Moyſis docet. primum, quando relicta patria iuſsit ipſum proficiſci in terram Chanaam, Geneſ. 12. ſecundò, quando eandem terram ſemini eius promiſit,

Hh 2 Poſt-

5 Per *nubem* ſæpius locutus eſt Deus Moyſi. Exodi 16. ſic legimus. *Ecce gloria Dei apparuit in nube: & locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Audiui murmurationes filiorum Iſrael, loquere ad eos, &c.* Numerorum 16. hoc modo: *Cumq; oriretur ſeditio & tumultus increſceret, Moyſes & Aaron fugerunt in tabernaculum fœderis; quod poſtquam ingreſſi ſunt, operuit nubes: & apparuit gloria Domini: dixitq; Dominus ad Moyſen: Recedite &c.* Deut.. 31. ita *Apparuit Dominus, in columna nubis: dixitq; ad Moyſen: Ecce tu dormies cum Patribus, &c.*

6. Eidem Moyſi locutus eſt Deum per *ardentem rubum*. Hiſtoria rei geſtæ ab eo dem Moyſe, his verbis, deſcribitur, Exod. 2. *Moyſes venit ad montem Dei Oreb. Apparuitq; ei Dominus, in flamma ignis, de medio Rubi, & ait ei: Moyſes, Moyſes? Qui reſpondit, Adſum. Et ille: Ne appropies, inquit, huc; Solue calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo ſtas, terra ſancta eſt. Et ait. Ego ſum Deus patris tui: Deus Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob &c.* An alijs apparuerit locûtuſque ſit Deus, per *rubum*, incertum. Eſdræ 4. capite 14. per eundem legitur locutus Eſdræ: ſed liber hic canonicam authoritatem non habet.

7. De medio *ignis* locutus eſt Deus Iſraelitis, in monte Oreb. *Locutus eſt*, (dicitur, Deut. 4.) *Dominus ad vos, de medio ignis, vocem verborum eius audiſtis: & formam penitus non vidiſtis.* Et paulo poſt. *Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die, qua locutus eſt Dominus in Oreb. de medio ignis*, & cap. 5. *facie ad faciem locutus eſt nobis, in monte, de medio ignis.* Eandem locutionem repetit Dominus. Deut. 2. tex. 10. & 11. text. 4. ſed pluribus perſequitur Moyſes cap. 19. & 20. Exodi.

8. De *turbine* Iob audiuit loquentem Dominum. Sic enim legimus, Iob. 38 *Reſpondens autem Dominus Iob, de turbine, dixit: Quis eſt iſte, inuoluens ſententias ſermonibus imperitis?* vidi ibidem longiſſimum ſermonem Domini. An idem Dominus de turbine locutus ſit amicis Iob, cap. vltimo, non quidem dicitur; ſed tamen locutum eſſe non ſine ratione præſumitur.

9. In *ſibilo* locutus eſt Eliæ, 3. Regum 19. Non enim vt Dominus prædixerat, *in ſpiritu, nõ in commotione, nõ in igne: ſed in ſibilo auræ tenuis* quocirca cũ hunc obſeruaret Propheta, operuit vultum ſuum pallio: & in primum quidem Dominum audiuit interrogantẽ, quid ibi in ſpelunca, ageret, tum mandata dantem de vnguendis Hazael, Iehu, & atque Eliſeo: primùm illum in Regem Syriæ; alterum, in Regem Iſrael; tertium in Prophetam Domini.

De *propitiatorio* ſe reſponſa daturum promiſit Deus. *Inde*, inquit, Exodi

Exod.25. *præcipiam, & loquar ad te, ſupra Propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt ſuper arcam Teſtimonij cuncta, quæ mandabo, per te, filijs Iſrael.* Dediſſe poteſt docere Moyſes. Nam Numer. 7. ſic legimus. *Cumq́; ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis; vt conſuleret Dominum, audiebat vocem loquentis ad ſe, de Propitiatorio, quod erat ſuper arcam Teſtamenti, inter duos Cherubin, vnde & loquebatur ei.*

Sic Deum aliquando auditum eſſe de *cælo* dubium non eſt. Pro hoc eſt ipſius vox facta ſuper Chriſtum. Matth. 3. *Hic eſt filius meus dilectus*: & illa, Ioan. 12. *Clarificaui & clarificabo.* Et, vt in noſtris, Veteris Teſtamenti Locutionibus maneamus, illa ad Samuelem puerum facta, 1. Regum 3. illa, qua Abraham prohibitus eſt manum extendere in filium, Geneſ. 22. & illa forſitan, quam audierunt Iſraelitæ Iudic. 2. capite. 11.

Per *Vrim & Thummim* creditur Dauid quæſiuiſſe, & accepiſſe diuinum reſponſum. 1. Regum 23. *Si tradent me* quærebat Dauid, *Viri Ceilæ in manus eius: & deſcendet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus? Domine Deus Iſrael, indica ſeruo tuo. Et reſpondit Dominus: Deſcendet. tradent.* & cap 30. *Perſequar latrunculos hos, & comprehendam eos, an non? Dixitque Dominus Perſequere; abſque dubio enim comprehendes eos, & excuties eis prædam.* 12.

CAPVT IIII.

De Dei, in veteri Teſtamento Locutione, per nubem facta.

IN omnibus propemodum iam recenſitis modis, quibus Deus & locutus dicitur, & auditur, aliquid eſt commune; aliquid proprium. Commune eſt, quod ſenſibilis quædā vox percipiatur: quod Deus ſe quaſi occultet: quod de diuinis rebus homines erudiantur, &c. Proprium quod hic *nubes* fuerit, ex qua vox prodierit; ibi *rubus ardens*, alibi *ignis*, alibi *turbo*, vel quid ſimile vtraque, quia ad Dei Apparitionem Vocalem, ſiue Locutionem eius externam pertinent, examinanda ſunt, principium inſtituimus à proprijs: & quidem à *Nube*. 1.

Duplicis *Nubis*, inter alias, in ſacris literis fit mentio. Ex vtra Deus locutus ſit, forte dubium eſt. Vna poteſt dici *dirigens*; altera *protegēs*. Illa dux populo Iſraelitico fuit in deſerto: hæc eundem ab æſtu ſolis defendit. Vtriuſq; mentio fit, Num. 14. *Habitatores terræ huius* (loquitur Moyſes Domino) *audiuerunt quod tu Domine in populo tuo ſis: & Nubes tua protegat eos: & in columna Nubis præcedis eos.* Prior eſt, in qua lo- 2.

Digitized by Google

quutus Dominus; non poſterior. Vide Toſtat. quæſtio 10. in 33. Exodi.

3. Nubis huius varia, in Scripturis, nomina. Aliquando ſimpliciter *nubes* dicitur, vt Exod. 40. *operuit nubes tabernaculum teſtimonij*. Aliquãdo *nubes Domini* Exod. 48 *Nubes Domini incubabat per diem tabernaculo*. Aliquando *Caligo*. Exod. 20. *Acceſſit Moyſes in caliginem*. Aliquando *tenebra*. Deut. 4. *Acceſſiſtis ad montis radices, in quo tenebra & caligo*. Aliquando *columna ignis, ſic* Num. 14. *In columna ignis* dicitur per noctem præceſsiſſe Deus. Aliquãdo *ignis* Ex 40. *Ignis in nocte videntibus cũctis populis apparebat* Aliquando *gloria Domini*. vt 2. Paralip. 5. *compleuerat gloria Domini, domum Domini*. Aliquando *maieſtas Domini*, vt 2. Paralip. 7. *Maieſtas Domini impleuit domum Domini*.

4. Et quæ nominum *ratio*? Res non diſtinguunt diuerſas. Eadem res & nubes fuit, & ignis & columna ignis, & caligo, & tenebræ, & gloria, atque maieſtas Domini. Poteſt id aliunde clarum eſſe, ſed maximè, 2 paral. 5. vbi eandem omnino rem iiſdem nominibus compellat. *Impletur*, dicitur ibi, *Domus Dei nube, ne poſſent ſacerdotes ſtare, & miniſtrare, propter caliginem. Compleuerat enim gloria Domini domum Domini.*

5. Sed tamen rei vnius diuerſas conditiones diuerſa hæc nomina inſinuant. *Nubes* dicitur, quia ſpeciem nubis referebat. *Columna nubis*, à forma, quàm habebat. *Nubes* Dei, quod Dei quoddam ſingulare eſſet opus, & inſtrumentum. *Caligo*, ab obſcuritate, quæ eidem inerat. Eandem ob cauſam *tenebræ*. *Ignis*, quod luceret nocte, & quoddam ex ſe in caſtra lumen diffunderet. *Ignis columna*, ob formam, quam plerumque, & interdiu, & nocte referebat. *Domini gloria atque maieſtas*, quod Deum glorioſum, & omnibus dominantem, præſentem teſtaretur.

6. Nubis vero *ſpeciem* referebat, non ſenſui tantum interiori, quem imaginationem dicimus, ſed exteriori quoque. Neque enim ab vno tantum, cui Deus locuturus, cõſpiciebatur: ſed à copioſa ſæpius multitudine, ad quam nullus diuinus erat ſermo. Præterea, ſua præſentia ſæpe templi, aut tabernaculi aditu alios prohibebat. Moueri quoque nunc huc, nunc illuc videbatur, quæ profectò, ſi imaginatione tantũ Nubes conſtitiſſet, obſeruata minimè fuiſſent.

7. Quamuis autem extra hominis ſenſum fuerit: vtrum tamen vera, an *apparens nubes* fuerit, quæri poteſt, & ambigi. Certè vera nubes ijs locis, vbi hæc noſtra conſpecta eſt, non conuenit: vera ſedes ſuas, non prope terram habet, in inferioribus locis; ſed ſuperioribus. Do-

cent:

cant hoc, rerum Magiſtri, Philoſophi: ſenſus demonſtrat: confirmat ratio. Sed tamen veram fuiſſe quemadmodum nullus negat, ita non temerè aſſeritur: quamuis extra locum ſuum, Dei voluntate, atque Angelorum miniſterio fuerit.

8. Quomodo igitur *Ignis* An non ſibi contraria *nubes & ignis? Verus ignis*, nubes illa non fuit: ſpeciem ignis tantum præſeferebat. Illuminabat, & fulgebat, vt ignis; non ardebat, nec calefaciebat, vt ignis. Hoc Scriptura inſinuat, quando, quam nunc ignem nominat, nunc vocat *ſpeciem ignis*; imo quaſi ſpeciem ignis, vt obſeruauit Exod. 13. quæſt 14. Toſtatus. At ſi verus ignis, quomodo non tabernaculum conſúpſit? cum nunc eidem incubaret? nunc ingrediens totum occuparet? nunc circundans inuolueret?

9. Illuminabat vero nocte tantum. Vnde 2. Eſdræ 9. dicitur, *Columna Nubis non receſſit ab ijs per diem, & columna ignis per noctem.* Interdiu quid eius lumine opus, cum ſufficientiſſimum præberet magnus Sol? Et caſtra illuminabat. *quanto lumine?* quando tot hominum millibus, tot tribubus diſtinctis reſidẽtibus opus erat. Quanquam & præter hoc quod caſtra nocte illuminaret; etiam ducis officio aliquando functa ſit: ſic enim iam citato loco legitur. *Columna ignis non receſſit ab ijs, per noctem, vt oſtenderet ijs iter, per quod ingrederentur.* & Exod. 13. *Dominus autem præcedebat eos, oſtendendo viam, per diem, in columna nubis, & per noctem, in columna ignis, vt dux eſſet itineris vtroque tempore.*

10. Quod *tenebræ atq; caligo* dicitur, idem eſt, ac ſi nubes tenebroſa dicatur, ac caliginoſa; quemadmodum quoque dicitur, Exod. 14. Obſcura ſiquidem interdiu erat; ob ſui denſitatem. hinc & denſiſſima dicitur Exod. 19. non, vt quædam aliæ nubes, tranſparens. Neque enim commodè ſe ducem itineris præbuiſſet, tam numeroſo præſertim populo, quantum genus Iſacidum conſtituebat, ſi tranſparens fuiſſet & rarior: intuentiumque ipſam viſum non terminaſſet. Non aſſentimur illis, qui denſitatem hanc volunt ſeruijſſe ad ſolis ardorem à caſtris arcendum. Nubes, cuius mentionem Theſi 2. fecimus hîc ſeruiuit: hæc tanto exercitui, maximè cum tabernaculo plerumq; incubaret, non ſuffeciſſet.

11. Paradoxum porrò videri non debet, quod eadem & ignis dicatur, & *caligo atque tenebræ*, quia neque verus ignis fuit, vt diximus, neque eodem tempore ignis meretur, & nomẽ habet, atque caliginis, & tenebrarum. Interdiu nomen tenebrarum atque caliginis; quẽadmodum & ſimpliciter Nubis habebat; nocte ignis. quia quæ nocte, quaſi ignis lucebat, interdiu, veluti craſſior nubes, erat obſcura.

Digitized by Google

12. An maius in ipſa lumen nocte, quàm interdiu? Certè interdiu non omni lumine carebat. Videbatur enim, & Nubes agnoſcebatur. Et quod interdiu aliquantum fuit; potuit accedentibus noctis tenebris illuſtrius apparere, & maius videri, quamuis luminis gradibus non creſceret: maius enim (ſolis v. g.) lumen obfuſcat minus, planetarum ſcilicet, (quæ tamen ſole recedente maius lumen accipere videntur, quamuis non accipiant) Et hic ita potuit accidiſſe. Veruntamen, quid prohibet, ſi noua quadam luminis acceſſione nubem nocte dicamus creuiſſe?

Columna nomen, vt diximus, formam nubis indicat: & duplici nomine hanc ab alijs nubibus diſtinguit. Cæteræ figuram certam non
13. habeant: nunc hanc habent, nunc aliam: prout nouæ materiæ adiectione, aut detractione creſcunt vel decreſcunt: aut ventorum impulſu concutiuntur. Deinde fluere videntur, aut iacere. Noſtra columnam ſua figura refert. Noſtra non fluit, aut iacet: ſtat per modum columnæ erecta. Toſtatus q. 13. in 13. Exod.

14. Figuram tamen *ſemper* eandem non videtur ſeruaſſe. videtur aliquãdo defluxiſſe aut fluxiſſe. Quo modo? quia, per modum columnæ, aut populum præcedebat, aut ſuper tabernaculum erecta conſiſtebat, aliquando tabernaculi oſtium occupabat: aliquando tabernaculum ingrediebatur & implebat: aliquando ita tabernaculum exterius inuoluebat; vt tantum nubes, non tabernaculum conſpiceretur fluxiſſe, tunc ipſam aliquantulum credi poteſt; aut certè non omninò eandem, quam prius, figuram formamque retinuiſſe. Vide Toſtatum, q. 10. in Exod. 33.

Forſitan ob hanc cauſam Nubes Dei dicitur: quaſi non naturæ
15. ſit nubes, ſed auctoris naturæ, Dei: ſiue non naturalis, ſed diuina. Vt hoc ſit, ſi non propter hanc Dei dicitur, ob quatuor alias (quas miracula Toſtatus vocat, q. 13. in 40. Exod.) merito id nomen obtinet, ob locationem, permanſionem, immutabilitatem, motum: quæ ſingularia habuit præ alijs.

Locus aliarum eſt media aeris regio: noſtræ non media; ſed infi-
16. ma: in qua illæ viribus proprijs conſiſtere nequeunt. Hærebat enim plerunque tabernaculo: quaſi humi fixum erat. Quid quod ipſam quandoque terram lambebat? quando vel oſtium tabernaculi occupabat, vel tabernaculum ingrediebatur.

Aliæ rariſſimè conſiſtunt: huc atque illuc nunc vi ventorum
17. dimpelluntur, nunc ſolis radijs attrahuntur, nunc à vicinis protruduntur. Hærebat noſtra tabernaculo pluribus quandoque diebus, menſibus pluribus, quandocunque, & quamdiu populo, vno in loco

conſiſten-

conſiſtendum erat, fixa & immobilis perſiſtebat.

Et perpetua quaſi aliarum eſt *viciſſitudo*, generantur, corrumpuntur; creſcunt, decreſcunt: condenſantur, rarantur. Quæ Deo loquenti, & populo proficiſcenti, in deſerto, ſeruiebat, conſtans erat, vna ſemper, eadémque videbatur. non vna alij ſuccedebat. Et, quod mirū; tot annis, quibus populus ille errabat, conſtans erat. *Nunquam de fuit columna nubis per diem.* dicitur Exod. 13 *nunquam columna ignis per noctem*, & Nehemiæ 9. *Tu autem* Inquiunt Leuitæ, *Domine in miſericordijs tuis non demiſiſti eos* (patres noſtros) *in deſerto: columna nubis non receſsit ab ijs; per diem, vt duceret eos in viam: & columna ignis, per noctem, oſtenderet ijs, per quod ingrederentur.* 18.

Motus eius maximè præter naturam fuit. Vnus propemodum eſt aliarum omnium, lateralis. Vel enim ab oriente in occidentem, vel contra: vel ab auſtro ad Aquilonem, vel contra, mouentur. Omnis ipſarum alius motus ad hos quaſi accedit. Noſtra nubes nihil ſimile habuit. Nunc progrediebatur: nunc aſcendebat: nunc deſcendebat. Aliæ ſe ventis ſpirantibus accomodant, aut vim ſolis ſequuntur: hæc contrarium ventis ſæpe curſum tenuit, & à ſole identidem receſsit. Aliæ velociſsimè aliquando impelluntur: noſtra gradienti populo ſe ſemper accomodabat, tardiúſque incedebat. 19.

Atque ob has cauſas noſtra, *Dei Nubes* dici poteſt, quod non aliarum conditiones ſubiret. Sed & Dei dici poteſt etiā propterea, quod non viribus naturæ eſſet producta, ad aliarum modum; ſed virtute quadam, vires corporalium atque naturalium rerum ſuperante, Angelorum inquam, qui eandem quoque, vt produxerant, ita ne concideret, conſeruabant. 20.

Dei etiam hoc nomine dici poteſt, quod Deum præſentem eſſe demonſtraret. Quocirca & Moyſes, quandocunque Dominum conſulturus erat, ad nubem confugiebat, & coram nube, quaſcunque habebat, Deo neceſsitates proponebat, Dei reſponſa exſpectabat & accipiebat. 21.

Denique *Dei* dicitur, quod gloriæ & maieſtatis Dei imaginem & euidens eſſet argumentum. Quamuis enim alijs rationibus gloriam & maieſtatem ſuam Deus potuerit declarare: in ſupero tamen corpore, quod cœlo eſt vicinius, magis declarabat: quemadmodum id ipſe, quamuis vbique ſit: in cælo tamen ſedem habere, reſidere, & dominari dicitur, vt mirum non ſit, toties in ſacris Scripturis *Nubes* diuinæ maieſtati teſtimonium dare. *ponit ipſe arcum ſuum in nubibus* Geneſ. 6. miſericordiæ ſuæ, atque fœderis; quod humanum genus de terra deleturus non ſit, teſtimonium. dicitur *aſcendere ſuper nubem* 22.

be in leuem, Iſaiæ 19. *In nube demonſtrauit gloriam ſuam* tribus Apoſtolis Dominus, Matth. 17 *Nubes ſuſcepit eum ab oculis diſcipulorum*, cum cælos conſcendit Actor. 1. *Super nubem ſedere dicitur*, Apocalyp 14. *nubes & caligo in circuitu eius*, Pſalm 96. *Cum nubibus veniet ad iudicandum viuos & mortuos*, Matth. 24.

23. Atque hoc poſtremum ſuſpicor eſſe cauſam, cum Nubes hæc, *& gloria Dei & maieſtatis* Dei nomen obtinuerit, in ſacris literis: vt gloria atque maieſtas Dei dicatur apparuiſſe deſcendiſſe, viſa eſſe: quando *Nubes hac* apparuit, deſcendit, viſa eſt. Neque enim parum ad Dei facit gloriam & maieſtatem, quod ipſi quoq; *nubes* deſeruiant, & vt id præſtent, ſua quaſi propria munia atque officia relinquant. Niſi fortè *gloriam Dei eiuſque maieſtatem* dicere velimus ipſum Deum glorioſum atque magnificum, cuius præſentiæ teſtis eſſet *nubes*.

24. Hæc quæ diximus, ipſa nomina de nube noſtra ſuggerunt: Ex his alia haud difficulter licet colligere. Primum eſt, *quatuor Nubis huius officia & functiones* fuiſſe. primum eſt ducem itineris; & viam, qua progrediendum eſt, oſtendere. ſecundum, de nocte, in caſtris præbere lumen. tertium, inſtrumentum eſſe, per quod Deus loqui ſua hominibus conſilia patefacere, & vota viciſſim hominum voluerit intelligere. quartum denique maieſtatis Dei atque gloriæ ipſius eſſet teſtimonium.

25. His quatuor adderem quintum: quod hac eadem Nube demonſtrarit *placuiſſe* ſibi, quod ſuo nomini extructum fuerat Tabernaculum. Neque enim rarum eſt Deum diuinitus, & quibuſdam q. prodigiis demonſtrare, quas res probet, quibuſue recreetur. Leuitici 9. probat ſacerdotum conſecrationem igne diuinitus demiſſo. Tertio Regum 8. templum à Salomone exſtructum, nebula, quæ templum impleuit, vt eius aditu prohiberentur ſacerdotes teſte Toſtato, 3. Reg. 8. q 7 Itaque & hic conſtructum Tabernaculum probare potuit hæc prodigioſa q. *Nube*.

26. Deinde ex dictis *quantitas* eiuſdem Nubis colligitur, parua eſſe non potuit, quæ & tabernaculum aliquando inuoluit; & tam numeroſo populo, in tot tribus diſtincto, obiecta fuit, quamque intuendo ſciuerunt vniuerſi, quod iter ingrediendum fuit. Et *altior* quoq; debuit eſſe, quam latior, Id quidem *columna* nomen inſinuat, ſed ratio probat. Nam debuit ab omnibus conſpici; ad quod altitudo faciebat, debuit in biuio hanc, non illam viam demonſtrare: quod ſi latior fuiſſet, præſtare non potuiſſet. Toſtatus legendus in 17. Matth. q. 74.

27. Colligitur tertiò, *quibus locis* ſedes ſuas habuerit. A Tabernaculo vix

vix fuit diuiſa. Illi vel inſiſtebat, & q. incubabat;vel cooperiebat;vel ingrediebatur,vel oſtium occupabat,ſiue illud eſſet in medio caſtrorum;vt fuit maius illud, quod Deus præceperat: ſiue extra caſtra vt erat illud,cuius mentio fit, Exod.33. Sed tamen, quando caſtra mouenda; vniuerſum exercitum præcedebat: atque tunc vexillo tribui Iudæ incidiſſe veriſimile eſt, vt incediſſe cenſet Toſtatus, quæſtione. 11.in 40.Caput Exod. Forte eidem inſedit,antequam Tabernaculum fuit exſtructum.

Veruntamen non vbicunque Nubes, reperiebatur, ex illa reſponſum dabat,& loquebatur Deus. Alia alijs locis officia habebat. Si ſublimius in aere caſtra præcedebat, ducem præbebat ſe itineris. Si Tabernaculo inſidere aut vexillo tribus Iudæ conſpiciebatur, Dei demonſtrabat præſentiam,&,erga populum ſuum,promptum ſtudium. Si Tabernaculum compleret,teſtimonium erat Tabernaculum Deo placere.Tum ex ea loquebatur Deus,quando vel oſtium Tabernaculi obſidebat,vel Tabernaculum ingrediebatur. 28.

Hæc de Nube,ex qua Deus locutus. Quo modo verò locutus:qua lingua, quam ob cauſum ex obſcura Nube,& quis vocis verus propriuſque author fuerit,aliaque his ſimilia, alium locum poſtulant. Nunc alteram Locutionem per *Rubum incombuſtum* factam excutiamus. 29.

CAPVT V.

De Dei in veteri Teſtamento Locutione, facta Moyſi, per Rubum incombuſtum,quamuis ardentem.

QVEMADMODVM Nubes, in qua Deus dicitur apparuiſſe atque locutus, varia in Sacris literis habet nomina: ita quoque *Rubus*, in quo apparuit, & locutus eſt Moyſi. Exod.3. Nunc ſimpliciter *Rubus* dicitur, vt Actuum 7. *Deus apparuit illi*(Moyſi)*in rubo*,nunc *ignis flamma*, ibidem: *Apparuit illi in deſerto montis Sinai, in igne flammæ rubi*.nunc *flamma ignis*, Exod.3. *Apparuit Dominus Moyſi in flamma ignis*. nunc *viſio magna*, Exod.3. *vadam & videbo viſionem hanc magnam*. 1.

Et hæc nomina non diuerſarum rerum ſunt, ſed vnius, aliter atque aliter ſe habentis, aut, ad ſummum, duarum certo modo ſe afficientium. Quidquid ibi conſpiciebatur, vnde diuina vox prodiret,*rubus* erat, & *ignis*, quocirca & rubus incombuſtus aliquando dicitur, & rubus ardens. 2.

Neque enim aliud hic *flamma ignis* eſt; aliud *ignis flamma*; aliud *ignis*. Præter rubum quidquid erat, ignis erat: quia *flamma* dicitur, quod 3.

Digitized by Google

quod ad modum flammæ ardentis ſe haberet: & *ignis flamme*, quod ſine igne flamma conſiſtere non poſsit, imo ipſius ſit ignis.

4 *Viſionem magnam*, eundẽ Rubũ vocat Moyſes, nullo reſpectu habito ad Deum. quoniam cum hoc nomine compellaret, nondum conſtabat Deum in Rubo appariturum aut locuturum. *Magnam* vocat, quod res eſſet admodum inſolita, Rubum in medio ignis poſitum eſſe, ardere etiam; & non conflagrare, non conſumi.

5 Alioquin comparatione Dei meritiſsimè *magna* dici poſſet, quod qui in ea eſſet, & ex ea loqueretur, magnus eſſet. *Magnus enim dominus noſter*, inquit Dauid, Pſalm. 43: *Et quis ſicut Dominus Deus noſter?* Pſal. 12. *Tanquam momentum ſtateræ; ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcẽdit in terram*: Sap. 11. Et Iſaiæ 40. *Ecce gentes, quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputata ſunt: ecce inſulæ, quaſi puluis exiguus: & libanus non ad accedendum, & animalia eius non ſufficiunt ad holocauſtum. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo: & quaſi nihilum & inane reputata ſunt ei.*

6. *Magna* & ſignificatione dici poteſt ſcilicet, quia magnas res ſignificabat. Quas vero? Primum quidem conditionem populi Iſraelitici, pro quo in libertatem aſſerendo Moyſes vocabatur. Quemadmodũ enim Rubus quamuis paruus in igne conſtitutus non conſumebatur: ita, paruus Iudæorum populus, quamuis igne tribulationis quaſi excoqueretur ab AEgyptijs, conſumendus nõ erat. Deinde illæſam integramque virginitatem ſanctiſsimæ Dei genetricis, cuius ille egregium fuit argumentum: vt non immeritò Eccleſia dicat, *Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnoſcimus, tuam laudabilem virginitatem.*

7. Verum, vt diximus, horum rationem non habuit Moyſes. Mirum ipſi videbatur, & magnum, Rubum ardere, flammamque emittere; nec tamen comburi, id eſt conſumi.

8. Sed quid ſi ideo non combuſtus, quia humiditate ſua igni ardenti reſtitit: nulla tum res inſolita; nulla noua. Dici hoc non poteſt, quia humidum quidquid erat, poterat ſua virtute exſiccare ignis. Non enim paruo tempore Rubus in igne hæſit. Primùm enim poſtquam Moyſes interiora deſerti ingreſſus eſſet, ardentem conſpexit. miratus de hinc, vnde in deſerto ignis. creuit admiratio, quod quem aliquantulum conſpiceret ardentem, non conſumeretur. Conſtituit hinc apud ſe rem explorare. Accedentem prohibet vox, de Rubo prodiens niſi diſcalciatum. voci paret, Ruboque diſcalciatis appropiat: adſtat, curioſius intuetur: nondum deſtitit ignis: quin imo omnis (longa ſatis) cum Deo ſermocinatio, ardente ſemper Rubo, per-

fecta

Digitized by Google

ſecta eſt. Tempus hæc requirunt.

Forſitan verus ignis non fuit, qui Rubum occupabat: quemadmodum nec ille, qui noctu ſe ducem itineris Iſraelitis, in deſerto, præ 9.
buit; & caſtra illuſtrauit. Multum hic ab illo differebat. Veriſſimus hic fuit, quocirca & nunquam alio, quam Ignis, nomine, in ſacris literis, appellatur, cum ille *quaſi ignis* quandoque dicatur. Et ſi verus nõ fuit; nullum hic miraculum; quod tamen agnoſcit Moyſes, & cum Moyſe vniuerſa agnoſcit eccleſia: tum in rubo, tum in ſanctiſſima Dei genetrice, cuius integram virginitatem hic Rubus ſignificabat.

At ſi verus ignis, *vnde allatus*? An ex inferioribus terræ locis eru 10.
pit? Non erupit. Ex quibus enim? Ex inferno? Non illum Deus alijs quam cruciandis damnatis vult ſeruire. Ex viſceribus fortè terræ, quæ quibuſdam in locis ignem fouet & continet? At ſi hoc, & antea aliquando ibidem ignis fuiſſet obſeruatus, & poſtea. ſed nec idem ignis Rubum ibidem permiſiſſet illæſum.

11. Ex cœli forſitan dimiſſus eo loco, vbi ignis eſſe dicitur, proximo illo orbibus cæleſtibus. Sed ignis ille, propter ſui raritatem, non cõſpicitur: &, vt Toſtatus exiſtimat, ex ſupero loco ad inferum, vbi Rubus creſcebat, transferri non potuit ob frigidam aeris intermedij regionem, quæ eundem extinxiſſet.

Productus eſt igitur eo loci, vbi conſpectus. A quo verò A Deo, 12.
inquit Toſtatus. Immediatè, an opera Angelorum mediante? Immediatè à Deo; reſpondet idem Toſtatus. Non damnamus docti viri ſententiam. Sed tamen, quid prohibet opera Angelorum dici productum? potuerunt illi, vt in ſcholis loquimur, *actiua paßiuis* coniungere, illumq́; hac ratione produxiſſe, quemadmodum igne multò maiora produxerunt. Certè Angelorum opera Deus, in omnibus propemodum ſimilibus rebus, vti ſolet: Cur hic noluerit vti non video.

Magna igitur viſio, magna res; quod verus Ignis verum lignum 13.
Rubum, non conſumeret. Et cur non conſumpſit? Quia Deus, ne conſumeret, prohibuit. An quoque hoc per Angelos? Potuit. ſed tamen per ſe prohibuit; eodem, ſuſpicor, modo, quo ingentem illam flammam (quæ etiam Babilonicam fornacem 49. cubitis ſuperauit) ne Danieli cum ſocijs, vel minimum nocumentum afferret, impediuit.

Prohibuiſſe verò & hic, & ibi dicitur: non vim igni inferendo: 14.
non ignem à corpore auertendo; ſed cum igne ad actionem ignon concurrendo. Concurſum ſuũ, dũ agentibus his inferioribus

Digitized by Google

quod ad modum flammæ ardentis ſe haberet: & *ignis flammæ*, quod ſine igne flamma conſiſtere non poſsit, imo ipſius ſit ignis.

4. *Viſionem magnam*, eundẽ Rubũ vocat Moyſes, nullo reſpectu habito ad Deum, quoniam cum hoc nomine compellaret, nondum conſtabat Deum in Rubo appariturum aut locuturum. *Magnam* vocat, quod res eſſet admodum inſolita, Rubum in medio ignis poſitum eſſe, ardere etiam; & non conflagrare, non conſumi.

5. Alioquin comparatione Dei meritiſsimè *magna* dici poſſet, quod qui in ea eſſet, & ex ea loqueretur, magnus eſſet. *Magnus enim dominus noſter*, inquit Dauid, Pſalm. 43: *Et quis ſicut Dominus Deus noſter?* Pſal. 12. *Tanquam momentum ſtateræ; ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcẽdit in terram*; Sap. 11. Et Iſaiæ 40. *Ecce gentes, quaſi ſtilla ſitulæ, & quaſi momentum ſtateræ reputatæ ſunt: ecce inſulæ, quaſi puluis exiguus: & libanus non ad accedendum, & animalia eius non ſufficient ad holocauſtum. Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo: & quaſi nihilum & inane reputatæ ſunt ei.*

6. *Magna* & ſignificatione dici poteſt ſcilicet, quia magnas res ſignificabat. Quas vero? Primum quidem conditionem populi Iſraelitici, pro quo in libertatem aſſerendo Moyſes vocabatur. Quemadmodũ enim Rubus quamuis paruus in igne conſtitutus non conſumebatur: ita, paruus Iudæorum populus, quamuis igne tribulationis quaſi excoqueretur ab AEgyptijs, conſumendus nõ erat. Deinde illæſam integramque virginitatem ſanctiſsimæ Dei genetricis, cuius ille egregium fuit argumentum: vt non immeritò Eccleſia dicat, *Rubum quem viderat Moyſes incombuſtum, conſeruatam agnouimus, tuam laudabilem virginitatem.*

7. Verum, vt diximus, horum rationem non habuit Moyſes. Mirum ipſi videbatur, & magnum, Rubum ardere, flammamque emittere; nec tamen comburi id eſt conſumi.

8. Sed quid ſi ideo non combuſtus, quia humiditate ſua igni ardenti reſtitit: nulla tum res inſolita; nulla noua. Dici hoc non poteſt, quia humidum quidquid erat, poterat ſua virtute exſiccare ignis. Non enim paruo tempore Rubus in igne hæſit. Primùm enim poſtquam Moyſes interiora deſerti ingreſſus eſſet, ardentem conſpexit. miratus de hinc, vnde in deſerto ignis. creuit admiratio, quod quem aliquantulum conſpiceret ardentem, non conſumeretur. Conſtituit hinc apud ſe rem explorare. Accedentem prohibet vox, de Rubo prodiens niſi diſcalciatum. voci paret, Ruboque diſcalciatis appropiat: adſtat, curioſius intuetur: nondum deſtitit ignis: quin imo omnis (longa ſatis) cum Deo ſermocinatio, ardente ſemper Rubo, perfecta

ſecta eſt. Tempus hæc requirunt.

Forſitan verus ignis non fuit, qui Rubum occupabat: quemadmo-
dum nec ille, qui noctu ſe ducem itineris Iſraelitis, in deſerto, præ- 9.
buit; & caſtra illuſtrauit. Multum hic ab illo differebat. Veriſſimus
hic fuit, quocirca & nunquam alio, quam Ignis, nomine, in ſacris li-
teris, appellatur, cum ille *quaſi ignis* quandoque dicatur. Et ſi verus nõ
fuit; nullum hic miraculum; quod tamen agnoſcit Moyſes, & cum
Moyſe vniuerſa agnoſcit Eccleſia: tum in rubo, tum in ſanctiſſima
Dei genetrice, cuius integram virginitatem hic Rubus ſignifica-
bat.

At ſi verus ignis, *vnde allatus*? An ex inferioribus terræ locis eru 10.
pit? Non erupit. Ex quibus enim? Ex inferno? Non illum Deus alijs
quam cruciandis damnatis vult ſeruire. Ex viſceribus fortè terræ,
quæ quibuſdam in locis ignem fouet & continet? At ſi hoc, & antea
aliquando ibidem ignis fuiſſet obſeruatus, & poſtea. ſed nec idem ig-
nis Rubum ibidem permiſiſſet illæſum.

Ex cæli forſitan dimiſſus eo loco, vbi ignis eſſe dicitur, proximo 11.
illo orbibus cæleſtibus. Sed ignis ille, propter ſui raritatem, non cõ-
ſpicitur: &, vt Toſtatus exiſtimat, ex ſupero loco ad inferum, vbi
Rubus creſcebat, transferri non potuit ob frigidam aeris intermedij
regionem, quæ eundem extinxiſſet.

Productus eſt igitur eo loci, vbi conſpectus. A quo verò? A Deo, 12.
inquit Toſtatus. Immediatè, an opera Angelorum mediante? Imme-
diatè à Deo; reſpondet idem Toſtatus. Non damnamus docti viri
ſententiam. Sed tamen, quid prohibet opera Angelorum dici pro-
ductum? potuerunt illi, vt in ſcholis loquimur, *actiua paſſiuis* con-
iungere, illumq; hac ratione produxiſſe, quemadmodum igne mul-
tò maiora produxerunt. Certè Angelorum opera Deus, in omnibus
propemodum ſimilibus rebus, vti ſolet: Cur hic noluerit vti non
video.

Magna igitur viſio, magna res; quod verus Ignis verum lignum 13.
Rubum, non conſumeret. Et cur non conſumpſit? Quia Deus, ne
conſumeret, prohibuit. An quoque hoc per Angelos? Potuit. ſed
tamen per ſe prohibuit: eodem, ſuſpicor, modo, quo ingentem
illam flammam (quæ etiam Babilonicam fornacem 49. cubitis ſu-
perauit) ne Danieli cum ſocijs, vel minimum nocumentum afferret,
impediuit.

Prohibuiſſe verò & hic, & ibi dicitur: non vim igni inferendo: 14.
non ignem à corpore auertendo; ſed cum igne ad actionem ig-
non concurrendo. Concurſum ſuũ, dũ agentibus his inferioribus

Digitized by Google

Deus negat,& ſubtrahit,omnem iis angendi vim quaſi adimit:propteres,quod,niſi ipſe coagat,ille agere nullo modo poſſit. *In ipſo viuimus,mouemur & ſumus* & tritum apud Philoſophos eſt axioma: *In virtute primæ cauſæ agere ſecundas.* & illud. *A cauſis æquiuocis* (qualis eſt Deus) *effectus omnes pendere in eſſe,in fieri,in conſeruari.*

15. Cæterum vt Ignis ille Rubum non comburebat,& conſumebat: ita neque calefaciebat,neque calefaciendi vim habebat. Calefactio igni ſeruit ad combuſtionem. Inſtrumentum quoddam quaſi eſt, quo res alias à ſe,in ſe conuertit. et ſi calefeciſſet,quomodo calorem diuturnitate temporis in Rubo non auxiſſet? quomodo non conſumpſiſſet?diſſoluiſſet? Ideoque non hic tum *magnam viſionem* Moyſes agnouiſſet.

16. Lucebat nihilominus hic Ignis: ardebat,flammas emittebat,materiam illi ſuggerente & præbente, alio ex quo alebatur corpore, non Rubo;quem inuoluebat. Atque hoc corpus ſicut fomentũ præbuit:ita & combuſtionem,& vim ignis,quam Rubus nõ pertulit,ſuſcepit,detrimentumque accepit,& ſenſit.

17. Corpus hoc aerem proximum fuiſſe,docet Toſtatus. An ſolus hic? Dubito.veriſimile non ſolum fuiſſe,ſi vt ſuperius diximus,ignis huius author non ſolus fuit Deus,ſed,Dei miniſter, Angelus,cuius vires tantæ non videntur;per ſe,immediatè,aerem in ignem conuertat.

18. Nulla igitur Rubo vis per ignem allata,nulla per ignem Rubo qualitas illata.Rubum ſolum inuoluebat ignis: omnibus eius lateribus ſolum ſe applicabat,partes quaſi lambebat: ideoq; Rubus radens dicitur,denominatione prorſus,vt in ſcholis loquimur,*extrinſeca*;eo videlicet modo, quo homo dicitur calceatus,veſtitus,ocreatus,armatus.

19. Sed quid Deo loqui cupienti *opus rubo*? Cur non potius voluit prodire vocem ex terra?cur non ex cælo:cur non ex arboribus,quibus,haud dubium, mons Oreb,vbi Rubus, abundauit?Cur & Rubum voluit ardentem eſſe & igneum? Communem quam hæc Locutio, cnm alijs cauſam habet, poſtea dabimus: hic propriam inquirimus. Quæ igitur dictorum cauſa?

20. Cauſa præcipua Dei voluntas eſt:qui quoniam Moyſi apparuit, & locutus eſt,quia voluit;ita in Rubo tantùm,& quidem in Rubo ardẽte apparuit,& locutus eſt, *quia voluit*: Quod ſi voluntatis ſuæ cauſas habuit,vt habuiſſe certum eſt,de ijs nos(niſi aliũde edocti fuerimus) definire certi quid quamuis non poſsimus coniectare tamen poſſumus, quemadmodum & conijcimus:

De ter-

De *terra* igitur noluit ſuam vocem audiri Deus: quia, forſitan, non 21.
ipſi conueniebat. Qui rebus omnibus terrenis erat ſuperior, profectò ſuperioribus potius, quàm inferioribus vti debuit; ſi quando creaturas ſibi voluit ſeruire. Communis omnium eſt opinio, Deo præſtantiora tribuenda: Deum præſtantioribus vti. *Cœlum cœli Domino*, etiam impij dicunt, *terram dedit filijs hominum*.

Debuit igitur, inquit aliquis; *de cœlo*, voluiſſe vocem prodire. Non 22.
hoc neceſſe erat. Licet enim potuerit, licet etiam aliquando inde auditus; homini tamen Paſtori, & curam pecoris, in deſertis locis agenti, qualis Moyſes erat, conueniebat, & expediebat, eo loci, vbi ipſe agebat; & ex eo loco audire, qui gregi ſuo pabulum præbebat; quique oculis ipſius obſeruaretur. Familiare admodum Deo eſt hominum ſe ingenio moribuſq; accommodare.

Hæc ratio pro *arboribus* quoque à Deo repudiatis ſeruit. Quamuis 23.
& dici poſsit, nihil Deum commune habere voluiſſe cum dæmonibus; quos per arborem locutos eſſe, in India, refert Alexander ad Ariſtotelem præceptorem ſuum Epiſtola, tranſlata è græco in latinum, per Cornelium Nepotem.

Sed nec *arbores* ſignificationi ſeruiebant: ſeruiebat autem Rubus. 24.
Maieſtas quædam eſt arborum, reſpectu Rubi. Arboris nomen non meretur Rubus. Et populus, quem Rubus ſignificabat, & ſanctiſsima Virgo Mater, nullo propemodum loco habebantur. De populo docet id grauiſsima, quam ſeruiebat, ſeruitus de Virgine Matre propria confeſsio, *Ancillam Domini* ſe ſecundò profitentis.

Idem populus, eadem Virgo Mater poſtulant Rubum incombu- 25.
ſtum. Hoc enim datur intelligi & populum illum non conſumi tribulatione, & Virginem Matrem peperiſſe ſine virili ſemine, ſalua virginitate. Et populo etiam hoc nomine conuenit Rubus ardens & non combuſtus, teſte Beda ſuper Exod. 3. quod quidem multo tempore affuerit illis flamma & feruor Spiritus ſancti, & tamen ſemper Deo reſtiterit, vt eorum peccata igne Spiritus ſancti conſumi non potuerint, nec ipſorum durities ipſa lege tanquam flamma, aut Chriſti doctrina emolliri.

Loci quoque ratio, in hac Dei Apparitione & locutione, prætere- 26.
unda non eſt: quia & eius rationẽ, Deus habuiſſe videtur. In deſerto ſiquidẽ deſcribitur apparuiſſe in mõte Oreb: quẽ & S. vocat Moyſes

& Dei,& quem,niſi diſcalciato non licuit tangere. *Solue*, dicebat Dominus Moyſi, cap 3. Exod. *calciamentum de pedibus tuis; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt*, In loco hoc quatuor rerum cauſæ explicandæ. Primum, Cur ſolitudinem, & deſertum locum Dominus idoneum Locutioni exiſtimauerit, & elegerit, præculto, & hominum frequentia celebri. 2. Cur mentem, præ valle? 3. Cur ſanctum, præ profano. Denique Cur *Dei* iſte appelletur locus.

27. *Solitudo* diuinis oraculis ſeruit. Neque enim ita facilè in ſolitudine, vt ciuitatibus, & hominũ frequentia, mens diſtrahitur: Hinc alicubi Deus Opt. Oſeæ 2. *Ecce ego lactabo eam: ducam eam in ſolitudinẽ, & loquar ad cor eius.* Et à *Spiritu ductus eſt Dominus in deſertum*, cum maximè diuinis meditationibus operam eſſet daturus; & de Baptiſta dicitur.

Antra deſerti teneris ſub annis,
Ciuium turmas fugiens petiſti,
Ne leui ſaltem maculare vitam
Famine poſſes.

Sic in *ſolitudinibus errabant*, quos tantopere commendat Apoſtolus Paulus, ad Heb. 11. Et qui olim, familiarius agere cum Deo cupiebãt, tum in veteri, tum in nouo Teſtamento, *eremi* fuerunt ſtudioſi cultores Forſitan & hic locum habet, quod Arioli & Magi reſponderunt Nabuchodonoſor, Dan. 2, *Dijs non eſſe cum hominibus conuerſationem.*

28. *Mons* Deo excelſo maximè conuenire omnes iudicant. vnde & Deo, in *monte*, templum ædificauit Salomon. Et qui falſis Dijs olim delubra conſtruxerunt, *montes*, præ reliquis locis, delegerunt, quemadmodum veteris Teſtamenti hiſtoria pluribus locis confirmat. Hinc de Deo loquens, propheta, *Leuaui*, inquit Pſalm. 120. *oculos meos in montem, vnde venit auxilium mihi* & Pſalm. 3. *Exaudiuit me, de monte ſancto ſuo.*

29. Mons hic *Dei* dicitur. Cur verò? An quia valde altus? quemadmodum Pſalm. 35. *iuſtitia tua ſicut montes Dei*, An quia excellens? ſicuti *cedros Dei*, & *viros Dei* Scriptura vocat excellentes. An quia Deus ibi viſus? quemadmodum locum vbi Deum vidit Iacob, vocauit Phanuel; Geneſ. 32. An quia mira quædam Deus ibi eſt operatus? Omnia hæc hic locum habere poſſunt: poſtremum maximè; quod haud pauca ſint & parua, quæ in eodem Dominus perpetrauit. Apparuit hic Moyſi in rubo, in hoc, Moyſe eleuatis manibus orante Ioſue debellauit. Amalecitas Exod. 17. in huius quadam ſpelunca ſtans Elias vidit, & audiuit Deum in ſibilo auræ tenuis, 3. Reg. 19. Huius petra percuſſa ſitienti populo præbuit flumen aquarum. Pſalm. 105.

30. Et quia Deo iam tunc in magnis rebus perficiẽdis ſeruiebat, *ſanctus* dici-

dicitur; quemadmodum *ſancta* dicuntur, quæcunque Deo, Sanctorum Sancto, ſeruiunt; homines, tempora, loca, vaſa; quamuis harum quædam præter hoc etiam ob conſecrationem *ſancta* dicuntur, & ſunt; qua locis hic ſanctus non fuit.

Atque hæc cauſa fuit, cur iubeatur Moyſes *ſoluere calceamenta de pedibus*, antequam ad montem accedat. Sancta pollutis, ſeu immundis pedibus calcanda non ſunt. Deo Deique, & ſanctis locis ſua debetur reuerentia: irreuerentia, diuinitus non ſemel vindicata eſt. Id etiam nunc agnoſcunt Saraceni; qui fana ſua ingredientes calceamenta deponunt. Id olim cognouerſt Philiſtini, quando idcirco religioni ſibi dixerunt, ſi limen templi Dagon, calcarent, quod in eo ipſorum Deus Dagon mutilatus iacuiſſet 1. reg. 5. Et Sacerdotes inquit Rabbi Moyſes Gerundenſis, in templo calciati non ſunt. 31.

32. *Oreb* hic mons dictus, Horeb & Choreb. Et B. Hieronymus eundem hunc cenſet cum monte Sinai. Vnde & legem Domini datam legimus, nunc in monte Oreb. Sed magis probatur eſſe diſtinctos; hunc ab illo, quamuis radicibus cohæreant: (quæ forſitan cauſa fuit vt ſæpius confundantur) & Oreb multo inferiorem eſſe altitudine monte Sinai.

CAPVT VI.

De Dei in veteri Teſtamento Locutione externa, per ignem facta.

1. LOCVTIO Dei *per ignem* facta admodum celebris eſt in Sacris Literis. Sæpiſſimè eius fit mentio. magno verborum apparatu deſcribitur: tanquam res admodum prodigioſa repetitur identidem. Patet hoc pluribus locis, ſed præcipuè Deut. 4. & 5. Exod. 19. & 20. Et illis quidem Deut. refertur locutus: *Locutus eſt*, inquit Moyſes, *ad vos Deus, de medio ignis*: Exod. vero 19. & 20. qua maieſtate locutus ſit deſcribitur. Nam (vt ibidem indicatur) primum mandata accepit à Deo Moyſes populo deferenda. hæc erant: *ſi per triduum ad Deum audiendum comparet; veſtes lauet: ab vxoribus abſtineat: montem, in quo locuturus eſt Deus, non accedat, niſi perire velit.* Deinde cum iam dies tertia inclareſceret, dicitur Deus magno apparatu deſcendiſſe. *Cœperunt enim*, inquit Moyſes, *audiri tonitrua, micare fulgura; & nubes denſiſſima operire montem: clangorq; buccinæ vehementius perſtrepere.* Adducitur dehinc populus, ad radicem montis vocem Domini auditurus: & populus quidem ibique perſiſtit; Moyſes verò verticē montis conſcendit. *Mox mons cœpit fumare; & fumus ex eo aſcēdere, quaſi ex fornace: & ſonitus buccinæ paulatim creſcere, prolixiusq; tendere,*

eratq;

Digitized by Google

eratq́; omnis mons terribilis. Locutus tum Dominus verba legis. *Cunctus autem populus*, inquit Moyſes, *videbat voces, & lampades, & ſonitum buccinæ, montemq́; fumantem & perterriti ac pauore concußi dixerunt Moyſi; Loquere tu nobis; non loquatur nobis Dominus, ne moriamur.* Hæc locutio.

2. In qua quædam hiſtoricam poſtulant conſiderationem: quædam Phyſicam: quædam moralem; quædam allegoricam. In *hiſtorica* expendendum, quando acciderit Locutio, quando item Moyſes mandata illa populo tradenda acceperit: quod illud triduum, quo ſe populus debuit temperare: quis mons: an totum ignis occupârit: quantum diſtabat, in monte, à populo Moyſes: quod periculum vitæ imminebat accedenti ad montem: an alius ſonitus buccinæ à voce Dei: quæ ſanctificatio, quæ præſcribitur. In *Phyſica*, quomodo Deus dicatur deſcendiſſe: qualia illa tonitrua: fulgura: lampades; quæ videbantur & audiebantur: qualis nubes: qualis buccina, buccinæq́; ſonus: qualis fumus & ignis. In *morali*, cur vniuerſo populo loqui, & apparere Deus voluerit: cur mox ab egreſſu Aegypti: cur in monte: cur cum tanto apparatu: cur in igne, & quidem tanto: cur noluerit populum montem accedere, ſed Moyſen tantum: cur accedentem certo mortis genere voluerit occumbere: cur nec pecori montem tangenti parcere: cur triduum præparari ad Deum audiendum: cur lauari veſtes; non accedere vxores. In *Allegorica*, quarum rerum pleraque ex dictis ſint ſigna: quarum item verum nos admoneant. Hæc expendēda omnia.

3. Sed omnibus præmittenda duo. Primum eſt. Cur hanc Locutionē Dei ab *igne* denominemus, non à *nube*, non à *fulgure*, non à *fumo*, non à *buccina*, quorum tamen omnium, in eadem, haud obſcura ſit mentio. Reſpondemus nos hic niti authoritate Scripturæ, quæ eodem nomine ipſam plerunque indigitat. Nec malè. Quamuis enim & aliorum celebris hîc fiat mentio, vox tamen ad *populum* facta ex *igne*, montem occupante, proficiſci viſa eſt. Ad populum, inquam facta: quia quamuis eandem etiam Moyſes, ex *igne*, audiuerit. cum Deo tamen, etiā in nube, in montis vertice ſermonē miſcuit, quemadmodū in 19. Exod. teſtatur Toſtatus, & inſinuat Scriptura.

4. Alterum eſt, Triplicem poſſe diſtingui Locutionem Dei per ignē. Prima dici poteſt illa, quæ in ardenti rubo Moyſi facta eſt. Altera, quæ in columna ignis, quæ & columna nubis dicitur (quamuis in eadem, vt columna ignis dicitur. Deus locutus non legatur.) Tertia eſt, qua vniuerſo populo, hîc, in monte Sinai locutus eſt. Magnam eſſe inter has differentiam, ſi non alia, profecto docent tēpora, loca, perſonæ, quibus acciderūt. Porro quam huius eſt loci, vnica illa eſt, quæ

ad

ad vniuerſum facta eſt populum. Cuius rationes ſequentibus explicamus. Ab hiſtoricis incipimus.

Accidit igitur hæc locutio *tertio menſe egreſſionis filiorum Iſrael de* 5
terra Ægypti: vt habet initium cap. 19. Exod. id eſt, menſe Maio, Hebræi Siuam vocant, qui tertius fuit à Martio. Hebræis Niſan; cuius decimo quinto die, vt habetur Numer. 33. v. 3. dicuntur profecti ex Aegypto.

Qua verò die? Tertium inſinuat Scriptura. *Sint parati*, loquebatur Deus Moyſi, poſtquam ad Sinai montem peruenerunt, in diem tertium. Verùm quo tertio? menſiſné tertij? Ita quidem B. Auguſt. epiſt. 119. cap. 18. quæſt. 70 in Exod. At tertius hic non eſt quinquageſimus, vt fuit is, quo lex data fuit; ſed 47. Deinde, ſi tertio lex data oportebat multo plura eſſe facta, quam patitur tempus vnius diei: Nam, inprimis dicuntur filij Iſrael tertio menſe perueniſſe in deſertum Sinai: ex quo apparet aliquam patrem diei illius primæ conſumptam eſſe in itinere. Non enim credibile eſt eos perueniſſe ſummo manè, cum non conſueuerint noctu iter facere. Deinde, vbi peruenerunt, fixerunt tabernacula ſua; in quo plurimum temporis conſumebatur: præſertim in tanta multitudine hominum, quæ mille millibus conſtabat. Præterea, poſt fixa tabernacula aſcendit Moyſes in montem Sinai, qui altiſſimus erat: & cum Deo locutus deſcendit: conuocauitque omnes maiores natu: concionem ad illos habuit, & per ipſos ad omnem populum. Rurſus ſecundo in montem conſcédit, iterumque deſcendit, & cum populo locutus, iuſsit lauarent veſtimenta ſua. Lotis porrò veſtimentis, inquit Scriptura, *dixit ijs Moyſes: Eſtote parati in diem tertium*. Quis hîc credat vna eademque de tabernacula erecta; Moyſen bis aſcendiſſe; bis deſcendiſſe, bis populo concionatum? 6

Placet Caietanus, qui ſexta die tertij menſis, vult legem eſſe 7
datam. Vnde verba iſta: *Eſtote parati, in diem tertium*, docet eſſe dicta quarta die menſis. placet inquam, quoniam ſi quindecim diebus Martij; quibus populus, poſt decimum quintum diem, quo egreſſus eſt, & in itinere fuit, addantur viginti nouem Aprilis (tot enim diebus conſtabat menſis lunaris, inter duos, qui ſinguli triginta dies habebant, quot Martio damus; & Maio) redundabũt dies quatuor & quadraginta; quibus ſi ſex addas, quinquagenarius reſultat numerus. Vide de hoc plura Bellar. Tom. 1. c. 14. De cultu Sanctorum, fol. 226 c.

Ex his patet, quodnam illud fuerit triduum. Non fuit vltimum 8
menſis Aprilis, non fuit Maij principium; dies, videlicet primus, &

ſecun-

ſecundus fuit Maij dies tertius, quartus, & quintus. Vt idcirco credi debeat tertio die Moyſen dixiſſe populo, curaret, eſſet *paratus in diem tertium*: paratus vero iam venerit die ſexto, ad legem Domini audiendam.

9. Mandata igitur quæ Moyſi data, vt illa populo, Dei nomine, traderet, partim initio menſis Maij data ſunt: primo videlicet, & ſecundo die, partim triduo illo, quo aliquoties acceſſit montem. Nam & antequam montem aſcenderat, populoq;, vt ſe ad Deum audiendū componeret ſuaderet, à Domino vocatus eſt, Deique voluntatem de monte non conſcendēdo intellexit: & ipſo triduo, aliquoties, ſuper eadem re eſt admonitus.

10. Et in *monte Sinai* hæc mandata Moyſi data, & per Moyſen Iudæorum populo: populo verò immediatè præcepta decalogi. Monte inquam *Arabiæ*, quemadmodum loquitur *Apoſtolus* ad Galat. cap 4. monte vaſtiſſimo, & qui, Bellonio teſte, lib. 2. cap. 64. Obſeruationū celſitudine ſuperat montem Oetam in Græcia, & Idam in Creta, & ex quo vtrumque littus ſinus *Arabici*, aliter *mare rubrum* nūcupati, licet conſpicere: de quo Theatrum Terræ ſanctæ, quod ſeptem milia graduum in altitudine contineat, demptis locis, in quibus rectis paſſibus aſcenditur, & non per gradus.

11. *Totum hunc montem ab igne* occupatum fuiſſe cum verba Dominus faceret ex eo videtur coniectura accipi: quod cap. 19. tex. 18. dicitur, *Totus autem mons fumabat*: & rurſus ibidem, *Omnis mons erat terribilis*. At occupatum *totum* fuiſſe neceſſe non eſt dicamus. Quemadmodum videre dicimur templum aliquod, aut montem *totum* quā do vnam eius faciem totam videmus; ita credi poteſt dictum eſſe *totum montem* ab igne occupatum fuiſſe, quando quidquid caſtris Iudæorum fuit oppoſitum, & in populi oculos incurrit, ignis occupauit. Iam verò caſtra non vniuerſum montem obſederunt: *è regione montis fixit tentoria Iſrael*: dicitur cap. 19. text.

12. In hoc monte alia fuit ſtatio Moyſi: alia populo; ſi non quoties montem aſcendit Moyſes (ſæpius enim aſcendit) certè quando legem Deus populo promulgauit. Tum ad radicem montis conſiſtit populus: at Moyſes iugum ſiue verticem montis occupauit; aut non procul inde à Domino abfuit. 2.

13. Et *omni populo* neceſſe fuit montem non contingere. Contingere graui pœna prohibebatur. Vox Dei erat: *Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines eius. Omnis, qui tetigerit montem, morietur*. Quo vindice (Deóne, an hominibus? hominibus ſuſpicor. Id genus mortis quo accedens ad montem afficiendus dicitur, inſinuat: *Manus*, inquit

Inquit Dominus, *non tangent eum: lapidibus obruetur, aut iaculis* confodietur. vtrumque miniſterio hominum affertur.

De *ſonitu buccinæ*, qui ex monte audiebatur, hoc poteſt eſſe dubium. Vtrum alius fuerit à Dei *voce* Decalogum promulgantis, an idem cum voce Dei. Saluo alijs ſuo iudicio, duplicem exiſtimamus fuiſſe ſonitum buccinæ: alterum, qui promulgationem legis præceſsit, de quo text. 19. cap. 19. alterum, qui ipſam legem protulit, de quo text. 18 cap. 20. Priorem alium credimus fuiſſe à *voce*; quoniam ipſam legem præceſsit: poſteriorem eundem cum *voce*. Quid enim? An ſimul Dei vox, atque ſonitus buccinæ certabant? ſimul aures populi feriebant? Quomodo non ſonitus buccinæ loquentis Dei vocem impediuit? Sed & populi deprecatio, rogantis, *ne Dominus, ſed Moyſes ipſis loqueretur*, hoc inſinuat. Videbatur enim vox Dei legem promulgantis, ſenſim increſcere, & ſua prolixitate fieri terribilior, vireſque maiores aſſumere: quocirca, cum tandem ſibi intollerabilem futuram timerent, Moyſis vocem ſunt precati, Dei deprecati. 14.

De *ſanctificatione*, quam Moyſes, ex Dei mandato, præcepit dubibium eſt, quid ipſa poſtulet. Fortè dici poteſt continentiam coniugalem ad triduum: vt illud, *Abſtineant ab vxoribus*, ſit explicatio huius *ſanctifica populum*. Toſtatus intelligit ocium ab operibus profanis. Non hoc diſplicet, quia & ſic ſabbatum ſanctificari paſsim, in veteri lege, docuit Dominus. Sed tamen non omnia profana atque ſeruilia officia hic Dominus excluſit: quoniam veſtium præcepit lotionem. Niſi illam, propterea à profanis operibus, excipiamus, quod ſancto negotio ſeruiebat: aut dicamus præceſsiſſe dies, quibus populus ſanctificandus; quod inſinuat textus 14. cap. 19. *Cumq; lauaſſent veſtimenta ſua, ait ad illos: Eſtote parati in diem tertium.* Hæc *Hiſtorica*, inquiramus *Phyſica*. 15.

Hic primum quæritur, Quomodo Deus dicatur *deſcendiſſe*. An fortè cælum, quod *ſedes eius* dicitur Iſaiæ 65. reliquit? Non reliquit. *Cælum & terram ego*, inquit, *impleo*. Ierem. 23. *Deſcendiſſe* dicitur, quia effectum aliquem in his inferioribus exercuit, ad quem ſingulariori quadam ratione concurrere fuit neceſſe. quanquam non ipſe, per ſe, ſed miniſterio Angelorum, quemadmodum poſtea docebimus, propriè deſcendiſſe dicendus ſit. 16.

Deinde qualia illa *Tonitrua*? Non vera fuiſſe, forſitan ex tempore & loco, quis conijciet, quod tonitrua non inferis, ſed ſuperis locis: nō in Maio; ſed poſterioribus temporibus excitentur. Idem de *Nube* indicium. Sed quid prohibet vel *Nubem* ex ſupero loco dimiſſam; 17.

vel actiua paſsiuis, Angelorum opera, applicata fuiſſe,& inferis locis alienoque tempore productam, *tonitrua* excitaſſe? Vtrunque probabile.

18. An idem de *fulguribus*? placet magis ſpecie tenus hæc fuiſſe: *vera fulgura* non fuiſſe. quemadmodum & ſpecies *ignis* fuit; non verus ignis: ſpecies *lampadarum*; non veræ lampades: ſpecies *fumi*; non verus fumus. Et ex *igne* quidem de alijs iudicium ſumitur. de fumo: de lampadibus: de fulgere. *Ignem* porro non *verum* fuiſſe inde coniectura accipitur, quod nec vllum detrimentum monti per ipſum allatum ſit, quamuis fuerit maximus, viſuſq; *calos attingere*, vt dicitur Deut. 4. text. 11. nec obfuerit Moyſi, qui ſummitatem ardentis montis occupabat: nec populum à ſe caloris vehementia, quod neceſſe fuiſſet, arcuerit. Quid quod nec Dei præcepto opus fuiſſet, ne quis montem accederet? accedens autem mortem ſubiret? Ipſe calor per ſe populum arcere potuiſſet. Taceo quod maximum ſomentum eundem habere oportuerit: quod difficulter quis aſsignauerit.

19. Niſi fortè eandem huius *ignis* dicas fuiſſe conditionem, quæ fuit ardentis in Rubo: vt, ſcilicet vim eius hoc ipſo Deus impediuerit; quod cum eo, ad agendum non concurret. At in illo Rubi miraculum & viſionem magnam agnoſcit Moyſes; & cum Moyſe vniuerſus Chriſtianiſsimus: hic miraculum cognoſcimus. ſed nec miraculo opus.

20. Quid de *ſonitu buccinæ*? Verus ſonitus fuit. quia aures diuerberabat: auribus percipiebatur, & ſuo fragore timorem audientibus incutiebat. At *buccina*, ſpecie tantum buccina fuit, non verè. Sonus tamē buccinæ dicitur, quod ſimilis ei eſſet, quem buccinæ verè reddere ſolēt. Fabula eſt Iudæorum, inter alias, vna: quod ſonitum hunc cornu arietis factum comminiſcuntur: Sed *ad Moralia*.

21. *Moralia* hic vocamus, quæ à Dei voluntate pendent; & certos fines habent, ob quos illa Deus voluerit fieri. Hi varij in re (vt hic eſt) varia ſunt. ſingulos percurramus. Primum igitur quæſtio eſt: Cur *vniuerſo* populo apperere, & loqui voluerit Deus. *Deſcendet, enim* dicitur, tex. 11. ca. 19. *Dominus coram omni plebe.* Vniuerſo populo loqui, & apparere voluit Deus. quia quæ dicturus erat, ad vniuerſum populum pertinebant; non ad Moyſen tantum; non ad Principes tantum; non ad Sacerdotes tantum aut Seniores. Omnibus mortalibus neceſſe eſt vnum Deum colere: nomen Dei non profanare; ſanctificare ſabbatum; honorare parentes: proximo non incommodare in corpore, vxore, fortunis, &c.

22. Et *mox* egreſſu Aegypti; die, ſcilicet, quinquageſima, vbi locus atque

Digitized by Google

atque opportunitas data eſt,(quemadmodum in deſerto Sinai data eſt,vbi populus tẽtoria fecerat)locutus eſt Dominus.quia, videlicet, Rempub .iam inſtituere voluit,quam in Aegypto , ſub infidelibus Regibus habere non potuit. At Reſpub.ſiqui dem ſubſiſtere & conſeruari debeat,legibus oportet conſtet,& religionis cultu.legibus igitur & hæc Reſpub.ornari debuit:& quidem diuinis : cum verum Deum ſui authorem agnoſceret Hinc eſt, quod hoc loco non tantũ leges promulgantem Dominum populus audiuerit ; verumetiam eaſdem digito Dei,in tabulis duabus ſcriptas,per Moyſen, acceperit.

Montem,ex qua legem ferret,elegit Deus: eandem ob cauſam,propter quam Moyſi in Oreb monte apparuit:Accedit,quod legiſlatores ex loco editiori leges permulgare ſoleãt;quemadmodum & ſuã ex monte Chriſtus. Ex altiori etiam loco ad milites orationem habent Duces belli, vt Lipſius notauit alicubi. Scilicet locus authoritatem legiſlatori addit, vt debet:ſcilicet ſic facilius ad aures ſubditorum feruntur mandata,quæ dantur. 23.

Apparatus Dei perſonæ conuenit,ſed imprimis,quando legem erat daturus:quam maximè cũpiebat eſſe commendatam & cõmendatam populo,qui legem facilè erat violaturus. Hinc quoque præter apparatum qui partim legem datam præcedebat, partim obſeruabatur cùm daretur, vt erant tonitrua,fulgura,fumus,ignis,ſonitus buccinæ,&c.) verbis etiam ſuis, ſibi authoritatem addidit, & populo timorem incuſſit. *Ego,inquit,ſum Dominus Deus tuus,fortis zelotes : viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui me oderunt,&c.* 24.

Huc quoq; *ignis* facit; & quidem tantus,qui cælum videbatur attingere, quo *maiorem ferre nõ potuiſſet populus*, quemadmodũ dicitur, tex. 16 Deut. 18. Huc facit *vox maxima*, quæ audiebatur, vt vocatur Deut. 5. & 22:& quæ ex *ipſo* iudicabatur prodire *cælo*, Deut. 4. text. 35. Huc, quod *ſimile nunquã auditũ ſit, aut factum*, vt Deut. 4. text. 32. dicitur, Timor, ſcilicet, populo erat incutiẽdus . Quocirca & poſtquã populus perterritus dixiſſet vltro : *Non audiam vocem Domini Dei mei, nec ignem hunc maximũ videbo,ne moriar*:reſpõdit Dominus Moyſi, Deut. 18, tex. 16. *Bene omnia locuti ſunt*. & alibi, Deut. 9. tex. 28. *Bene omnia locuti ſunt, quis det talem eos habere mentem,vt timeant me,& cuſtodiant vniuerſa mãdata mea,& omni tempore,vt bene ſit ijs,& filijs eorum in ſempiternum.* 25.

Quod *acceſſu montis prohibitus populus: admiſſus Moyſes*: ad Moyſis fecit authoritatẽ, quam oportebat ipſi dari,& confirmari diuinitus, illi,qui,in terris, Dei ſuſtineret perſonam: & dux atque Imperator populi,cũ poteſtate erat futurus. Quo etiam facit 40. dierũ Moyſis, 26.

Digitized by Google

cum Deo in monte conuerſatio;rurſus quod coram populo, ipſi de nube loqueretur Deus:quod pauca per ſe populo,plurima traderet per Moyſen,quemadmodum & legis tabulas.

27. Prohibitio acceſſus montis leuis non erat,indicat id grauiſsima pœna mortis, quia ſua Deo reuerentia,& eſſe debet, & eſſe integra. Habet hic locum illud,*procul hinc procul eſte profani.* Sancta non profanorum pedibus calcanda. Temeritas Ozeæ in ſuſtentanda arca grauiter eſt vindicāt,2.Reg 6.quemadmodum & Balthaſaris, profanātis ſupellectilem ſacram,Danielis 5.

28. Et ad *pecus* atque hæc *iumentum* prohibitio pertinebat etiam ipſi mors ſubeunda,ſi montem tetigiſſet. An quoque,vt populus,tangēdo peccaſſet·Non peccaſſet.Pœnam tamen peccati ſuſtinuiſſet, quia ſæpe in rebus fortunæ peccata hominum vindicat Deus, & non in corpore,aut anima tantum peccantium;Debuit quoque intelligere populus ſerium eſſe Dei præceptum;cuius præuaricationem etiam in brutis animantibus non diſsimularet.

Præparatio tridui, antequam ad Deum audiendum admitteretur
29. populus,Dei docebat maieſtatem Nec Reges,nec Principes, mox omnibus ad ſe aditū permittūt.Excitabat deinde deſideriū cognoſcēdi,quæ Deus erat promulgaturus.atque vt aut audiendi deſiderium excitabat;ita efficiebat,vt audita firmius animo imprimerētur: maximè cum & pauca eſſent,quæ dicerentur:& tanto cum apparatu dicerentur.

Locutio veſtium quoque præcipiebatur populo Dominum loquen-
30. tem audituro. tandem,ſuſpicor,ob cauſam,ob quam veſtimenta voluit mutare Iacob ſua;qui cum ipſo aſcenſuri in Bethel,Gene.35.Admonendus erat populus Dominum munditiem mentis poſtulare. Verum hi lauare iubentur, illi mutare, quia his, vel illis, forſitan nullæ erant,cum quibus mutarent:aut ſi aliquibus erant; non erant omnibus,in tanta multitudine; vt paucis in familia Iacob eſſe potuerunt:Fortè & hic Deus voluit ipſos beneficij admonere, quod in veſtibus poterant agnoſcere:quæ tanto itinere conſumptæ non fuerunt;nec erant conſumendæ:ſecundum; illud Deut.29. *Adduxit vos Dominus quadriginta annis per deſertum : non ſunt attrita veſtimenta veſtra;nec calceamenta pedum veſtrorum vetuſtate conſumpta ſint.*

Continentia coniugalis thori triduana non præcipitur, quaſi matri-
31. monium ex genere ſit malorum.Sanctum fuit olim, ſanctū eſt modo,& ſacramentum.Sed tamen mentem hebetat,diſſoluit,& vt Apoſtolus loquitur 1.Corinth 7 *diuidit.* Cupiebat verò ſibi mentem maximè præberi Deus,in re tam ſeria, quam hîc erat propoſiturus

Huius

Digitized by Google

Huius autem, quomodo melius potuit admoneri Iudæorum populus, quam dum à proprijs vxoribus iubetur abſtinere? Hactenus *Moralia*.

Allegorica nimis multa hæc Dei Apparitio atque locutio ſuggerit. Nobis præcipua ſufficerit inſinuaſſe. Itaque *altus mons*, ex quo Deus populo diſsito legem dedit, ſignificat legiſlatoris atque perfectos Eccleſiæ, debere à populo multum diſtare vita morbiſque: exiſtimare eſſe ciuitatem ſuper mõtem conſtitutam: verſari in omnium oculis: omnibus probitatis & honeſtatis exempla præbere oportere: *Diſcretio Moyſis* à populo declarat non æqualem omnium in Eccleſia eſſe conditionem alios Dei miniſtros eſſe: qui Dei mandata ad populum transferant: & vota populi Deo præſentent: alios lõgè eſſe inferioris ordinis, quibus priorũ opera ſit neceſſaria; & quos ab ipſis mandata oporteat accipere. Illo, *quod montis acceſſus quibuſdam ſit prohibitus*; datur intelligi Deo ſummam reuerentiam deberi. *Maieſtas* qua ſe exhibuit; quòd timendus; & in honore habendus. *Abſtinentia ab vxoribus* cauſa, fortè fuit legis Eccleſiaſticæ, quæ abſtinentiam actus coniugalis vrget tum temporis, quando, Dei acceditur menſa, in qua corpus ſanguiniſq; dominicus proponitur. *Sic lotio veſtimentorum* munditiam cordis ſignificat; quam ad illam menſam afferre eſt neceſſe. Quod etiam iumenta, quæ montem tangerent, eſſẽt interficienda, arguet grauitatẽ peccati: monetq; ſolitudinis pro Dei mandatis exequendis gerendæ. Sed hæc forſitan non ita pro noſtro inſtituto. Eſto ergo finis. 32.

CAPVT VII.

De Dei in Veteri Teſtamento Locutione per ſibilum auræ leuis, qualis facta eſt ad Eliam Tesbitem.

LOCVTIO Dei per *ſibilum tenuis auræ* ad Eliam Tesbitem facta 1. eſt: & 3 Reg. 19. cap. deſcribitur, & vt eodem propemodum loco accidit; vbi aliquoties Dominus locutus eſt Moyſi per nubem (vbi & Iudæorum populo per ignem?) ita & plurima cum illis habet communia. Nos quæ huic ſunt propria diſcutiemus. Quod vt commodius præſtemus, maiorique cum luce Lectoris, rem geſtam vniuerſam, ex ſacra hiſtoria aſſcribimus. *Cum veniſſet Elias* (fugiens perſecutionem Iezabel) *In Berſabee Iuda*, *& ſederet ſubter vnam iuniperum, petiuit animæ ſuæ, vt moreretur; & ait: Sufficit mihi Domine: tolle animam meam Neque enim melior ſum, quam Patres mei, Proiecitq; ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi. Et ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit ei: Surge & comede. Reſpexit & ecce ad caput ſuum ſubcinericeus*

panis & vas aquæ. Comedit ergo & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſusq́; eſt Angelus Domini ſecundò, & tetigit eum, dixitq́; illi: Surge & comede: grãdis enim tibi reſtat via. Qui cùm ſurrexiſſet, comedit & bibit: & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, vſq; ad montem Dei Oreb. Cumq́; veniſſet illuc, manſit in ſpelunca. & ecce ſermo Domini ad eum: dixitq́; illi: Quid hic agis Elia? At ille reſpondit: zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum: quia dereliquerunt pactum Domini, filij Iſrael. Altaria tua deſtruxerat: Prophetas tuos occiderunt gladio & relictus ſum ego ſolus: & quærunt animam meam, vt auferant eam. Et ait ei: Egredere, & ſta in monte, coram Domino: & ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis & fortis, ſubuertens montes, & conterens petras ante Dominum. Non in ſpiritu Dominus: & poſt ſpiritus commotio: Non in commotione Dominus: & poſt commotionem ignis: Non in igne Dominus: & poſt ignem ſibilus auræ tenuis. Quod cùm audiſſet Elias operuit vultum ſuum pallio: & egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ. Et ecce vox ad eum dicens, Quid hic agis Elia? Et ille reſpondit: zelo zelatus ſũ, pro Domino Deo exercituum Quia dereliquerunt pactum tuum filij Iſrael, altaria tua deſtruxerunt; & Prophetas tuos occiderunt gladio: & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animam meam, vt auferant eam. Et ait Dominus ad eum: Vade, & reuertere in viam tuam per deſertum in Damaſcum: cumq́; perueneris illuc, vnges Hazael Regem ſuper Syriam: & Iehu filium Namſi vnges Regem ſuper Iſrael: Eliſeum autem filium Saphat, qui eſt de Abelmeula vnges Prophetam pro te. Et erit, quicunq; fugerit gladium Hazael, occidit eum Iehu: & quicunq; fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliſeus. Et derelinquam mihi Iſrael, ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, &c.

Quadruplex hîc ſermo ad Eliam factus deſcribitur. duplex in deſerto ſub iunipero: duplex item in ſpelunca montis Oreb. In prioribus duobus excitatur à ſumno: iubeturque ſurgere, & comedere: ſignificatur quoque, vt ſe ad iter accingat. In poſterioribus rogatus quid agat in ſpelunca; reſpondit ſe zelo Domini agi; deploratq́; ſuorum temporum miſeriam. Iuſſus deinde, vt Dominum præſtoletur: præſtolatur; mandata accipit de Hazael, Iehu, Eliſeo.

3. Priores illæ locutiones præſentis loci nõ ſunt ob duplicẽ cauſam. Vna eſt, quod Angelus in vtraque locutus perhibeatur, qui in his Dei videtur nuncium egiſſe. altera eſt, quod in ſomnis vtraque acciderit; quales, quamuis etiam à Deo fiant, non ad hoc Apparitionum genus pertinent, ſed aliud, quo in ſomnis apparere Deus, & cum mortalib. agere perhibetur. de quo in ſequentibus. Vtramque cauſam haud obſcurè inſinuat Scriptura.

Poſteriores vtræque *videntur* eſſe loci præſentis; quia & ſenſibilem

4. vocem

Digitized by Google

vocem vigilans audiuit Elias; & Dei illam fuiſſe, tum author li. Reg.
inſtruit, tum oratio reſpondentis Eliæ. Author Libri docet *ſermonẽ*
Domini (non Angeli) factũ ad Eliam; rurſus *Dominum locutum* ad Eliã,
Dominum, ab eo exſpectandum. Oratio Eliæ; quæ de nullo, niſi de Do
mino poteſt intelligi, *Altaria Tua, deſtruxerunt: Prophetas Tuos occide-*
runt. Altera ſolius Dei ſunt: Prophetiæ ſolius Dei ſunt.

Veruntamen vtraque poſteriorum non huc pertinet: ſed altara 5.
tantum; poſtrema, ſcilicet inter quatuor. Tertia illa potius Angeli di-
cenda eſt, quam Dei: quamuis in eadem cum Angelo ita loquatur
Propheta, quemadmodum in poſtrema cum Deo. Angeli, inquam,
potius dicenda eſt, qui Prophetam inſtruxit: &, quaſi, ad Deum audi-
endum & conſpiciendum præparauit, veluti olim Moyſes populum
Iſraeliticum; quando ad montem Sinai erat acceſſurus, & Deum de
cælo loquẽntem auditurus.

Iuſsit enim vt ſpeluncam, in qua latebat egrederetur: Dominumq; 6.
venturum & tranſiturum præſtolaretur: aduentum autem ipſius præ
ceſſurum triplicia ſigna: in quarto Dominum proditurum: Signorũ
primum futurum ventum fortem & grandem, qui montes videatur
poſſe ſubuertere, & conterere petras: alterum commotionem, id eſt,
terræ motum, aut montis, aut loci vicini, vbi Elias degebat: tertium
ignem ipſum prætervolantem: In horum ſignorum nullo Dominũ
ait appariturum aut locuturum. Hoc eſt quod dicit; *Non in ſpiritum*
Dominus: non in commotione Dominus: non in igne Dominus: intellige aut ap-
parebit, aut loquetur: poſt hæc ſigna venturus Dominus, in *ſibilo auræ*
tenuis. An hæc à Deo dicta eſſe credi poteſt: An poteſt non credi dicta
eſſe ab Angelo?

Et quamuis etiam poſtrema Locutio, quã Deo aſcribimus per An- 7.
gelum perfecta ſit (quemadmodũ Angelorũ opera perfici omnes po-
ſtea docebimus) nõ tamen Angelo, vt priores tres tribui debet. Quia
in prioribus illis tribus Angelus propriam perſonam ſuſtnuit, & Dei
tantũ miniſter fuit: in hac poſtrema ſuſtinuit perſonã Dei, quẽadmo-
dũ & in omnibus alijs, in quibus Deus cũ mortalibus egiſſe dicitur.

Poſtrema igitur Locutio Deo tribuitur: priores Angelis, quia ta- 8.
men, quemadmodum Angeli Deo, ita Angelorum locutiones hæ, Dei
ſiue diuinæ ſeruiunt; & Angelis ſuis illis Eliam ad diuinam illam cõ-
pararunt: non tantũ, quæ ad Dei, per ſe, pertinẽt diſcutienda ſunt, ve-
rùm etiam, quæ illam præceſſerunt, & ad eandem quãdam quaſi præ
ambula fuerunt, quæq; cum illa coniuncta ſunt. Præceſſerunt tria ſig-
na externa; in quarto locutus eſt Deus. Coniuncta fuerunt ſitus, & ha-
bitus Eliæ: dicitur enim & *ſtetiſſe* in oſtio ſpeluncæ; & *caput capillio in-*
uoluiſſe.

Sibi-

Digitized by Google

9. *Sibilus* igitur *auræ leuis* quartum eſt ſignum, in quo Dominus ſe prodidit, non forma externa, ſed voce. In ſibilo auditus; non viſus: ſicut non viſus, ſed auditus à Moyſe, in *rubo*; à populo Iſraelitico in *igne*. Sonus autem hic eſt ex leuiter concuſſo aere excitatus. An alius aliquis ab ipſa Dei voce? an vox ipſe ſibilus auræ leuis? ita formatus, vt illa ipſa verba, quæ Deus locutus creditur, exhibuerit? Potuit poſterius hoc accidiſſe: prius factum eſſe, eſt veriſimilius; propterea; quod in *ſibilo* Dominus locutus dicatur: vt ob id ſibilius auræ leuis, quaſi vector vocis diuinæ fuerit: quemadmodum vocis noſtræ aer, in quo à loquente profecta vox ad aures, quaſi tranſportatur auditorum.

10. Quocirca duo ſoni hîc eodem tempore percipiebãtur: ſibilus auræ leuis, & cum ſibilo *vox* Dei loquentis. ſed non vterque æquè intensè: intenſius ipſa vox loquentis Dei. Cum enim ſibilus præſentiæ Domini argumentum tantum eſſet, vt & auditu perciperetur, omnino neceſſarium non eſſet: vox autem Domini audiri & intelligi planè debuerit; ſi ſibilus ipſam grauitate vel claritate ſuperaſſet, audiri forſitan vox potuiſſet, intelligi non potuiſſet.

11. An verò *in ipſa aura leui* vox formata ſit, difficile dictu. Forſitan à vicino denſiori corpore formata; cum aura autem leui, quæ ſibilum quendam reddebat, ad Eliæ aures delata. Profectò, ſi in aura leui formata eſt, maius hic, vel Dei, vel Angeli opus agnoſcamus oportet, quam ſi alio in corpore paulo atque pellente.

12. Sibilum triplex ſignum præceſsit. *quanto tempore?* Nouit, qui vtrique author eſt. Nouit, qui omnia notauit, & curioſè obſeruauit, Elias. Veriſimile eſt proximè ſibi ſucceſsiſſe. Hiſtoria Reg id inſinuat. Omnia vero magna ſunt: non ob id ſolùm, quia inſolita illo loco, & tempore; aut quia præter cauſas naturales, diuiniorem quendam authorem haberent, Spiritum, ſcilicet, cæleſtem: verum etiam, quia rei magnæ indicio fuerunt; aduentus omnipotentis Dei. Dominus, inquiebat Angelus Eliæ, tranſit.

13. Quocirca quàmuis illo loco, & tempore inſolita fuerunt, vt diximus: ratione tamen Dei cuius aduentus prænuncia erant, inſolita non fuerunt. Nouum non eſt portentis atque prodigijs Deum teſtari ſuũ aduentum. Sic ſuum aduentum teſtatus eſt filius Iſrael, in monte Oreb; quando legem ipſe daturus deſcendit. Sic aduentum filij ſui, antequam in hunc mundum prodiret verus homo. Sic aduẽtum Spiritus ſancti, ipſo Pentecoſtes die; quando & linguæ igneæ, & vehemẽs ventus percu'it Ieroſolomitas.

14. Et hanc, ſuſpicor præcipuam *cauſam* ſignorum fuiſſe, quorum hîc

hic hiſtoria meminit:quibus vtrum indiguerit vnus,cui illa exhibebatur,Elias,definire non audeo.hoc credo homini triſti,& abiecto,& qui quaſi de diuino cultu conſeruando,& reſtituendo deſperabat, profuiſſe:quam etiam ob cauſam illa eſſe edita;non obſcurè inſinuat,Regum hiſtoria.

At vtrunque autem,ſcilicet ad Dei maieſtatem demonſtrandam, 15.
& Eliam erigendum atque confirmandum,tanta ſignorum faciebat diuerſitas. Vnum potuiſſet ſufficere:ſed vt vir ſanctus intelligeret, non de diuino cultu reſtituendo eſſe deſperatum,in Dei quoque manu eſſe hominum corda,& poſſe Deum omnia,voluit omnia elemẽta ipſi ſeruire,omnia conditoris aduentum teſtari:ignẽ ſuo tranſitu; aerem excitato vento; terram inſolito motu.

In vno tamen ſignorum Dominus ſe prodere voluit: in vno vo- 16.
cem ſuam audiri:*ſuaui*, videlicet,*ſibilo leuis auræ*: an vt amico amicè ſe exhiberet? an vt à conſueto ſibi apparendi modo non diſcederet: vt principio terrorem incutiat,& hominum animos quaſi excitet, poſtea quietos reliquat,& attentos habeat Addit huius aliam cauſam Angelomus.*In ſpiritu*,inquit,*commotionis & ignis non eſſe Dominus dicitur:in ſibilo autem leuis auræ eſſe non negatur, quia nimirum, cum mens cõtemplationis ſublimitate ſuſpenditur;quidquid perfectè conſpicere praualet, Deus non eſt. Qui verò ſubtile aliquid conſpicit,hoc eſt,quod de incomprehenſibili ſubſtantia æternitatis audit. Quaſi enim ſibilum tenuis auræ percipimus, cum ſaporem circumſcriptæ veritatis contemplatione ſubita ſubtiliter deguſtamus.*

Procopius Gazeus,aliud his quatuor ſignis intelligit. Prioribus 17.
tribus docet Deum ſignificare, quod facile ſibi ſit fulmina demittere;& terram concutere,eamq́; impijs repentè ſepulchrum oſtendere;& ſpirituum vi omnia perdere: quarto autem declararequod lõganimitas ipſi placeat.

Idem aliud myſterium in his ijſdem ſignis obſeruat; *Quod Deus* 18.
veteris legis non ſit ignis, inquit, *docetur Elias,& per ipſum nos omnes. Sed neque aura tenuis.per tenuem verò auram dicitur adeſſe. Cum enim in caliginoſa nube & igne filijs Iſrael apparuerit; inueniens Eliam ſublimiorum capacem,eum in notitiam incorporei eo ſubduxit à terræ motu,à ſpiritu & igne tenuem auram.*

Et in *monte* audiri voluit,*loco deſerto*. Delectatur,ſcilicet, Deus lo- 19.
cis deſertis;non ſe propter;ſed eos,cum quibus acturus eſt.his poteſt ad cor ipſis loqui:quia his à rebus terrenis quaſi,& tumultibus ſeparati,ſe totos diuinæ diſciplinæ,& inſtitutioni tradere poſſunt. vbi tumultibus omnia plena:Dei vox difficulter percipitur,difficiliùs expeditur.

Ex deſertis verò locis, præ cæteris, *Oreb* electus eſt. eo excitatus
20. ab Angelo contulit ſe Elias: non dubito, diuino ipſum impellente numine. Conueniebat zelatori legis illo in monte agere: vbi lex data & promulgata. Poterat quoque hoc loco admoneri Deo prodigiorum, quæ in eodem reuelata Moyſi, Exod. 3. reuelata populo Dei, Exod. 20. Potuit facilius ſic Angelo aſſerenti Deum ſibi apparriturum credere. Potuit intelligere, qua reuerentia eo loci agendum ipſi, quē præ cæteris ſibi Deus delegerat ad magnas res perfiiendas.

21. Et omnino hoc intellexiſſe videtur Elias. Optimè ſiquidem ſe habuit erga ſibi loquentem Deum, dum *caput pallio* in uoluit. Moyſes nebula prohibitus eſt, Exod. 33. ne tranſeuntem Dominum cerneret: hic pro nebula vſus pallio, quo caput inuoluit. *quia*, vt inquit Angelomus, in 19. 3. Regum, *in ipſa ſubtiliſſimo contemplatione veritatis, quanta ignorantia homo tegatur, agnoſcit. Vultu namq; pallium ſuperducere eſt: ne altiora mens quærere audeat, hac conſideratione propria infirmitatis velare; nequaquam intelligentiæ oculos vltra ſe præcipitanter aperiat; ſed ad hoc, quod apprehendere non valet, reuerenter claudat.*

CAPVT VIII.

De Locutione Dei per turbinem, qualis perhibetur facta eſſe S. Iob.

1. TVrbo nunc ventum validiſſimum, & verticoſum, obuia quæq; deturbantem, & proſternantem ſignificat; nunc genus inſtrumēti luſorij, quod à pueris ſcutica in gyrum circumagitur. Priori ſignificatione à Vergilio Aeneid. 1.

Venti velut agmine facto
Qua data porta ruunt, & terras Turbine perſlant. Poſteriori à Tibullo, lib. 1. Eleg 5.

Namq; agor vt per plana citus, ſola verbere Turbo,
Quem celer aſſueta verſat ab arte puer.

2. Poſterior hæc ſignificatio ab illa priore deſcendit; quemadmodū & alia, qua, per metaphoram, nomine Turbinis, tumultum ſignificamus.

In *Turbine* etiam Deus locutus legitur, Iob. 38. & locutus non pauca. An in genere *inſtrumenti luſorij*? an in *tumultu*? an in *vento valido atque vehementi*? De inſtrumento luſorio non ſuſpicor vlli cogitationē obrepere. de valido vento atque tumultu non idem ſentiunt omnes.

Quidam

Quidam *tumultum* ſiue *contentioſam diſputationem* Elihu hic intelligunt. Vehementiori enim ſpiritu ille Iob, virum ſanctum, aggreſſus eſt; & acerrimè, pro diuina prouidentia, decertauit (quamuis in aliquibus hallucinaretur atque erraret; quamobrem etiam à Domino eſt reprehenſus) Itaque quod de *Turbine* Dominus Iob dicitur locutus, idem eſſet; quaſi, turbinem verborum, eiuſq; tumultuantem diſputationem Dominus diſcutiendam ſuſcepcrit, & de eodem, cum Iob, examen inſtituerit. Ita Turbinem exponit Albertus Magnus, teſte Dionyſio Carthuſiano. 3.

Qui hanc ſententiam ſequuntur non neceſſe habent hanc Dei Locutionem ad Iob factam, ad hoc genus diuinæ Locutionis, & Apparitionis referre, quia quod voce externa hæc ſit facta, hunc non colligitur. Neque enim quotieſcunque locutus Deus dicitur: humana, & externa, voce eſt locutus, quamuis etiam ſub externa forma non ſit viſus. quemadmodum ſuperius dictum eſt. 4.

Alij per *Turbinem* validiſſimum ventum intelligunt: atque in hoc, & cum hoc, Deũ volunt viro ſancto eſſe locutum. Veruntamen non eodem modo omnes ſentiunt locutionem eſſe peractam. Quidam volunt ventum validiſſimum obſeruatum à Iob: poſt ventum verò ipſum diuinitus eſſe inſtructum, non *voce aliqua externa*, quæ ad corporis aures peruenerit; ſed afflatu quodã interno: qualis vel in ſomno potuit viro ſancto accidiſſe, vel in vigilia. Quidam, cum, in ipſo, validiſſimo vento vocem externam aſſerunt auditam. 5.

Qui priorem illam ſententiam ſequuntur, non hoc loco Locutionem hanc debent conſtituere: qui poſteriorem, alio, quam hoc loco, non poſſunt. Vtra verior ſententia, difficile dictu. Neutra diſplicet S. Thomæ, teſte Dionyſio: probat poſteriorem. Exiſtimat per miraculum, vocem formatam in aere, cum quadam aeris turbatione, *ſicuti*, inquit, *legitur factum in monte Sinai*; *vel, ſicuti ad Chriſtum vox facta eſt, quando nonnulli dixerunt, tonitruum factum eſſe*. Ioan. 12. Ita de Turbine Authores. Nos ſequentibus ſententiam noſtram explicamus. 6.

Exiſtimamus igitur per *Turbinem*, non tumultum, ſed ventum intelligi: tum quod pro hac ſententia ſint non ignobiles Authores; tum quod hic credamus locum habere debere B. Auguſtini Regulam, quam 3. de Doctr. Chriſtia. præſcribit: quod *verba Scripturæ propriè intelligenda ſint, & non per tropum*; *niſi vbi vel euidens neceſſitas, vel Eccleſiæ authoritas aliud doceat*. Quid enim hic prohibet, cur minus in genuina propriaq; ſignificatione Turbo accipiatur. 7.

Veruntamen non nudus, ſimplexq; ventus fuiſſe videtur hic *Turbo*, &

qualem ſolemus vocare concitatum aerem, qui audiatur quidem, non verò videatur. Exiſtimamus ſub aſpectum veniſſe, ideoque non tam aerem, quàm denſiorem nubeculam fuiſſe. Confirmat hoc Septuaginta Interpretũ verſio, qui vbi nos *Turbinem* habemus, ipſi transferunt *procellas & nubes*. Et S. Auguſtinus ibidem legit *per turbinem nubis* Dominum locutum Iobo.

9. Nubecula igitur fuit, ex qua Deus audiebatur: veruntamen non quieſcens, vt plerunque illa, ex qua loquebatur Moyſi. hæc continuo motu agebatur, & in gyrum rapiebatur: ad eum (ſuſpicor) modum, quo humus arida vortice torquetur, ſiue rotatur, & ab imo in ſummum erigitur. Non ineptè hoc dicitur, ſi & LXX. Interpretum lectio recipiatur, & teneatur vulgata, Eccleſiæ calculo, approbata. vt ob id in Græcor. Catena in Iob, Turbo bene definiatur. *Nubis conuerſio & contorſio.*

10. Turbo hic, ſiue Nubes, altiori populo loco ſubſtitiſſe videtur, & non terræ prorſus affixus: Non affirmat hoc quidem Scriptura, ſed tamen ratio ſuggerit: & probant aliæ nubes, ex quibus Deus aliquando locutus legitur. Omnino verò ita ſenſiſſe videtur Chryſoſtomus, cuius hæc in Græcor. Catena, citatur oratio: *Cælum*, inquit, *ſymbolum & nata eſt Nubes. Quando igitur cælum ipſum vult Iobi vertici imminere, fermè ſolium ſuum prope Iobum admouet, quo mentem eius erigat: nec vocem ferri ſupernè ambigat, quemadmodum etiam in arca Propitiatorio.*

11. Et non videbatur ſolùm Turbo ſiue Nubes; verùmetiam audiebatur ſonus ipſius quidam, atque ſtrepitus, quem edebat: quem idcirco nonnulli editum exiſtimant, vt qui circumſiſtebant S. Iobum perterrerentur, atque hi vnà cum ſancto, ad audiendum excitarentur. Accedit ad hæc, quod nouum non ſit Deo præſentiam ſuam etiam hac ratione teſtari.

12. Sonus hic, ſiue ſtrepitus, ab ipſa Dei voce & oratione, quæ ad Iob. habebatur, differebat. Omnino hoc certum. Quia vox & oratio Dei diſtincta erat & articulata: ſonus confuſus & indiſtinctus, non ſecus atque ille, qui feſto Pentecoſtes Ieroſolymis aliquando fuit auditus, quando diuinitus Apoſtoli repleti ſunt ſpiritu ſancto. Act. 2.

13. Oratio autem Dei, non *poſt* Turbinem percipiebatur, ſed *cum* Turbine: imò *in* ipſo Turbine. quemadmodum & Dei ad Moyſen loquẽtis oratio ex nube, non poſt nubem. Id phraſis Scripturæ inſinuat. Neque enim Dominus locutus dicitur *poſt* Turbinem, ſed *de* Turbine: eodem modo, quo locutus de cælo, de nube, de rubo, de propitiatorio, &c.

Itaque

Itaque duo hîc ſoni concurrebant. Alter erat ipſius Turbinis, al- 14.
ter Dei loquentis in Turbine. Ille ſolum ſe prodebat, Deiq; præſen-
tiam; hic & ſe, & Dei præſentiam, & præterea res, quas Deus Iobũ vo-
luit percipere. res quidem præcipuè, atq; ex Dei intentione: ſe verũ-
que loquentem per accidens quaſi, & minus præcipuè.

Non æqualis verò fuit vtriuſque ſoni quantitas. Multum ille, qui 15.
Dei loquentis fuit, ſuperauit alterum, qui fuit Turbinis. Et meritò,
quia hic illi ſeruiebat. Et ille auditoris animum quaſi excitabat ad at-
tentionem, hic excitatum diuinis myſterijs imbuebat.

Quocirca non dubitamus, quin vocalis atque externa fuerit hic 16.
Dei cum Iobo loquentis oratio: non imaginaria, aut intellectualis.
Et hoc phraſis ſcripturæ præſens ſignificat, & ſimiles aliæ, quibus a-
liâs Deus locutus dicitur, de cælo, de nube, de propitiatorio, & cete-
ra. Profectò non de Turbine locutus Dominus diceretur, niſi vox
Domini de Turbine prodire audita eſſet. quid enim ad vocem, quæ
mente aut imaginatione concipitur, Turbo? Sed externa fuit Iobi ad
Dominum: externa ſociorum ad Iobum, & Iobi ad ſocios: quidni, &
Domini externa ad Iobum? *E nube ac Turbine*, inquit Iulianus, in Ca-
tena Græcor. citatus, *ſe Dominus Iobo oſtendit, ſicut olim Iſraeli in vocum
ſonitu, Moyſi in columna nubis.*

Hinc non malè colligitur hanc Domini orationem de Turbine 17.
factam non à Iobo tantùm, verùm etiam à ſocijs præſentibus percep-
tam eſſe: quemadmodum & Turbine volunt omnes perterritos, &
ad audiendum excitatos fuiſſe. Et fortè ita fieri conueniebat, ſi con-
ſtituamus Deum quaſi ſe Iudicem hic cõſtituiſſe, atque vltimam ſen-
tentiam, poſt longã contrariamq; diſputationem protuliſſe, litemq;
compoſuiſſe.

Hinc quoque colligitur, cur orationem ſuam tamdiu diſtulerit 18.
Deus. Methodius aliam huius dilationis cauſam inſinuat: *Aduerte*, in-
quit, *haud à primo Deum loqui hominibus, verùm vbi rebus pluribus perculſus
fuerit animus, atq; exercitatione corroboratus, atq; in locum editum, quantum
humana natura fert conditio, peruenerit: tunc demũ hominibus loquitur Deus,
atq; ijs, qui ſuperârunt ad ſenſum, ſuos redigit ſermones.* Hæc de oratione
Dei per Turbinem.

Dictis ſi duo adiecerimus, Capiti finem imponemus. priori quæ- 19.
ritur, An in Turbine ſolùm auditus Dominus, non etiam *viſus*, poſte-
riori, *cur* Turbinem elegerit præ ſimplici aut quieſcente nube, præ
igne, præ ſibilo, præ propitiatorio & tabernaculo, præ Vrim & Thũ-
mim, quibus ferè apud Iudæos eſt vſus, quando externam ad ipſos
orationem habuit.

ſitum eſſe potuit, quàm quid propoſitum fuit, coniecimus.

Similiter & præſentis *Turbinis* cauſam coniectare poſſumus ex turbine verborum, quibus grauius Iobum perſtrinxerat Elihu; vt, ſcilicet turbatæ orationi ipſius Turbo, in quo Deus loquebatur, reſponderet. Familiariſſimum ſiquidem Deo eſt, vt ingeniis actionibuſque hominum ſe, actioneſque ſuas accōmodet: cum *ſancto ſit ſanctus*; cum *peruerſo peruerſus*, vt Pſalmiſta loquitur Pſalm. 17. & cum peregrinis ſe ſimulet peregrinum, Lucæ 24. in horto conſpiciatur, ſub ſpecie hortulani. Ioan. 20. 26.

Qui Turbinē diſcriminant & diſtinguunt in procellā atque nubē. Nubem voluit aſſumptam à Deo, ne Iob minus aliquid videretur habuiſſe, præ Moyſe & Aarone: procellam autem, vt horror incuteretur & Iob, & præſentibus amicis, compararenturq; eorum animi ad vocem Dei percipiendam. Methodius vtriuſque rationem myſticā aſſignat. *Quoniam*, inquit, *turbo tempeſtatis eſt author, nec Iobi fides in tempeſtate malorū, vllū naufragiū fecit, ſed multo magis eduxit; idcirco qui ei oracula dedit, ad ſuperioris ærumnæ procellam ſignificandam, procellam item dum loquitur aſſumit. Atque vt Iobi res à tempeſtate ad ſerenam tranquillitatem oſtenderet demigraſſe: non ſolum per procellam, ſed nubes etiam loquitur.* 27.

CAPVT IX.

De Locutione Dei, in veteri Teſtamento facta ex Propitiatorio.

VNA eademque Dei Locutio intelligitur, ſiue ex *Propitiatorio*, ſiue ex *Oraculo* locutus dicatur Deus, ſiue ex *Operculo* atque *Opertorio*, ſiue ex *Tabernaculo*. Quia vel prorſus eadem res hæc ſunt; vel figura locutionis vna pro alia ſumitur. *Tabernaculum* quidem ſi propriè ſumatur, totum ſignificat ædificium, quod Deus ad ſui nominis cultum præcipuè exſtrui curauerat. veruntamen quoniam in hoc Propitiatorium, ſiue Arca erat, ex quo loquebatur Deus, ex *Tabernaculo* locutus dicitur. Eandemque ob cauſam, alia quoque, quæ Propitiatorio, ſiue *Arcæ* tribuūtur, tribuuntur etiam Tabernaculo. Hinc & Tabernaculum fœderis dicitur, & Tabernaculum Teſtimonij; quia, ſcilicet, Arcam cōtinebat, quæ arca fœderis, & *Arca* Teſtimonij dicitur. 1.

Arca verò, ſiue potius eius pars ſuperior. *Propitiatorium*, dicebatur & *Operculum*, & *Opertorium* atque *Oraculum*; tribus, apud Latinos, 2.

nos,diſtinctis nominibus,ſed quorum priora duo originem, atque cauſam ex vna habuerũt radice Hebraica,Caphar;quod & *propitiari* & *tegere* ſignificat.Nec malè,quia duplex,duplici nomine, eius munus ſignificatur, propitiari atque tegere. Nam & Arcæ ſuperiorem partem tegebat;& ex eodem Deus propitiabatur. Vtrumque LXX. Interpretes eleganter expreſſerunt,vertentes ἱλαςήριον ἐπίθεμα

3. *Oraculum* dicebatur idem propitiatorium,à tertio officio, quod ſuſtinebat.hoc erat;quod Deus inde Oracula fundebat,& vel hominibus diuinam voluntatem ſciſcitantibus reſpondebat, vel vltro, ſuam mentem de agendis omittendiſue non interrogatus, patefaciebat.Huius ratione ex eo locutus Deus dici debet. Vnde & Oraculum dictum,quod Oris hic Deus mentem declaret;vel,teſte Cicerone in Topicis,*quod inſit his Dei oratio.*

4. Quoniam verò Propitiatorium cum Operculo conuerti diximus propriè ipſum non tota eſt Arca,ſed cooperculum,quod Arcam.quę manna continebat, cum Moyſis tabulis,atque virga Aaron tegebat, & quidem *idem* illud,quod arcam tegebat,vt volunt Aben Eſra,Rabbi Salomon,& Abulenſis,q.17.atque Ribera,lib.2.de Tẽplo. cap. 6. vel quod magis placet S.Thomæ,Lyræ & nobis,*aliud* ab ipſo.

5. Coperculum hoc Duo Cherubim conſtituebant,de auro non fuſili,ſed malleolis ductuli;ſe mutuo aſpicientes;& alas ſibi mutuo tãquam manus præbentes,ita videlicet:vt dextra vnius tangeret ſiniſtram alterius:& huius dextram illius ſiniſtram. Quocirca ſedem quandam quaſi Deo præbuerunt, quemadmodum arcæ ſuperior pars,ſcabellum quaſi,vbi ſedentis pedes conquieſcerent. Hinc Regius Propheta,Pſalm.79 *Qui ſedes ſuper Cherubim,manifeſtare coram Ephraim* & Pſalm.98.*Dominus regnauit,iraſcãtur populi,qui ſedes ſuper Cherubim,moueatur terra* & Iſaias ca.37.*Domine exercituum, Deus Iſrael, qui ſedes ſuper Cherubim.*Hinc quoque currum Deo præbere dicuntur.Ezech. 49.& Pſalm.17.

6. De forma horum Cherubim varia eſt ſententia. Ioſephus lib 3. Antiq.cap 6.putat retuliſſe *animantia volucria*,noua ſpecie, nunquam alicui mortalium viſa;quæ Moyſes in Dei ſolio viderit figurata. Oleaſter in Exodum dubitat,vtrum *humanæ formæ* fuerint. Verùm humana extitiſſe docet Concilium Nicænum. 2 Act. 2.Et ratio è cuſtodibus Paradiſi petitur,atque ex cap 25.tex.20.Exodi. Vbi enim nos legimus *verſis vultibus*,hebraicè dicitur,*vir aſpicere fratrem ſuum*,id eſt vnus Cherub alterum.

7. Sexu erant ambo maſculi,vt ex eodem verſu colligitur, contra Ariam Montanum,qui vtrumque hic ſexũ agnoſcit.Et *iuuenili* erant æta-

ætatè, quo pulchritudo maior ſignificaretur, vt docet R. Kimchi. *Nudos* fuiſſe reſpuit loci rerumq; grauitas. Neque capite tantùm, vel corpore medio, ſed *integro* aureas illas ſtatuas conſtituiſſe, colligitur ex 2. Paral. 3. vbi ſic legitur. *Ipſi autem ſtabant erectis pedibus, & facies eorum verſæ ad exteriorem domum.*

Ex hoc propitiatorio Deus ſe locuturum promiſit, Moyſi, Exod. 25. *Inde* inquit, textu 22 *præcipiam, & loquar ad te ſupra Propitiatorium de medio duorum Cherubim.* Locutum eſſe conſtat Numerorum 7. vbi ſic habetur, text. 89 *Cumq; ingrederetur Moyſes Tabernaculum fœderis, vt cōſuleret Dominum, audiebat vocem loquentis ad ſe de Propitiatorio; quod erat ſuper arcam teſtimonij, inter duos Cherubim, vnde & loquebatur ei.* Sed Locutionis huius circumſtantias coniunctimq; diſcutiamus. 9.

Primum igitur quærimus, *Quomodo* loquebatur? voxne viſa eſt 10. prodire ex Cherubim ore? & vnius aut vtriuſque? an ex alis ſe mutuo complectentibus? aut pedibus, vel aliqua alia corporis parte? an fortè totum Propitiatorij corpus vocem reddebat? Nihil horum. Vt ex toto corpore prodiret, aut pedibus, non conueniebat, quemadmodū neque, vt alæ ipſam redderent. Os, quamuis voci commodius ſeruire potuit, ſeruire tamen non debuit, quod non Deus, ſed Cherub locutus dictus fuiſſet.

Supra Cherubim vox formabatur, & reddebatur. *Loquar ad te.* dicit Dominus, Exod. 25 *ſupra Propitiatorium.* Pulchrè profectò, quoniam Deus ſe qui dicebatur, quem non referebat Propitiatorium, ſed ferebat Propitiatorium Dei ſedes fuit. iam verò non ſedes eſt quæ interrogantibus reſpondet: ſed qui ſede altior eſt; qui ſupra ſedem ſedet. 11.

Cur præ Seraphim elegit Deus *Cherubim*, tanquam ſolium, & ſedem, 12. vnde oracula daturus? Ratio certa huius dari non poteſt. cum magno tamen conſilio hoc factum eſſe coniectura eſt, quod *nunquam* ſuper Seraphin, *ſemper* ſuper Cherubim ſedere dicatur. forſitan ex nomine, qualis qualis, ratio accipitur. *Cherub*, inquit B. Hieronymus in 10. Ezech. *multitudinem ſcientiæ ſignificat.* vt igitur ſignificetur Deum ſapientiſsimum eſſe, & omnem ſcientiam, etiam altiſsimorum ſpirituum longè ſuperare, & ſua ſapientia res humanas diſponere, meritò dicitur *ſedere ſuper Cherubim.*

Et cur *ſupra Cherubim ſedens voluit loqui?* An alius ipſi, vnde loque- 12. retur, locus defuit? Suſpicor ita voluiſſe, vt intelligeretur is eſſe, qui toties in Prophetis dictus eſt *Dominus exercituum*, id eſt, qui regnat in cælo; & omnibus cæleſtibus præeſt, etiam ſummis, vt ſunt Cheru-

Digitized by Google

bim Ita Ribera lib. 2. de Templo, cap. 6. quamuis & hoc admoneri potuerunt diuina reſponſa petentes, nihil temerè à Deo dici: dici omnia magno cum conſilio, ab eo, qui ſedet *ſuper Cherubim*, & præeſt, ſcientiæ flagrantibus, Spiritibus.

13. Et ſuper Cherubim *ſe complectentia*, & quamuis mutuo ſibi manus præbentia voluit ſedere; inde apparere, loqui, propitiari. An forſitan hoc ſine ratione? Et hoc magno cum conſilio. Charitatis hoc ſimbolum aliquod eſt; quemadmodum & illud, quod mutuo ſibi facies præbent. E profecto charitatis tantus amator eſt Deus, vt in iis, *qui in charitate manent, maneat ipſe: & quicunque in charitate manent, in Deo maneant*; quemadmodum Apoſt. loquitur 1 Ioan. 4.

14. Quod ſuper Cherubim, quæ *genus maſculinum* referant, ſedeat, loquatur; forſitan Maieſtas Dei poſtulat, cui præſtantiora ſemper debentur. forſitan & fidem conſtantiamque dictorum eius arguit. Neque enim eſt Deus noſter, vt homo (mulier maximè) varium & mutabile. *Ego*, inquit, *ſum Deus & non mutor*. Malach. 3. forſitan & maſculum animum vult eos, qui ſibi appropinquat, oracula poſtulari afferre.

15. *Iuuenilis ætas* ipſis cum omnibus cæleſtibus Spiritibus eſt communis. Nullus eorum ſenis ſpecie pingitur, ſculpitur, apparet. Meritò. Quia annorum numero non ſeneſcunt integræ ſemper ipſorū vires. Quod ſi huius etiam in Propitiatorio ratio habenda, putarem illam, non tam Deo loquenti ex Propitiatorio; quam in Propitiatorio ſedenti ſeruire. Delectatur Deus iuuenum pietate; & in his, quaſi ſedere, & quieſcere dicitur. Singulariter, & præ cæteris, quidem dilectus dicitur, quia præ cæteris iuuenilem ætatem Deo conſecraſſe creditur.

16. Eandem ob cauſam dici poſſet *ſedere ſuper alas*: quod prompto, ſcilicet, hominum ſtudio recreetur; deteſtetur tardos & ignauos. quam vis & alis, quibus inſidet, admoneri poſſunt, qui ex Propitiatorio loquentem audiuit Deum, alas ſibi aſſumendas, & magno cum ſtudio Dei mandata perficienda. Placuit ille, qui dicebat: *Viam mandatorum tuorum cucurri*. Pſal. 118. & alibi. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meū*. Pſal. 107.

17. Sic iuſtas ob cauſas voluit loqui ex Propitiatorio, non ſimpliciter, ſed quod *Arca inniteretur*: quia & Arca ipſa, & res, quæ in Arca conſeruabantur, de rebus magnis mortales, qui Deum loquentem audiebant, admonere potuerunt, & debuerunt: quemadmodum admonuerunt & Propitiatorium ipſum, & quæ cum Propitiatorio fuerunt coniuncta.

18. *Arca* quidem duobus modis. Primo ſua, qua conſtabat materia, auro.

auro inquam puriſſimo: cuius vſum hic quidam damnarent, & cum proditore Iuda clamarent, *Vt quid perditio hæc*, ſi non Deus ipſe aurum pro conſtruenda arca imperaſſet. Deinde egregia ſua, perfectaque; & quam etiam Deus præſcripſerat forma. Prius monet ſplendidũ, non & ſordidum oportere eſſe Dei cultum, ipſique rebus præſtantioribus deſeruiendum: poſterius, curandum, vt quam ordinatiſſimè decentiſſimeque in eo peragantur omnia.

Res in Arca contenta admonent, quarum rerum, vt ita dicam, Deus ſit religioſus cuſtos, quaſque mortalibus velit eſſe commendatiſſimas. *Manna* hæ ſunt: Exod. 16. *Tabula Moyſis*, Deut. 32 *Virga Aaron*, Num. 17, Hæc Arca continebat omnia. Vt ad Hæbræos 9. dicitur. Manna poſtulat memoriam beneficiorum Dei. Tabulæ Moyſis cuſtodiam legis. Virga Aaron Magiſtratus obſeruantiam. Qui Deum conſulturus Propitiatorium accedit, meminiſſe debet ipſum inſidere Arcæ, quæ ſuo, quem includit theſauro, vrget gratitudinem, diuinæ legis cuſtodiam, & obſeruantiam atque obedientiam Magiſtratus. Et hæc de ipſo *Propitiatorio*, vnde vox Dei audiebatur. 19.

Quæſtio verò eſt, Vtrum ex *nudo Propitiatorio* vox prodierit, & 20.
tantum audita ſit, an etiam, præter vocem, corpus quoddam Propitiatorium ambiuerit, vel occuparit, quod vocem reddiderit: & quale illud fuerit. Curioſius forſitan hoc quæritur, ſed tamen non malè; cùm certum ſit vel auditam tantum de nudo Propitiatorio vocem; vel, præter vocem, viſum corpus, quod vocem ediderit. Si viſum aliquod: certè humanam formam non habuit. Semper viſum eſſe aliquod, dubito an doceri poſſit. Aliquando viſam eſſe nubẽ, quæ Propitiatorium tegeret, credi debet. Sic enim legitur, Leuit. 18. *In nube apparebo ſuper Oraculum* Qui in Arca iacuiſſe corpus, quod vocem inde reddiderit, docent: neſcio an dicti ſui rationem dare valeant.

An *omnibus locis* Propitiatorium Oracula reddebat? Nõ reddebat.
Non omnibus locis, ex ipſo, loquebatur Deus. Nec mirum; quia nec 21.
omnibus locis oraculo petebatur: nec ſi petita, omnibus locis fuiſſent data. *Quibus igitur, & quibus non?* Nõ *profanis*. ſed *ſacris*: an omnibus? *incertum*. Explico obſcurius dicta.

Duplicia Propitiatorij loca diſtinguere poſſumus, quia duplicia
habuit Arca: à qua Propitiatorium non fuit diſtinctum: *profana*, & *ſacra* Profana voco, quæ Arcæ conſeruandæ deſtinata non fuerunt ſacra, quæ vel Deus eidem deſtinauit; vel ſancti Dei homines, diuini Spiritus impulſu, honoris cauſa eidem conſtruxerunt. 22.

23 Et *profana* duplicia diſtinguemus. Apertè, videlicet oporſan& inprimis ipſa vaſta ſolitudo in qua Arca, cum propitiatorio Leuitarũ humeris portabatur: deinde templum Dagon, in quod, quando à Philiſtæis capta eſt, magna cum Dei Iudaicique populi ignominia eſt tranſlata. Sic ſacra duplicia poſſũt diſtingui Nam & Tabernaculum, & Templum Salomonis ipſum recepit.

24. Tabernaculum porrò non idem Arcæ fuit. Alterum à Moyſe, iuſſu Dei, exſtructum eſt; alterum à Dauide. Quæ diximus, ex ſacra hiſtoria ſunt clara. Moyſes iuſſus eſt extruere Tabernaculum, poſtquam populo legem dedit Deus: illo pro templo in deſerto vſi ſunt Iſraelitæ: tandem verò iam pacata terra ipſum conſtituerunt in Silo (Ioſue 18) vrbe Ephratica; cui hoc donum videbatur deberi, tum propter eius pulchritudinem; tũ propter Ioſue, qui de tribu Ephraim erat, & Dux populi, auctoritatem. In Silo manſit vſque ad Sacerdotis Heli vltimum annum; quo grauiſſimo bello Philiſtinorum ingruente, miſit populus in Silo, pro Arca, in caſtra deferenda. Capta tunc Arca, victis & captis Iudæis, (1. Reg 4.) atque in Azotum adducta, 1. Reg 5. manſit ibidem menſibus ſeptem, 1. Reg. 7. Hinc miſſa in vrbē Bethſames. 1. Reg. 6. poſtea in Cariathiarim, 1. Reg. 7. Hinc in domum Obed Edam Gethei, 1. Paral. 13. ibique tribus menſibus hæſit. Cui poſtquam vidit Dauid Deum benedixiſſe propter Arcam; adiecit animum: vt ad domum ſuam, in Hieruſalem, illam adduceret, *Ædificauit igitur*, (ita dicitur 1. Paralip. 15.) *locum arcæ tetēditque illi Tabernaculum*, quod aliud erat ab illo Moyſis. Atque de hoc intelligitur, quod 3 Reg 1. dicitur Adoniam, cum timeret Salomonem fugiſſe in Tabernaculum, & apprehendiſſe cornu altaris. Porro edificato templo à Salomone, vna cum Arca Tabernaculum illud Moyſis tranſtulit Salomon in domum Domini, 3 Reg. 8. Atque ita alter locus ſacer Propitiatorio & Arcæ ſeruiēs, eſt templum. Hæc pro ſacris, & profanis Locis Arcæ atque Propitiatorij.

25. Igitur profanis locis, ex Propitiatorio, à Deo reſponſum non accipiebatur. Accipiebatur ſacris. An *omnibus*? In Tabernaculo illo à Moyſe exſtructo, quandiu in ſolitudine errabant Iudæi, accipiebatur An quoque in illo, exſtructo à Dauide? templo quoque Salomonis? Non ita certum hoc: Quod ſemper acceptum ſit, vix creditur, Neque enim eandem rationem omnibus locis, & temporibus Deus tenuit.

26. Ex quibus, ex Propitiatorio reſpondebatur à Deo? Moyſi, &, vt plurimũ, Sacerdotibus. An quoque Prophetis? Nō ſimiliter. Omnib. ferè locis Prophetas Spiritus Domini arripiebat. Non ad Templum

an

aut Tabernaculum illi alligati. Atque hanc differentiam Deus ferè inter Prophetas atque Sacerdotes obſeruauit. Sunt & aliæ inter ipſos differentiæ, ſi quando Deus vtriſque loquebatur. Sacerdotibus reſpondebat ſolum interrogantibus, & diuinum oraculum conſulentibus. Prophetis verò nunc conſulentibus, nunc vltrò, antequam ipſi Deum conſulturi, oraculum accederent loquebatur. Rurſus ſacerdotes Ephod induebantur: hoc carebant Prophetæ: Præterea, oratione ad Deum conuerſi, reſponſum exſpectabant Sacerdotes: Prophetæ, ſi aliquando orationem permitterent, certè non ſemper: Deus ſæpiſſimè ipſos præueniebat.

CAPVT X.

De Dei locutione, in Veteri Teſtamento, quæ ex cælo hominibus facta dicitur.

DEI Locutio de cælo, vna celebris eſt, quæ facta eſt ad Iudæorum populum, quando primum legem ſuam Deus promulgauit. hæc de cælo facta dicitur, quia ex altiſſimo monte Sinai ad populum qui ad montis radices hærebat, peruenit. De hac in húc modum, Exod. 20. Dominus: *Vos vidiſtis, quod de cælo locutus ſim vobis.* Et Deut. 4. Moyſes: *Deus,* inquit, *fecit te audire vocem ſuam de cælo; vt doceret te & in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximum.* De hac nobis in præſenti Diſputatio nó eſt, quoniam ab illa, per *Ignem*, de qua cap 6. non differt. 2.

Præter hanc aliæ ſunt, quæ de *Cælo* dicuntur factæ: in quibus neque ignis, neque certa nubes, vt in alijs, obſeruantur: ſed vox vel tantum deſcribitur de *Cælo* facta, vel cælitus facta intelligitur. Huius generis in nouo Teſtamento plures accidiſſe dubium non eſt. Ter ſiquidem ſuper Chriſtum facta, vox legitur: ſemel ſuper *S*aulum Tharſéſem, cum irarum plenus, ſpirans tenderet Damaſcum. in veteri etiam, quæ huius ſunt loci, obſeruatas eſſe, ex hiſtoriarum narratione ſatis intelligitur. De his præſens eſt inquiſitio; ſed admodum breuis; quod duo tantum vel tria ſint, quæ difficultatem aliquam habeant: hæc ſcilicet: Principio. Quid intelligatur nomine Cæli, Vnde vox Dei audita dicitur: Secundò, quomodò ex illo vox prodire dici debeat. Tertiò, quanam ex Cæli regione vox prodierit. 3.

Cæli nomine in Scripturis tria ſignificare alicubi in 2 Corinth. 2. indicat S. Thomas. Nobis alia triplex eius ſignificatio ſeruit, quoniá vel ipſa corpora cæleſtia intelligimus: vel locú, qui ſupra hæc corpora eſt, vbi Deum cum ſanctis regnare dicimus: vel aerem, qui infra ſphæram Lunæ ſedem ſuam habet, totumque ſpacium inter ig- 4.

nem atque terram,complet.Corpora illa cæleſtia,& quæ cum cor-
poribus ſuperiorem locum obtinent,cælum dici,vnus eſt omnium ſenſus:vnus conſenſus.Eodem nomine compellari aerem,pluribus Sacræ Scripturæ locis clarum eſt.Nam Matth 6 vult nos Dominus reſpicere volatilia *cæli*,id eſt,aeris:eadem volucres *cæli*,quod in cælo,id eſt,aere,ſub cælo degant,idem Dominus compellat; & Matth. 24.Dominus dicitur venire in nubibus *cæli*.& Luc.9.Ignis dicitur deſcendere de *cælo*,quemadmodum & Iob.1.cap.

4. Cælum vnde vox Dei venire dicitur,non *corpora cæleſtia* ſignificat.Cùm enim varia illa ſint,ex omnibuſne prodire vox Dei dici debet? an ex ipſorum aliquo?Cur hoc potius,quàm illud dici debeat, nulla ratio:cur neutrum magna.quia neque vocem formare apta ſunt illa corpora: neque ſi formare poſſent, ad noſtras aures illa perueniret, propter maximam illorum ab his inferioribus diſtantiam.

5. Multò minus ex eo,*qui cælis ſuperior eſt*,loco vox dici poteſt deſcendere.Hoc confirmant iam dictæ rationes.Sed nec cœlos propter ſui denſitatem vox illa poſſet penetrare:& ſi poſſet,tardiſſimè ad mortalium aures perueniret.Vt taceam non improbabilem eorum eſſe opinionem:qui præter corpora ipſa cæleſtia,nullum alium, vbi Sancti,cum Deo,regnant,locum agnoſcunt.

6. Cælum igitur,vbi vox formatur,atque vnde proficiſcitur, *aer* eſt, qui cælum dicitur,vt notauit in 2.Corinth. 2.Damaſcenus lib.2.Orthod.cap.7.quod plurima cum cælo communia habeat, præter ſuperum ſcilicet locum,etiam claritatem, atque ſubtilitatem. Nam & viſus ipſum,vt cælos,penetrat:& lumen ſolis in ſe,quemadmodum cæli, recipit.

7. Qui ex cælo vocem fortaſſe prodijſſe inde colligunt: quod ipſi aliquando legantur fuiſſe aperti,& ex ipſis vox, vna cum columba, profecta,vt Matth 3.errant.Quemadmodum nec vox prodijt è cælo:ita nec *columba*.Sed nec verè fuerunt ipſi cæli aperti.De voce iam id demõſtratum eſt. De *columba* res multò manifeſtior eſt. Vbi quæſo columba generata,ſi ex cælo prodijt?ex quo corpore generata? in quod corpus rurſus conuerſa?vbi ipſius reliquiæ?

7. In cælis non datur generatio atque corruptio.Non igitur propriè in cælo generata.Non potuit ex ipſo corpore cæleſti produci; quia incorruptibile illud:& in nullius creatæ rei tranſit materiam. Sed neque ſi generata in cælo(quomodocunque tandem, non diſputo) ex cælo ipſa ad nos potuit peruenire:tranſire ſcilicet vaſtiſsima corpora cæleſtia,atque ignem,qui ſub iiſdem ſedem ſuam habere dicitur.

Adde,

Digitized by Google

Adde, quod nec verè *aperti* fuerint cæli. Diuidi non poſſunt. Inge- 9.
nerabiles ſunt, atque incorruptibiles. Diuiſio atq; diſruptio in ipſis locum non habent. Aperti ergo dicuntur; qui in cælis, id eſt, aere ſuperiore, nubes quadam ſeſe aperuit, ex cuius hiatu & vox viſa eſt prodire, & cum voce columba deſcendere.

Quo modo verò vox ex aere formari atque prodire dicitur? Itane, 10.
vt ſolus Deus, aut, Dei perſonam gerens, Angelus, ipſam formet, nulla concurrente creatura corporea, præter illam, quæ vocem excipiat? an potius re corporea Deus hic vtitur? Et, ſi hoc, vtrum illa ſit ipſiſmet aer, aut præter aerem, nubes aliqua ſolidior? vt eodem modo hic vox formari dicatur, quomodo ca. 4. diximus, eandem formari in nube.

Non ita Deus, aut Angelus vocem quæ auditur, format; quemad- 11.
modum nos, quando ſermones cum alijs miſcemus. Nulla Deus, aut Angelus, ad hoc inſtrumēta idonea habet. Deus Spiritus eſt: Spiritus eſt Angelus: quæ vocem formant, res ſunt corporeæ, & corporeis inſtrumentis, lingua, gutture, pulmone, faucibus, &c. inſtructæ, quæ in Spiritus conuenire non poſſunt.

An fortè, quamuis his inſtrumentis non ſit inſtructus Deus, aut 12.
Angelus, nec corpus habeat, quando tamen vocem edit in aere, *corpora, corporeaq́ue hæc inſtrumenta* aſſumit? Aſſumere poteſt, ſi volet: aſſumit quandoque, quando ita placet: vt tamen aſſumat, nulla neceſſitas vrget. quin verò cum de cælo loquitur, aut nunquam aſſumit: aut aſſumit rariſsimè. Quid enim opus? Tam perfectè poteſt has voces formare ſine corpore aſſumpto, quam cum corpore aſſumpto. Et cum hic velit audiri Deus, nō videri; vt corpus aſſumat, & per hoc loquatur, credi non debet.

Quamuis autem nec Deus aſſumat corpus, dum loquitur, nec An- 13.
gelus: locutio tamen ſine *corpore* non fit. forte nec poteſt fieri. Ea vocum & ſonorum omnium, quæ auditu percipiuntur eſt ratio, vt ex corporum colliſione ipſa prouenire ſit neceſſe. Vnde quoque Philoſophi, præter *medium* corpus, quod ſonum excipit; etiam *percutiens* atque *percuſſum*, quæ ſonum q. producant, requirunt.

Et de *medio* corpore, in hac locutione, quod formatam vocem ex 14.
cipiat, difficultas hîc nulla eſt. Illud eſt ipſe aer. In aere vox excipitur: per aerem vox ad audientium aures defertur: in aere, quamdiu perſeuerat, ſubſiſtit. De *percutiente* atque *percuſſo* quæritur; vtrum purus aer hîc vtriuſque vices ſubeat: an ſolus aer per ſe ſufficiens non ſit; ſed neceſſe ſit, vel nubem aliquam ipſi ſuccurrere, vel certè ita ipſum condenſari, vt ſi nubem denſitate non excedat, ſaltem adæquet.

Nubem

Digitized by Google

15. Nubem ſæpe ſuccurrere, aut ſine nube vocem non fieri, probabile ſumitur argumentum ex eo; quod Moyſi ſæpiſsimè per nubem locutus ſit Deus. Hoc confirmat, quod vox ſuper Chriſtum facta in transfiguratione per nubem ſit facta. Ita enim ſcribit Euangeliſta Matth. 7. *Adhuc eo* (Petro) *loquente, nubes lucida adumbrauit eos: & ecce vox de nube dicens, Hic eſt filius meus dilectus.* Pro eodem videtur facere murmur populi, quando (Ioan. 12) ſuper Chriſtum facta eſt vox Patris, teſtificantis, *quod & clarificaſſet filium, & eſſet clarificaturus*. Omnino enim, vt Euangeliſta teſtatur, putauit *tonitruum eſſe factum*. obſeruauit igitur in cælo nubem aliquam, ſine qua non eſt tonitruum: atque inde credidit vocem profectam. Magis ad rem facit, quod B. Petrus, illam ipſam nubem, quæ Dominum in transfiguratione excepiſſe dicitur (Matth. 17.) & ex qua vox prodijſſe, cælum appellet. Sic enim loquitur, cap. 1. Epiſt. ſuæ 2. Canonicæ: *Accipiens*, inquit, *Chriſtus à Deo Patre honorem, & gloriam, voce delapſa ad eum huiuſmodi à magnifica gloria Hic eſt filius meus dilectus; in quo mihi complacui; ipſum audite Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam, cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto.*

16. An verò ſemper nubes ſuccurrit? Admodum veriſimile hoc niſi dicamus aerem aliquando ad eam denſitatem cogi, vt voci formandę poſsit ſufficere: aut certè eo impetu hucq; illucq; impelli, retorqueri, vt quod facilius fieret per condenſatam nubem, id, quamuis, difficilius per impulſum & concitatum aerem. Hoc fieri aliquando, inde coniectura eſt, quod quædam voces de cælo, non autem de nube dicantur factæ.

17. Cęterum, quando nubes ſuccurrit, duorum corporum (vt eſt veriſimile) ſuſtinet officium percutientis & percuſsi: ad quæ tertium, aer, tanquam medium accedit, vocemque excipit. Quando verò nubes nulla ſuccurrit, aer & percutientis, & percuſsi, & medij ſubit conditionem; ſed tamē ratione diuerſa, forſitan & diuerſarum aeris partium ratione.

18. Præterea, quando vel aerem, vel nubem, percutientis corporis cōditionem ſubire dicimus, non volumus eam per nos aeri tributam poteſtatem, vt per ſe illud præſtare poſsit. Niſi ipſe percuſſus atque impulſus ſit, percutientis rationem non ſuſtinebit, percuſſus iam atque impulſus, vt fluctus fluctum; ita proximum aerem diuerberat, impellit, & ſonum efficit.

19. Ex dictis, qui ad *tertium illorum*, quæ definienda diximus, reſpondendum ſit, colligitur. Ex ea cæli vel aeris regione, vbi nubes, in qua vox formatur, reſidet vox & oratio Dei proficiſcitur: non loco ali-

quo

quo ipſa ſuperiore;non loco aliquo ipſa inferiore:quid mirum? Nubes ipſius principium,ſine nube non fit. Vbi igitur nubes, inde vox prodit.

Et quia quæ à nobis plurimum diſtant,ad aures noſtras aut non, aut ægrè admodum perueniunt;hinc & illud ſequitur,proximas hominibus oportere eſſe nubes, vnde voces hæ proficiſcuntur. Niſi fortè intenſiſſimas ſemper voces in nubibus formari dicamus, quales fuiſſe Dei,quando legem populo Iſraelitico dedit, ipſemet populus inſinuat,dum ſic Moyſi loquitur. *Non loquatur nobis Dominus,ne fortè moriamur.* Sed his vocibus non ſemper opus.

CAPVT XI.

De Dei,in veteri Teſtamento locutione,externa per Vrim & Thummim facta.

DVM locutum eſſe,& reſponſa dediſſe per *Vrim & Thummim*, communis eſt omnium propemodum ſententia. Dediſſe 1. quoque ita reſponſa, vt interim ſe ſub externa forma videndum non præbuerit,nemo etiam dubitat. quomodo veò per illa reſponderit,& rogatus ſit,*inuentu eſt difficile*, inquit B. Auguſtinus,q.117.in Exodum: vtrum,ſcilicet,ſono vocali,quem Angelorum aliquis excitarit;an interiore arcanoque afflatu Sacerdotem erudierit Deus,ille deinde eruditus principem,vel qui interrogaſſent,certiores de omnibus fecerit.

Difficilè quoque modum interrogandi intelligere. Alij atque alij 2. alium atque alium referunt. Quidam codicillos,in quibus,quæ interroganda eſſent,ſcriberentur,ipſis *Vrim & Thummim* applicari docuerunt. Alij rem verbis & precibus volunt eſſe perfectam.

Sic difficile dicere,Quidnam per *Vrim & Thummim* intelligatur: quidam etiam putant impoſſibile. Certè Rabbinus Comius ſum 3. mam iſtorum ignorationem etiam apud ipſos Hebræos eſſe fatetur & Caietanus,*Quid,inquit,intelligatur nominibus Vrim & Thummim,nullus, quantum nouimus,hactenus explicauit.* Nos quid de tribus hiſce capitibus ſentiamus,breuiter exponimus. Ab vltimo principium facimus.

Et quidem de ſignificatione nominum non eſt difficultas. Con- 4. ſtat *Vrim* illuminationem ſignificare,*Thummim* perfectionem: difficultas eſt de re ipſa per nomen ſignificata,quidnam illud ipſum ſit, quod *Illuminatio* dicitur atque *Perfectio*,vnde reſponſio à Deo exſpectabatur,& accipiebatur ab hominibus.

Et quoque aliquid certum de reipſa:videlicet,*Vrim* atque *Thum-* 5.

mim aliquid eſſe *Rationalis* ſummi Sacerdotis. *Ratioуale* verò pars quædam eſt, veſtis eſt ſummo Sacerdoti propria, ex auro, hiacintho purpura, cocco bis tincto; quæ Ephad, epomis, ſuper humerale dicitur; à Ioſepho autem interdum diplois, interdum diplois hieratica. Huius pars quædã, quadrata, Sacerdotis pectus tegebat, ornata preciociſſimis lapidibus duodecim; ordine quadruplici ita, in quolibet eorum trias fuerit. Hanc *Rationale* vocat Hieronymus: Hebræi, *Choſen*: Ioſephus, *Eſſen*: LXX. *Logion*: alij *Oraculum*: quidam etiam *Iudicium*. Huius aliquid eſſe *Vrim* inde manifeſtum eſt; quod vbi nos legimus, Exod. 28. text. 30. *pones in Rationali Iudicium, doctrinam & veritatem, quæ erunt in* pectore Aaron, Hebræi legant; *Pones Vrim* (id eſt, lumina ſiue illuminationes) *& Thummim* (id eſt, perfectiones.)

6. Sed quidnam in ipſo Rationali ſit, incertum. Quidam exiſtimant quendam lapidem eſſe, à duodecim ipſis diſtinctum, cuius color, intrante Sacerdote ſummo, adita interiora Tabernaculi, pro rerum, vel aduerſarum, vel proſperarum, varietate immutaretur. Quidam ſanctiſſimum Dei nomen tetragrammaton, lapidi inſcriptum autumant. Alij, inter quos Philo, has ipſas voces *Vrim & Thummim*, quæ interpres noſter vertit Doctrinam & Veritatem. Alij ipſaſmet gemmas.

7. Poſtrema hæc ſententia probatur nobis. Si enim aliud, quam gemmæ ipſæ, forent; cur eorum materia, forma, qualitas, quantitas, locus non deſcribitur? cum hæc, tantarum rerum, deſcribi omnino debuerint; quando recularum etiam minimarum, & quæ longè *Vrim & Thummim* ſunt inferiores, exacta deſcriptio habeatur.

8. Meritò verò hæ gemmæ *Vrim & Thummim* dicuntur: *Vrim* quidem, quia lucebant, ſplendoremque à ſe maximum, cum eſſent nobiliſſimæ, diffundebant. *Thummim* verò, quia integritate perfectionemque maxima, cum è toto genere eſſent quam lectiſſimæ, pollebant.

9. Bene quoque illo Interpres vocat *Doctrinam, & Veritatem*, quia per eos lapides adeo lucentes & perfectos, lucis perfectioniſque omnis author & regabatur, & reſpondebat; reſpondensque tam Sacerdotes, quam Principes, & populum, *doctrina & veritate*, quaſi luce ſpirituali complebat & perficiebat: dum obſcuras res doceret, & de agendis, atque omittendis inſtrueret; ſimul & modum, & viam aliquid aggrediendi & perficiendi aperiret. Quamuis & dici poſſit *doctrinam* exponi, & *manifeſtationem* dici, quod futura manifeſtet.

Veri-

Digitized by Google

Veritatem, vt intelligeretur Deum neminem fallere velle; ſed quidquid eius ſacerdos prædiceret, valde eſſe perfectum, id eſt, verum; neque quidquam habere falſi admixtum, ſicut reſponſa, quæ dabant Oracula gentilium.

Et *Iudicium* quoque optimè dicuntur, quod Dei in re aliqua iudicium, per illa, demonſtraretur: vel ipſe propitiaretur: aut contra, quod hominum iudicium volūtas, deſiderium, & cauſa, ipſi Deo hîc proponeretur. Hæc enim omnia facit *Sacerdos*: dum Rationali in pectore ornatus, diuina oracula poſcit, accipit, hominibus enunciat; vel, eodem ornatu, eorū vota, quæſtiones & preces diuinæ maieſtati offert. Et hoc de primo cap. 10.

Modum interrogandi alij alium atque alium referunt, vt diximus. Non placet, quod *codicilli*, qui interrogata continerent, ipſis *Vrim* & *Thummim* applicentur: Non quod hac ratione veritas à Deo vero haberi nequeat. Poteſt haberi. habita eſt ſimili modo in nouo Teſtamento. (Leo pp. quandam Epiſtolam contra hæreticos ſcripſit, & illam D. Petri tumulo ſuperpoſuit; petens, vt, ſi quid peccatum, illud Apoſtolica manus corrigeret: & factum eſt) ſed quod vt hac ratione fiat, non ſit opus. Propter abſentes ſunt literæ. Deus eſt præſentiſſimus. Et quando *ſubito* conſulendus fuit Deus; vt fuit aliquando: prius tempus ſcribendis codicillis conſumi debuit? 11.

Conſultus igitur fuit Deus à *Sacerdotibus*, aſſumpto gemmato pectorali, *precibus & verbis*. Hæc Scripturæ verba haud obſcurè indicant. Ex multis locum vnum profecimus. 1. Reg. 23. ſic dicitur: *Cùm Dauid reſciſſet, quia præpararet illi clam malum Saul; dixit ad Abiathar Sacerdotem; Applica Ephod & ait: Si tradent me viri Ceilæ manus eius? & ſi deſcendet Saul ſicut audiuit ſeruus tuus? Domine Deus Iſrael, indica ſeruo tuo. Et ait Dominus: Deſcendet. Dixitq; mox Dauid: Si tradent me viri Ceila, & viros, qui ſunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus: Tradent.* Quis hîc *codicillos* ſuſpicabitur, aut chartam? quis non viuam orationem intelligit, aut *preces*. 12.

Ex modo interrogandi facile quis collegerit *modum reſpondendi*. Et *viua voce*, qui reſponſum aliquando eſſe putauerit, dubito vtrum erroris arguendus ſit: præſertim ſi pręcedentis exempli rem geſtam exactius ſecum expendet: vbi mox interrogantibus interrogatus reſponſa dat Dominus. Et quidem ſi hoc concedatur, non malè hanc per *Vrim*, & *Thummim* Locutionem ad hoc genus diuinæ Apparitionis retulerimus: vt taceam excellentis doctrina homines hanc ſententiam ſecutos eſſe. 13.

15. Sed tamen ſi aliquando, *viua voce*, Deus reſpondit, certè non ſemper reſpondiſſe videtur. Veriſimile eſt ſæpius interiore, arcanoque afflatu Sacerdotem erudiuiſſe:ille verò inſtructus à Deo, Principem, aut alios; qui interrogaſſent, certiores de omnibus alios feciſſe. Sic enim in Prophetia Somnijſque diuinis fieri ſolet, vt rerum quæ nunciantur, ſimulachra quædam in hominum mentibus, & phantaſia infigantur; hiſque notis, & mutis quaſi vocibus, cum homine diuinum Numen loquatur.

16. Cæterum, vt hic motus placet: & prior non diſplicet: ita non placet ille, quem aſsignat Ioſephus. Hic, li.3. Antiq. cap. 11 à *geminis docet emicuiſſe mirum quendam fulgorem*, quoties belli alicuius gerendi author, & adiutor Deus eſſe voluiſſet: adeo vt, ad Sacerdotis aſpectum, vniuerſæ ſtatim multitudini conſtiterit, Deum affaturum. Sed, num de bello Deus tantum conſulebatur? Num de ſolis quæſtionibus, ad quas *Etiam* & *Non* ſufficiunt? Imò verò aliquando de *modo*, res quaſdam agendi, interrogatio erat. Et aliquando etiam de eo interrogatio non erat; ipſum tamen reſponſio continebat. Exemplum huius habetur, 2. Reg. ca. 5. Dauidi ibi Dominum conſulenti: an contra Philiſtæos aſcenſurus eſſet, reſponſum: *Non aſcendas; ſed gyra poſt tergum eorum: & venies ad eos, ex aduerſo pyrorum: & cum audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum; tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat caſtra Philiſtim.* Qui hîc lapides tam multa, tam varia, tam noua, tam inopinata, tam peregrina indicare poterãt? Quæſitum ab eodem; Quam *vrbem* aſcenderet? reſponſumq; fuit *Hebronē*. Quis fulgor hãc demonſtrabat? Hæc de Dei locutione per *Vrim* & *Thummim*. ſed admodum pauca, quia vtrum huius loci ſit non omnino certum. Plura qui volet, legat, Riberam de Templo, & ijs, quæ ad ipſum pertinet, li. 3. cap. 12.

CAPVT XII.

De conditione & ſubſtantia vocis diuinæ, quæ Deo loquente à mortalibus audiebatur.

1. PROPRIA ſingularum Locutionum Diuinarum, vtcunque diſcuſsimus: reſtat inquiramus omnibus communia. Hæc ad tria cauſarum genera videntur reuocari: ad formam, efficientem cauſam, atque finem. Ad formam referimus vocem, quæ Locutionis eſt quaſi formalis terminus. Circa cauſam efficientem quæritur author vocis. In fine, cur latere Deus volu-

ter.

Digitized by Google

erit, & audiri tantum ſuam vocem; non verò ſub externa ſpecie ſe conſpici.

De *Voce* plura vocantur in quæſtionem; quorum quædam ad *ſubſtantiam* eius pertinent: quædam ad eius *quantitatem*: quædam ad *qualitatem*: quædam ad *materiam*. Circa ſubſtantiam quæritur. An vera fuerit vox, quæ, Deo loquente, percipiebatur. Circa quantitatem, An fuerit intenſa, an potius remiſſa. Circa qualitatem, Quo idiomate ſit vſus Deus loquens. Circa materiam, Quamnam potiſsimum rem tractauerit. Primum hoc cap. definimus. 2.

Veram fuiſſe *Vocem*, quæ Deo loquente ſit percepta, dici non debet. Multa requirit vox, quæ in Dei locutionibus defuerunt. Requirit linguã, labia, gurgulionem, pulmonem, arterias, &c. Omnia hęc hîc defuerunt. Vox ſolum auribus percepta eſt: corpus, quod his inſtrumentis eſſet inſtructum, & viuam vocem potuiſſet formare, nullum viſu perceptum; nullum fuit, ſi quod ſub nube, vel igne, vnde vox prodire viſa eſt, latuit; nec illud vocem potuit edere: quemadmodum veram vocem nec Deus, nec Angeli ediderunt, quando ſub humana forma rebus viuentium interfuerunt, & cum illis ſermonẽ miſcuerunt. 3.

Quemadmodum, verò vox vera non fuit, quæ percipiebatur: ita neque *vera Locutio*. Viuentium hæc eſt; & non omnium, ſed ratione prędirorum. Duo ſiquidem ſunt, quibus animalia bruta mortales excedunt, mens atque oratio. Vbi oratio eſt atque Locutio, homo oportet ſit, cuius ſolius eſt orationem habere & loqui. 4.

Nihilominus quæ vera vox non fuit; *verus fuit ſonus*; & non minus, quam quicunque alius, propterea; quod quæ ad verum ſonum requiruntur, in ipſa inueniantur, & non minus aures, quã verus ſonus perculerit. 5.

Vox tamen *dicitur*, analogia quadam ad vocem, quam viuentes homines formant. Analogia hæc, non in vocis principio conſiſtit, quaſi idem veræ vocis principium ſit, & illius, qua Deus locutus legitur: (diximus aliud hîc eſſe, aliud ibi:) ſed partim in conſonantia ſoni, partim in ſoni effectu. Vox Dei voci hominum reſpondebat. Vox Dei in eorum, qui Deum audiebant, animis idem efficiebat: quod veræ hominum voces apud mortales, qui ſermones ſuos inter ſe conferunt. 6.

Eadem analogia *locutus* dicitur Deus. Quamuis enim diuerſum Locutionis principium in ipſo fuerit, diuerſum in hominibus tantũ tamen ſuo, quem formabat, ſono, efficiebat, quantum mortales, apud mortales, proprie loquẽdo. Et quia ipſius vox differẽtia ſoni à mor- 7.

talium non differebat; ipſe quoque, quemadmodum mortales, locutus dicitur. Nec male.

8. Nouum ſiquidem non eſt vt res non proprijs tantùm nominibus compellantur. Sæpiſſimè dicũtur, quod fuerunt, non quod ſunt: quemamodum in Cana Galileæ *vinum aqua*. Sæpiſſimè etiam nominibus rerum, cum quibus ſimilitudinem quandam habent: quemadmodum *boues*, quos Pharao ſe vidiſſe dicebat, non boues erant, ſed imagines boum: ſic Imperatorem ſe videre dicit, qui imaginem Imperatoris videt. Eodem quoque & *vox*, & *locutio* Deo tribuitur.

9. Simili analogia & bruta animantia locuta leguntur: quia ſcilicet humanam locutionem, ſimilitudine quadam, aliquando effinxerunt: vt aſina Baal. Veruntamen, quæ impropriè dicuntur *locuta*, propriè *voces*, vt homines, formarunt: propterea, quòd quæ ad vocem requiruntur; in pleriſq; ipſorum inueniantur, quæ ad Locutioné minimè.

10. Huic *tres loquentium gradus* non malè diſtinxit alicubi Toſtatus, in 8. Matth. quæſt. 114. *Vnus eſt* eorum, qui nec loqui propriè poſſunt nec organa locutionis habent. *Alter* eorum, qui loqui quidem non poſſunt; omnia tamen, aut certè plurima locutionis habent organa. *Tertius* eorum, qui loqui poſſunt, & locutiones habent organa. Tertius hic hominum eſt. ſecundus brutorum animalium. primum Deus atque Angeli habuerunt.

11. Ex eodem nos aliud colligimus: ſcilicet ex duplici cauſa contingere, vt quis loqui nequeat. primum ex eo, quod facultate loquendi deſtitutus ſit: deinde, quod organis careat, quibus formet vocem & cogitationes ſuas, per vocem, alijs prodat. Et quamuis vtrumq; Deo defuerit & Angelis, qui Dei perſonam ſuſtinuerunt, pro vtroque tamen aliud habere potuerunt, quod ad vocem formandũ, & loquendum ſufficeret.

12. Pro facultate loquendi fuit vis intelligendi atque mouendi. Pro organis locutionis, corpora, in quibus vocem formabant. Vi intelligendi ſcire potuerunt, quæ corpora aptanda: & ad voces formandas idoneè componenda. Vi mouendi potuerunt, vt conueniebat, impellere, vt, quas vellent, voces atq; ſonos redderent. In corporibus verò, quibus hîc illis opus, nulla reſiſtentia. ad quodcunque opus, quod motu peragitur, ſpirituali creaturæ ſeruiunt.

13. Rurſus, quemadmodum in perfecta locutione aliud eſt, quod loquitur, ipſe, ſcilicet, homo: aliud, quod loquitur, potentia, ſcilicet, loquendi, aliud inſtrumentum, per quod locutio fit: aliud medium,

in

in quo vox recipitur,& per quod ad audientium aures defertur. ita, quodam modo, hæc in Dei locutione inueniuntur. Deus, ſiue Angelus eſt,qui loquitur:Potentiæ loquendi vices ſuſtinent vis intelligendi & mouendi:Organorum loco ſunt corpora,per quæ locutio ſit:medium partim hæc corpora,partim his vicina.

CAPVT XIII.

De quantitate vocis externa,qua olim Deus loqui auditus eſt in veteri Teſtamento.

QVANTITAS orationis, & vocis Dei, duplex poteſt diſtingui. Alia poteſt dici *temporis*: alia *intenſionis*. Ibi habetur ratio: durationis vocis, & orationis diuinæ longané an breuis fuerit: hic, vtrum intenſa ſiue alta, an remiſſa & depreſſa. Priorem quilibet obſeruauit, qui, quæ Deus, varijs perſonis, locutus ſit, volet attendere: poſteriorem, quia aliquam difficultatem habet, propoſitum eſt hoc cap. diſcutere, 1.

Iudicium autem huius, vel ex ſacris Scripturis petendum; vel ex 2. ratione. Et ratio quidem in omni oratione, atque voce Domini locum habet. Scripturarum verò alicubi ſummum eſt ſilentium: quãuis aliquando *quanta* Dei oratio fuerit inſinuent. Ex *ratione* igitur de *omni*: ex Scripturis, de *aliqua* poteſt conſtare.

Et nunc quidem intenſæ orationis meminit Scriptura, nunc mo- 3. deſtioris. Intenſæ, Exod. 19. quando dicitur clangor buccinæ *vehementius perſtrepuiſſe*: & populus *terribili Domini voce* perterritus precatus, ne Deus, ſed Moyſes ipſi loqueretur; quod Dei vocem, non niſi cum præſenti vitæ periculo poſſet audire. Modeſtioris, Num. 12. quando ob id propius ad ſe audiendum voluit Deus accedere Aaronem,& Mariam ſororem; ne à Moyſe præſente, quæ ipſis diceret, audirentur.

Ex *ratione* autem iudicium ſumitur *quatuor* modis. quia ferè qua- 4. tuor ſunt, quæ, vt elatiori, atque intenſiori voce quis loquatur, efficiunt. Vnum eſt, ſi longius diſtet ab auditore, qui orationem habet. Alterum, ſi idem motũ quendam, maximè timorem, auditoris animo velit eſſe incuſſum. Tertium eſt, vehementia doloris, quem loquens patitur. Quartum, ſummum, quod quis oratione obtinere nititur, conſequendi deſiderium.

In primo illo, intenſa vox idcirco neceſſaria eſt: quod qui loqui- 5. tur, mentis ſuæ cogitata alijs cupiat innoteſcere: cum verò

hoc-

Digitized by Google

hoc fieri nequeat, niſi nuncia mentis, vox ad aures perueniat: neceſſe eſt, talis ſit vox atque oratio; quæ ad audientiũ aures pertingat. At ſi remotior ſit auditor, & remiſſa vox, fieri id nequit. Aut igitur neceſſe eſt auditorem loquenti magis coniũgi, quod ſemper fieri non poteſt, aut certè intenſione vocis maiores vires orationem accipere vt vlterius progredi valeat.

6. Ad motum concitandum, atque timorem inprimis incutiendum eandem, valere Rhetorum tradunt præcepta: quæ magnitudinem vocis maximè, vbi animi concitandi ſunt, requirunt. Hinc ijdem in Exordijs leuiori voce ſunt contenti: quod ſuauius Orator ſe hic in animos inſinuet: in alijs orationis partibus non item.

7. Vehementiam doloris intenſiorem vocem atque clamorem extorquere obſeruamus quotidie. Nec extorquet fruſtra: quoniam doloris magnitudinem haud parum minuit.

8. Intendit quoque vocem conſequendi, quod petitur, deſiderium. Quemadmodum enim mentis index vox eſt; ita intenſioris mentis intenſior vox & oratio. Hinc non ſemel Regius Propheta, ad Dominum, cùm tribularetur clamabat; quia vt à tribulatione liberaretur, ſummo flagrabat deſiderio. Hæ ferè cauſæ intenſioris elatioriſq; orationis. An hæ in Dei Locutione locum habeat?

9. Poſtrema locum non habuit. Neque enim quidquam oratione ſua ab hominibus petijt Deus Opt. Max. Nulla re mortalium indiget, ſibi eſt ſufficientiſſimus. Noſtrum eſt, ab ipſo petere: ipſius, noſtris votis atque deſiderio ſatisfacere.

10. Neque doloris vehementia clamorem aliquando, quando mortalibus locutus eſt, extorſit. Quid quòd nullus in ipſum dolor cadat Quod ſi quandoque doluiſſe dicitur; aliquando ſuſpiraſſe, indicare voluit, Diſplicere ſibi hominum peruerſos mores, ingratam vitam ad malum omne propenſum.

11. Timorem aliquando Auditoribus ſuis humana voce voluit incutere. Ipſius oratio teſtis eſt. Poſtquam enim Iſraelitas voce ſua quondam intellexit attonitos; *Quis*, inquit Deut. 28 *det illos ſemper talem habere mentem, vt me timeant*? Quocirca & grauius intonuit: Exod. 19. vbi timor incutiendus. *Sonitus enim buccinæ*, vt ibidem dicitur, *paulatim creſcebat in maius, & prolixius tendebatur.*

12. Sic Auditorum ab ipſo diſtantia grauiorem orationem poſtulauit quandoque: & quidem illo ipſo tempore, quo ſua oratione Auditoribus, voluit incuſſum terrorem. Quoniam ipſe ex altiſſimo monte loquebatur; & multitudo, ad quam ſermo dirigebatur, ad pedem montis hærebat, magnumq́ue per ſpacium erat diffuſa; & tamen vocem Domini audire omnes omninò oportebat. Ex

Ex dictis con[illegible] *grandiori voce*, Deo opus 13.
fuiſſe, quando ſcilicet, vel vehementes motus Auditorum animis fuit afferendus; vel longius à loco, vnde vox oriebatur, ipſi diſtarent. Et quamuis in his caſibus leuiori quidem præſtare potuiſſet; quia tamen, quantum fieri poteſt, ſuis cuique talibus eſſe leges naturæ, quod natura poſtulat, grandiori voce eſt vſus.

Concludimus & illud, *rariſsimè* Deum intenſiori voce vſum eſ- 14.
ſe; quã lo mortalibus eſt locutus. Meritò Rariſsimè ipſi propoſitum fuit timorem ſuis Auditoribus incutere. rariſsimè longius ab ijs, quibus locutus eſt deſtitit. Quod dicimus credet; qui ſingulas quarũ Ca. ſecundo meminimus Locutiones volet diſcutere.

Nec eſt, quòd quis longè à nobis diſtantes *nubes*, & longius diſsitum 15.
cælũ, vnde Deus locutus ſcitur, obijciat. quoniam vel nubes veræ nõ fuerunt, ex quibus vox formata: vel non ſuis, vbi naturaliter degere ſolent, locis conſtiterũt. Sic *cælum* ex quo vox audita dicitur, non vaſtiſsima illa fuerunt corpora cæleſtia, ſed aer ſuperior, non multum ab ijs, quibus Deus loquebatur, diſtans, quemadmodum ſuperius demonſtratum eſt.

Pro eadem remiſsiore voce facit, quòd, vt plurimum, quando 16.
humana voce Deus locutus dicitur, vni tantùm legatur locutus, aut certè paucisſimis. Cùm verò hi & audire & intelligere, etiam remiſſa voce loquentẽ, optimè potuerint, quorſum erat neceſſaria grandior atque intenſior vox & oratio?

CAPVT XIIII.

De qualitate diuinæ vocis, ſiue quo idiomate vſus Deus, quando cum mortalibus externa voce locutus eſt.

EXISTIMANT quidam Apoſtolos olim, quando primùm 1.
Chriſti Euangelium Hieroſolymis, tum deinde apud diuerſas, per totum orbem, gentes docuerunt, vno tantùm idiomate eſſe vſos: locutos vna lingua; quam quicunque audirent, quamuis alia ipſi, tanquam ſibi propria, vterentur, intelligerent. Hoc modo volunt intelligi, quod dicitur *varijs linguis* locutos Apoſtolos. Quemadmodum hi vna aliqua lingua Apoſtolos locutos aſſerunt: ita difficulter aſsignant, *quanam* ſint locuti. Similiter qui Deo, olim, etiam vnam linguam, atque ideomata fuiſſe volunt, difficulter dicere poſſunt, quod illud idioma fuerit, quæ lingua.

Diſplicet hæc opinio alijs, & meritò. Quoniam hac ratione non 2.

tam Apoſtolis donum linguarum conceſſum fuiſſet; quam hominibus infidelibus beneficium, vt peregrinum idioma, tanquam proprium, intelligerent. Sed & qui Apoſtolorum temporibus loquebātur linguis, ab his intelligebantur; ab illis non intelligebantur: quemadmodum D. Paulus alicubi inſinuat 1. Corinth. 14. non igitur beneficium Auditorum fuit, vt peregrinum idioma intelligerent; ſed priuilegium Apoſtolorum, vt quauis lingua loquerentur.

3. De Deo idem dicendum exiſtimamus, vt non vna aliqua lingua vſus ſit quando mortalibus eſt locutus. Quoniam vel loquentem omnes non intellexiſſent: vel Auditorum beneficium fuiſſet, quod peregrina loquentem non minus intellexiſſent, quam ſi propria ſingulis fuiſſet locutus.

4. Vt loquentem non omnes intellexerint, dici non debet. Cur loquebatur, ſi noluit intelligi? quid opus peregrino idiomate, quod vt intelligeretur, opus fuit ſingulari Dei beneficio? præſertim, cum tam facilè ipſi fuit, apud Hebręos hebraico, apud Aegyptios Aegyptiaco, &c. vti, quam apud omnes aut hebraico, aut Aegyptiaco? &c.

5. Omnino credendum eſt Deum, qui hominibus aliquando externa voce loqui dignitas eſt, ea lingua loqui voluiſſe, quæ ipſorum, quibus loqueretur eſſet propria; qualiſcunque etiam illa eſſet. Niſi forſitan Deum, vel Angelum, qui Dei hic perſonam ſuſtinuit; idioma ipſorum quibus cum agebat, ignoraſſe, impiè vel imperitè quis dicat.

6. Ex dictis, quamuis nondum certò concludere poſſumus, quo idiomate Deus ſit vſus: certiores tamen ſumus, quam ſi vnam ipſi linguā, apud omnes, fuiſſe dicamus. Certiores, inquam ſumus, propterea, quod vbi conſtiterit, qua lingua locuti fuerint illi, cum quibus ſermonem miſcuit Deus, mox definire poſsimus, qua locutus ſit Deus Opt. Max.

7. Cogitatio igitur omnis eò conuertenda, vt, qua lingua locuti ſunt ad quos diuinus ſermo factus eſt, inquiramus. Et quidem ſi eorum tantum vocem habeamus, quibus 1788. propemodum primis, à mūdo condito, annis locutus eſt; *hebraica* omnes locutos eſſe dubium non eſt.

8. Nam *vnam hebraicam* tantum in vſu fuiſſet, & præter hebraicam, nullam, ab orbe condito ad conſtructionem turris babilonicæ, id eſt per annos, circiter, 1788. docent B. Auguſtinus, li. de Ciuit. Dei 16. c. 11. & lib. 18. cap 39. Hieronymus in 3. Saphoniæ, quorum verba citat Pererius, lib. 16. in Geneſ. Auguſtinum atque Hieronymum anteceſsit Origenes, qui homil. 11. in Num. idem aſſerit. In eodem opinione

Digitized by Google

nione eſſe Hebræos præter R. Iuda (qui in Tra Sanedrin Syriacum ſermonem tribuit Adę) refert Genebrardus, ad annum mundi 1788. Omitto recentiores.

Toſtatus in 11. cap. Geneſ. q. 1. & 2. pro huius ſententiæ confirmatione affert nomina, quæ Adamus impoſuit rebus, ſecundam eam linguam, quæ tunc erat. Neque enim nomina, quæ rebus impoſuit, in alia, quam hebraica lingua inueniuntur id ſignificare, ad quod ſignificandum impoſita fuerunt ab Adamo: nomina inquam Adam, Eua, Cain, Abel, &c. Quod ſi eadem nomina idem, aut ſimile quid, in alijs quibuſdam linguis ſignificant, id accidit propterea, quod illæ pro quam ſimiles ſunt Hebraicæ, vt ſunt Arabica, Syriaca, Galdaica. 9.

Caietanus cum Toſtato conſentit: ſed alias duas, pro hac re coniecturas habet. Vnum ex Dei nomine *Tetragrammaton* accepit; hoc ante diluuium fuiſſe dubium nullum eſt; quemadmodum nec dubium, vnam linguam fuiſſe ante diluuium, & turrem Babylonicam. At nomen hoc hebraicum eſſe norũt omnes: vna igitur hebraica lingua fuit apud omnes; ante exſtructum turrim Babylonicam. Alteram accepit ex nomine *Babel*, quo compellata ciuitas, quæ diuerſis linguis occaſionem dedit. Nam & illud Hebraicum eſt: & confuſionem, quod ibi linguarum confuſio facta ſit, ſignificat. 10.

Nec eſt, quod hebraica ab *Heber* ſit dicta, qui poſt 1758: annos à mundo condito, genuit Phaleg. Hebraica dicta ab Heber, non quod per illam in mundum ſit introducta; ſed quod, quæ prioribus omnibus temporibus, in mundo fuerit, in ipſo ſit conſeruata: & per ipſum in poſteros certos ſit tranſmiſſa. 11.

Hoc inter alios, his verbis teſtatur beatus Auguſtinus, ſuperius à nobis citatus: *Quoniam, inquit, in familia Heber, communis antea omnium lingua remanſit; diuiſis per alias linguas, cæteris gentibus, ideo deinde hebraa eſt nuncupata.. Tum enim opus erat eam diſtingui ab alijs, nomine proprio: ſicuti alia quoque lingua vocata ſunt nominibus proprijs. Quando autem erat vna omnium; nihil aliud, quam humana lingua, vel humana locutio vocabatur; quòd ea ſolum vniuerſum hominum genus loquebatur.* 12.

Quocitca non placet ſententia Theodoreti; qui primam omnium linguarum docet fuiſſe Syriacam: hebraicam autem primũ omnium Moyſi eſſe traditam; ante Moyſen non fuiſſe. Non placet Eupolemi: qui, teſte Euſebio, li. 9. de Præparatiooe Euangelica, c. 4. 13.

Digitized by Google

Moyſen primùm Iudæis docet tradidiſſe literas:& eas à Iudæis ad Phœnices perueniſſe:à Phœnicibus accepiſſe Græcos: Et lingua hebraica,& literæ hebraicæ Moyſen præceſſerunt.

14. Multo minus placet Philoſtratus,in Catalog Hæreſeon,cap 06. qui ante Turris Babel ædificationem diuerſas hominum linguas fuiſſe & docet,& omnino credendum aſſerit. Quin potius contrarium credendum;propterea quòd diſertis verbis,*vnius labij*,dicatur fuiſſe omnis terra,antequam de Babylonica turre cõſtruenda homines cogitarent. Scimus cap.10 dici *filios Iaphet,& Sem*, qui ante Babel fuerunt, *diuiſos in diuerſas linguas*;ſed id per anticipationem, figuram ſacris literis vſitatam,dictum eſſe,optimè interpretatur Pererius l.16.

15. Quid verò ex dictis(Hoc ſcilicet, per annos 1788. Deum alia, quàm *hebraica lingua*,mortalibus locutum non fuiſſe.Quid ita? quia hominibus nota lingua locutus eſt.nota,præter hebraicam,nulla fuit alia.Hac igitur fuit locutus. Verùm eadem ré vſus ſequentibus témporibus?Omnino vſus videtur apud eos,quibus locutum eſſe, ſuperius doctum eſt,Capite ſecundo huius libri.

16. Quamuis enim in conſtructione turris Babylonicæ confuſio linguarum facta ſit:& cùm ante eſſet vna hebraica,præter hanc,in mundum,hominum peccatis ita exigentibus,inuectæ ſunt 71.(quemadmodum ex 72 ſtirpibus,quæ ex Iophet 15.ex Cham 30 ex Sem. 27.deſcenderunt,colligunt Epiphanius,initio Panarij, & Auguſtinus, lib. 16 de Ciuit.cap 3 & Proſper,lib 2 de Vocatione gentium) hebraica tamen integra,& incorrupta permanſit in Heber,vt diximus;(quod is neque conſilijs,neque operis eorum,quibus turrim in cælum erigere placebat,interfuiſſet:)& per hunc ad eius poſteros tranſiuit: nõ quidem omnes,ſed eos;qui vera religione Deum colerent & Chriſti, futuri Meſſiæ eſſent progenitores. *Diuiſis linguis*,inquit Toſtatus, in cap. 11. Geneſeos.*prima illa lingua manſit in ſola ſtirpe Heber,vnde & vocata eſt Hebraica: Nec in omnes poſteros Heber trã fuſa eſt;ſed in eos ſolùm; qui erant in linea recta.per quam deſcendit Chriſtus? Manſit igitur in ſolo Phaleg; & in huius tantùm filio Reu;& ſic de nepos vſque ad Abraham,& Iſaac,& Iacob Hi autem cùm duodecim filios habuerit; omnes ea lingua vſi ſunt, omnesque eorum poſteri,id eſt,duodecim tribus Iſrael,non autem ſola tribus Iuda; licet ex ea tantùm originem,& genus duxerit Meſſias Ita Toſtatus.*

17. Nec eſt,quod dicatur intercidiſſe linguã hanc hebraicam,aut quo tempore ſeruierũt in Aegypto:aut peregrinati ſunt in deſerto, quoniam,vt habet Elias præfatione in Methurgeniam è Talmad,in tam

diuturna

diuturna peregrinatione & exilio, *tria* conſtantiſſimè Iudæi retinuerunt; linguam hebraicam, ſuæ gentis habitum, & nomina.

Ex dictis concluditur apud omnes, quibus Deum locutum eſſe diximus, alia ipſum lingua vſum non fuiſſe, quàm hebraica, quoniam quibuſcunque locutus legitur, poſteri fuerunt ipſius Heber: & Chriſti vel maiores, vel de tribuum populi Iſraelitici aliqua. 18.

Vnum forſitan Iob (cum amicis) quis hic exceperit, quod ille ad Chriſti rectam lineam pertinere non videatur: ſed tamen quemadmodum inde certum argumentum ſumi non poteſt, quòd alio, quàm hebraico idiomate vſus fuerit: ita quòd hebraico vſus ſit, inde coniectura eſt; quod à B. Hieronymo, & R. Solomo dicatur eſſe ex poſteris Nahor, qui auus fuit Abrahami: quòd à *Philone* dicatur gener Iacob, ex Dina vxore, & quartus putetur fuiſſe ab Eſau, quemadmodum refert Genebrardus circa annum mundi, 2239. 19.

CAPVT XV.

De proprio authore & efficiente cauſa vocis, ſiue orationis diuinæ externæ.

DE *quatuor*, forſitan, aliquis ambigat, quis ſit author orationis atque vocis diuinæ, de qua præſens noſtra diſputatio eſt: de filio Dei, de Patre cæleſti, de ipſo Deo ſimpliciter, de Angelicis mentibus beatis: ſed tamen *vnus* ex his, nobis in omni conſtituendus eſt author. Res, quoniam ex ijs, quæ Cap. 20. 21. lib. 1. dicta ſunt, clara eſt, longiorem ſermonem non poſtulat. 1.

Qui *Filium* Dei, olim, ſub ſpectabili forma apparuiſſe antiquis Patribus volunt, eundem, haud dubium, volent, *per ſe*, locutum eſſe; propterea, quod quæ rationes ipſos mouerunt, cur illud aſtruxerunt, eædem mouere potuerunt, vt hoc fateantur. Pro *Patre* verò duo ſũt argumenta. Alterum eſt, qòud plæreque eorum, quæ in veteri Teſtamento, per Deum, facta leguntur, illi tribuantur; alterum quòd in Euangelio vox eius aliquoties de cælo audita perhibeatur. Pro Deo abſolutè illud eſt, quòd ad omnes perſonas pertineat vox illa, Exod. 20. *Ego ſum Dominus Deus tuus.* Sed *Angelis* fauet illud, quòd vox, quam Moyſes Deo tribuit, ab Angelo illam perfectam eſſe doceat Sanctiſſimus Apoſtolus, ad Hebræos primo capite. Quid veritas? Sequentibus docemus. 2.

Filius Dei, per ſe, immediatè, locutus non eſt, in veteri Teſtamento: nec olim immediatè, per ſeipſum, eſt viſus. Poſterius hoc demō- 3.

Digitized by Google

ſtratum eſt,cap.24.lib.1.Ex hoc prius illud confirmatum volumus. *Multifariam*,inquit Apoſtolus ad Hebræos 1. *multiſq; modis, olim Deus locutus eſt Patribus in Prophetis* (Adde Angelis)*nouiſſimè diebus iſtis, locutus eſt in Filio.*

4. Nec *Pater* eſt,qui immediatè,in veteri Teſtamento locutus eſt. Cur enim Pater,& non Filius?Cur non & Spiritus Sanctus? *Indiuiſa ſunt opera Trinitatis ad extra*,vt Theologi loquuntur:Locutio externa eſt opus ad extra:Indiuiſum eſt ergo opus:Non igitur potius Patri,quam filio,quam Spiritui ſancto tribuendum.

5. Sed quemadmodum ratio nulla eſt;cur vel ſoli Patri; vel ſoli Filio,vel etiam ſoli Spiritu ſancto tribuenda locutio externa ita neq; cur *Deo vni trinoq;*. Quamuis enim opus ſit *ad extra* : & ob id toti Trinitati tribuendum potius,quam vni alicui perſonarum;non tamen neceſſarium eſt tribuatur Trinitati indiuiduæ:quia alium authorem habere poteſt,& habet.

6. Ab eodem igitur vox atque oratio,quæ audiuntur,formantur, à quo nubes,ignis,nebula,quæ videntur,& vnde vox,atq; oratio profecta:ab eodem,quo ipſa fuerunt corpora,ſub quibus ſe Deus, ſub ſpectabili forma olim exhibuit:ab ipſis *mentibus Angelicis*,Dei adminiſtratorijs Spiritibus.

7. Magnum huius rei Argumentum Theſi 2.huius cap.inſinuauimus; quod quæ Deum locutum eſſe dixit Moyſes,illa ab Angelo profecta eſſe referat Apoſtolus. Moyſis hæc ſunt verba : *Locutus eſt Deus, cunctos ſermones hos:Ego ſum Dominus Deus tuus,qui eduxi te de Ægypto.* Apoſtolus hæc Angelis tribuit ſequentibus verbis:*Si enim*,inquiens, *qui per Angelos dictus eſt ſermo factus eſt firmus:& omnis præuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionem:quomodo nos effugiemus;ſi tantam neglexerimus ſalutem,quæ initium accepit enarrari per Dominum?* &c.Ad Hebræos 2.Sed clarius id ſanctiſſimus Stephanus, Actu.7. *Accepiſtis*,inquit,*legem in diſpoſitione Angelorum,& non cuſtodiuiſtis,&c.*

8. Et ſi ſingulas diuinas Locutiones diſcutiamus,in pleriſque etiam Angelorum expreſſam mentionem fieri reperimus: vt vel hoc ipſo intelligatur eorum hic præcipuam occupationem fuiſſe.Argumentum hoc vrget B.Auguſtinus 3.de Trinitate cap.vltimo. *Et ſi nos latet*, addit, *quomodo ea miniſtris Angelus fecerit ; per Angelos tamen eſſe facta,non ex noſtro ſenſu dicimus; ne cuiquam videamur plus ſapere , quam oportet ſapere ; ſed ſapere ad temperantiam : ſicut Deus partitus eſt nobis menſuram fidei: ſed credimus,propter quod & loquimur . Extat enim autheritas diuinarum Scripturarum , vnde mens noſtra deuiare non debet:nec*

relicto

relicto ſolidamento diuini eloquij per ſuſpicionem ſuarum abrupta præcipitari, vbi nec corporis regit, nec perſpicua ratio veritatis elucet. Ita Auguſtinus.

Quocirca & hic diuina prouidentia leges ſuas ſeruat, quas in rebus 8.
omnibus ipſam ſeruare docet Dionyſius Areopagita, vt res ſingulas, nō per ſe ſolam, ſed per ſecundas, & proprias cauſas adminiſtret: vſibuſq; ſuis adhibeat ſibi ſeruientes Angelos, qui ob hoc etiam nomen *Adminiſtratorium* Spirituum obtinuerunt.

Quod diximus, vniuersè verum eſſe credimus, in diuinis locutio- 9.
nibus omnibus; quibuſcunq; etiam temporibus illæ acciderunt. *Omnes* Angelorum opera perfectas credimus. Cur enim hanc, præ illa? cur hoc potius, quam illo tempore? hoc potius, quam illo loco? Nulla ratio hanc, præ illa, excepit.

Quocirca & illæ noui Teſtamenti, quibus vox *Patri* tribuitur. 10.
Matth. 3. & 17. teſtimonium danti filio, Angelorum opera ſunt perfectæ. Nec in illis plus Pater fecit, quàm aut Filius, aut Spiritus ſanctus. Patri nihilominus tribuuntur: quia Patris, non filij: non ſpiritus ſancti perſonam ſuſtinuit Angelus. Atque ſecundùm hoc loqui dicendum eſt, Cyprianum, lib. de Baptiſmo, quando ſic ait: *Hucuſque Domine ſancte Pater, non audiuimus te ita loquentem, vt perſonaliter tibi aſſignetur locutio, quam proferres. hanc vocem à tua paternitate delatam nemo eſt qui ambigat; non eſt, qui ſibi hoc verbum audeat arrogare.*

Sed cauſam quæris; Cur ſi Angelus ſemper locutus eſt, non dictū 11.
ſit ab Angelo: *Hæc dicit Dominus: Ego ſum Dominus Deus tuus: Non habebis Deos alienos.* Cur ipſe Angelus, *Ego*, inquit, *ſum Dominus Deus tuus?* Prophetam quis vnquam audiuit dicentem: *Ego ſum Dominus Deus tuus?* qui tamen & ipſi Dei fuerunt miniſtri, non minus, quam Angeli? Reſpondetur mirum non eſſe, Angelos hoc orationis forma vſos fuiſſe. In Commedijs, atque Tragædijs, vbi res geſte Principum virorum exhibentur, ſimiles formæ probantur B. Auguſtinus, lib. 3. de Trinit. cap. vltimo, eodem fere modo reſpondet. Ait aliquis, inquit, Cur ergo ſcriptum eſt. *Dixit Dominus ad Moyſen,* & non potius, *Dixit Angelus ad Moyſen? Quia,* inquit, *cum verba Iudicis præco pronunciat: non ſcribitur in geſtis: Ille præco dixit; ſed ille Iudex: ſic etiam loquente Propheta ſancto; & ſi dicamus Propheta dixit, nihil aliud, quàm Dominum dixiſſe intelligi volumus.* Ita Auguſtinus. qui etiam contra Adamantium cap. docet optimè dici *Deus dixit,* & *Angelus dixit:* cum illud dicatur ex perſona *inhabitantis Dei,* hoc ex perſona *ſeruientis creaturæ.*

Nec:

Digitized by Google

13. Nec eodem eſt hîc ratio Prophetarum, atque Angelorum. Non Dei perſonam ſuſtinuerunt Prophetæ, vt Angeli. Dei tantùm nuncij [illegible] à Deo ipſis, vt hominibus referrent, reuelata atq; mandata fuerant, hæc ipſi bona fide reuelarunt. Quocirca conueniebat, vt alia ipſi, alia Angeli forma orationis vterentur: ipſi dicerent: *Hæc dicit Dominus*: non dicerent, *Ego ſum Dominus*: quod optimè dicere potuerunt Angeli, qui Dei, apud homines perſonam ſuſtinuerunt.

14. Potuiſſent nihilominus, & Angeli eadem orationis forma, cum Prophetis, vti; ſed vti noluit Deus. Ita voluit loqui, vt *Ipſum Deum* loqui Auditores exiſtimare poſſent, idq; multis grauibusq; de cauſis ſcilicet, ita dictis maior accedat authoritas. Sic intelligebatur Deum vitam otioſam non agere: non depoſuiſſe hominum curam. Sic ſignificabatur res eſſe magni momenti, quæ reuelabantur. Sic maiora diuinæ clementiæ atque bonitatis argumenta mortalibus exhibebantur.

Hæc longius paululum proſequitur doctiſſimus Toſtatus, q. 77. 15. in 17. Matth. quæ quoniam non huic ſolùm locutioni, ſed etiam alijs Dei Apparitionibus ſeruiunt, placet his, ipſius propemodum, verbis aſſcribere. *Non fuit conueniens*, inquit, *vt Angeli, qui apparebant, & loquebantur, tanquam Dei miniſtri, dicerent, ſe à Deo miſſos, & nomine Dei agere. Primò, quia, ſi populus Iudæorum nihil videret vnquam Deum ſuum agentem, neq; loquentẽ; & per Angelos omnia fierent; conciperent de illo non bene, quòd nihil ageret. Secundò, vt tota gratiarum actio populi redderetur ſibi. Nam ſi omnia, quæ Deus per Angelos efficiebat circa Iſraelitas, ſcirent Iſraelitæ facta per Angelos; etiam ex mandato Dei putare poſſent ſe plurimum & nimis, teneri Angelis; & non tantum Deo, quantum alioqui debent, qui voluit ſe ſolum potentem haberi, ſecundùm illud: Deut. 32. Videte, quod ego ſim ſolus & non ſit alius, præter me, & illud Pſal. 7. Tu es Deus, qui facis mirabilia magna ſolus. Tertiò, vt vt non eſſet occaſio errandi circa Angelos. Si enim, quæ per Deũ dicuntur hic facta, dicta, dicerẽtur feciſſe dixiſſe Angeli; neſcirẽt Hebræi diſtinguere inter Dei, atq; Angelorũ poteſtatem: ideoq; vel colerent Angelos, vel certè Deũ paulo maiorem Angelis exiſtimarent. Quartò fuit hoc, vt Deus alliceret ſibi populum; vt eum colere deſiderarent: ſicut famuli gaudent nimis, quando Dominus eis loqui dignatur. Si verò cognoſcerent Deum per Angelos ipſis loqui & non per ſe, putarent ſe contemni, ideoq; in Dei cultu facti fuiſſent remiſſiores. Quintò fuit, vt Iudæi crederent ſe valde eſſe inclytos, habendo Deũ talem, qui ijs ita loquatur. Vnde non malè dixit Moyſes, Deut. 4. Non eſt tam grandis natio ſub cælo,*

quæ

quæ habet Deos appropinquantes ſibi, ſicut adeſt Dominus Deus veſter cunctis obſecrationibus veſtris. Hæc Toſtatus.

CAPVT XVI.

De fine, qui Deo propoſitus eſſe potuit; quando mortalibus externa voce eſt locutus, & ſe videndum non exhibuit.

TRIPLICIVM *rerum* fines, in *Vocalibus his Apparitionibus* ſiue *diuinis Locutionibus* inquiri poſſunt. Primo illarum, per quas vox, & oratio Dei, ad mortales peruenit. Deinde externæ vocis atq orationis: cur videlicet externa voce, apud homines, locutus ſit Deus, ſub humana forma oculis auditorum ſe non exhibuerit. 1.

Res illæ primæ, aliæ atque aliæ fuerunt. Nunc nubes, nunc rubus, nunc ignis, nunc ſibilus, nunc turbo, nunc propitiatorium, nunc Vrim atque Thummim. Alij quoque atque alij fines Deo, in his, propoſiti fuerunt. Cum iudicio enim, & ratione agit omnia Dei ſapiētia, ſed quoniam de his, & horum finibus, quod coniectura conſequi potuimus, ſuperius explicauimus: duorum poſteriorum, hoc ca. tantum fines inquirendi ſunt.

Voce igitur *externa* vſus eſt Deus, non quia alia ratione mentis ſuæ arcana reuelare nequiuit. Multi Deo ſunt modi, quibus illa reuelare poteſt & ſolet. docent hoc, quæ ſuperius cap. 3. ex BB. Gregorio atq; Auguſtino ſunt allata. Viſus eſt externa voce, tum vt diuinæ erga genus humanum clementiæ maiora extarent argumenta; tum etiam, vt homines facilius quo liberet impelleret, arctiusque ſibi coniūgeret. 2.

Clementiam & bonitatem teſtabatur, quod cordis ſui conſilia patefaceret: & aptefaceret ratione humano ingenio accommodatiſſima. Quarta enim res eſt diuinorum ſecretorum eſſe conſcium? & quidem talium eſſe conſcium, à quibus felicitas ad quam cōditus eſt homo, pendet? fieri conſcium per ipſum, qui fallere non poteſt, Deum Opt. Max & eo modo conſcium fieri, qui naturæ mortalium eſt conuenientiſſimus? 3.

Nihil horum in Dei Locutione hac externa deſiderabatur. Quæ in corde fouebat, in apertum loquendo promebat: quoniam, vt Ariſtoteles inquit, *quæ ſunt in voce, eorum*, quæ ſunt in mente, ſunt ſigna. Ad ſalutem mortalium pertinebant omnia: quoniam vt dicitur Iſaiæ 48 *Ego ſum Deus, docens te vtilia*. Ipſus erat, qui loquebatur: *Ego*, (loquebatur,) *ſum Dominus Deus tuus*. Et ad ingeniū hominum ſe ac- 4.

commodabat:quia doctrinam ſuã in mentem per illum ſenſum inſerebat,quem diſciplinæ maximè ſeruire docent Theologi.

6. Potuit quoque hac externa Locutione facilius animos hominum, quò lubebat,impellere,quàm ſi intellectum primo aggreſſu occupaſſet,aut etiam per imaginationem aditum ſibi ad eundem paraſſet,ſpreto ſenſuum ſubſidio:quoniam vehementius mouent, quæ primùm ſenſibus externis obiecta ſunt, dehinc ad imaginationem tranſeunt,& poſtea mentem inuadunt;non ſolùm idcirco,quòd plures hic homines potentiæ,& vires occupentur;verùm ,etiam quòd quæ in ſenſus externos fiunt,impreſsiores, admodum ſint efficaces; præſertim ſi ab inſolitis fiant obiectis,aut etiam nouo inſolitoque modo afferantur:quæ vtraque in diuinis Locutionibus locum habent.

7. Sed cur ita loqui voluit Deus,vt tamen loquens ſub externa aliqua certaque forma nollet conſpici? Hoc certum eſt,cuius finis dandus.Sed quàm hoc ſtudioſè Deus curauerit docemus ante omnia verbis Toſtati,q.77.in 17:Matthæi. *Quod Deus occultari voluerit, patet. Quia Deus,*inquit,*in duobus locis ſolebat regulariter loqui, aut in Tabernaculo,aut extra.Si intra,habebat duo operimenta:primũ,quod erat ſupra Propitiatorium,inter alas Cherubim.Num 7.inde enim communiter loquebatur , & tamen alæ Cherubim velabant expenſæ ex oppoſito,ita vt extremitas alæ vnius Cherub contingeret extremitatem alæ alterius,Exod.25.& 27:& ita manebat inter alas quatuor ipſorum,vacuitas quædam occulta,in qua poſſet latere corpus.Secundum operimentum erat nubes,quia ſuper Propitiatorium erat nubes,quæ amplius velabat illud,vt ſi aliquid maneret non opertum, quod videri poſſet inter contactum alarum Cherubim,illud operiretur nube.ſic dicitur Leuit.16.In nube apparebo,ſuper Oraculum quo tegitur arca.Tertium etiam operimentum addebatur ex parte ſacerdotis.Nam quando ſacerdos magnus ſemel in anno,introibat in Sancta ſanctorum,Leuit.16.& ad Hebr.9. tenebatur implere thuribulum prunis,& imponere thimiama , vt vapor groſſus inde exhalans obfuſcaret oculos ſacerdotis;ne videre poſſet, quid erat in Propitiatorio,quia alias moreretur.Vnde Leuit:dicitur 16:ſumpto thuribulo intrauit vltra velum,hauriens manu compoſitum thimiama in incenſum;vt poſitis ſuper ignem aromatibus,nebula eorum & vapor operiat Oraculum, quod eſt ſuper Teſtimoniũ, vt non moriatur.Cùm autem Deus extra tabernaculum loquebatur,faciebat hoc in nube:vt quando loquebatur Moyſi,Exod. 33.In datione autem legis erat maior occultatio,quia loquebatur Deus de medio caliginis & fumi,quæ vocatur nubes denſiſſima,Exod.19,*Hæc Toſtatus.

Nunc

Nunc cauſam, cur loquens externa voce Deus, externa forma & 8.
effigie videri noluerit, aſsignemus. De hac ſic Moyſes Deut. 4. *Non vidiſtis*, inquit, *aliquam ſimilitudinem, in die, qua locutus eſt vobis Dominus, in Horeb, de medio ignis: ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinē; aut imaginem maſculi vel fœminæ: ſimilitudinem omnium iumentorum, quæ ſunt ſuper terram; vel auium ſub cælo volantium, atq; reptilium, quæ mouentur in terra, ſiue piſcium, quæ ſub terra morantur in aquis: ne fortè eleuatis oculis ad cœlum, videas ſolem & lunam, & omnia aſtra cœli, & errore deceptus, adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus, in miniſterium cunctis gentibus, quæ ſub cœlo ſunt.*

Sed generalis non videtur hic finis eſſe. Hoc propoſitum videtur 9.
fuiſſe Deo in illa Locutione, qua cum populo egit, in monte Horeb. Id ipſa verba indicant. Quid de alijs? An idem quoq; propoſitum in alijs? Aſſerere id difficile de omnibus; ſi de quibuſdā concedi poteſt.

Quid enim? de omnibus, quibus Deus locutus tantùm eſt, pericu- 10.
lum fuit, quòd imaginem ſimilitudinemq; Dei, ſi quam vidiſſent, effinxiſſent, illique diuinum honorem detuliſſent? Quis hoc ſuſpicabitur de Moyſe, cuius tantæ in Sacris Scripturis commendationes? Quis de Abrahamo, quem patrem credētium vocat Apoſtolus? Ro. 4. De Dauide: qui vir fuit ſecundùm cor Dei? Act. 13. De Adamo: in quo tanti theſauri ſcientiæ, atque ſapientiæ fuerunt reconditi? Omitto reliquos.

Sed & plurimis, quibus Deus ſe voce tantùm aliquando prodidit, 11.
etiam ſub humana forma apparuit. Exemplorum loco ſunt Adam, Abraham, Moyſes. An fortè, quādo his ſub humana forma apparuit, occaſionem Idololatriæ præbuit? Credi id non debet. Et omnino neceſſe fuit, vt ſub nulla ſe forma exhiberet: ſi à vero veri Dei cultu ad ſuperſtitioſam, Idololatriam hæc potuit mortales auocare.

Quæ igitur Locutiones huius occultæ, ſiue externa loquentis for- 12.
ma, ratio? quis finis? Suſpicor illam, quę ad omnes mortales pertinet, ex diuina prouidentia petendam eſſe. Propoſitum, ſcilicet, Deo fuit: vt in ratione agendi cum hominibus, primò ſe familiariorem exhiberet: poſtmodum ſuccedentibus temporibus, de familiaritate prima aliquid remitteret; poſtremò homines nō per ſe, ſed per homines regeret & gubernaret.

Quod dicimus, in quadruplici Apparitionis genere, (de quibus ca- 13.
pite 2. lib. 1.) ſiue in quadruplici conſeruandi modo, quem cum hominibus Deus obſeruauit, licet colligere. Familiariſsimus ille eſt, quo ſub externa ſpecie, ſe exhibuit, & cum hominibus ſub humana forma egit. Ab hoc aliquid deficit, quò tantū audiebatur, & nō vide-

Digitized by Google

batur. Vtroque inferior eſt,quo nec videbatur,nec audiebatur; ſed per ſomnum ſe inſinuabat, aut per phantaſiam. Poſtremum locum habet,quo intellectum hominis tantum occupabat. Hi in Appariti-onibus,& modo conſeruandi gradus.

Vt hos Deus ſeruaret, omnino videbatur rationi conſentaneum. Neque enim vnus ſemper erat conſeruandus, quod ingenium hominum plures,imò omnes hos poſtularet. Neque videbatur initium à poſtremo ſumendum,atque ita ad primum aſcendendum quod ſuauis Dei diſpoſitio,atque ingenium humanum potius primum poſtularet. Cùm verò ab extremo, ad extremum mutatio non niſi per medium fiat; conueniebat, vt Deus, qui primum ſe ſub humana forma exhibuiſſet,antequam ad illam conuerſandi, atque cum hominibus agendi rationem perueniret, qua ſe in intellectum tantùm inſinuat aut imaginationem: ſecundam,qua auditur exterius,& non videtur, obſeruaret.

15. Et quod conuenienter fieri iam dictum eſt; id factum eſſe, *vt plurimum*, deprehendet,qui Dei Apparitiones percurrere,atque examinare omnes velit. Deprehēdet primis illis hominibus Deum ſæpius, ſub externa humanaque forma ſe exhibuiſſe.poſtea,cum poſteriori-bus ſermones miſcuiſſe, & formam externam occultaſſe: tertiò, nec viſum eſſe ſub aſpectabili ſpecie, nec vocem eius perceptam: ſed in ſomnis pleraque perfeciſſe. quartò mentem illuſtraſſe.

16. Veruntamen hanc legem non ita religiosè Deum obſeruaſſe exiſtimandum eſt, vt nunquam prætermiſerit; & hic nulla detur exceptio. Quid *vt plurimum* factum eſt, referimus. Alioquin & quando ſub externa ſpecie videbatur, ſæpe etiam audiebatur, ſæpe in ſomnis apparebat, ſæpe intellectum illuſtrabat. Rurſus, poſterioribus quoque temporibus aliquando eſt viſus, aliquando auditus. ſed, vt diximus, quid *vt plurimum* accidat referimus.

17. Exercitatis iam hominum ingenijs: partim ſua,quam primum exhibuit præſentia: partim oraculis,quæ viua voce dedit: partim illuſtratione intellectus per ſe. Angeloſq; miniſtros facta, ſe quaſi ſubtraxit: & homines per homines, tanquam per ſuos vicarios rexit: & ſibi quaſi reliquit, quemadmodum & iam regit & ſibi quaſi relinquit.

CAPVT XVII.

Quæ materia potiſſima diuinæ Locutionis præſertim in veteri Teſtamento.

1. NON dubito mirum videri quibuſdam, quod Diuinæ vocis atque orationis materiam inquiramus, cum difertis verbis Sacra-

cræ literę illam contineant, & proponant: ſed tamen, ſi quid eſt, quo 1
vtiliter, in hoc de diuinis Locutionibus tractatu, quæritur, profectò
eſt dictorum Dei ſeries & materia.

Quantum ſtudium in hac cognoſcenda, & ſcrutanda ponerent mortales, ſi ſacris literis illa non contineretur? ſi noſtra diligentia aliunde eſſet accipienda? Et quam ſumma diligentia inquirendam eſſe merito cenſent omnes: de hac intelligenda repetenda, & ad memoriam identidem reuocanda, fruſtra ſuſcipitur cogitatio. 2.

Dei ſunt verba, quæ quæruntur: non hominum: non Angelorum, 3.
Dei ſunt cogitationes & conſilia: non hominum, non Angelorum. An à Deo profecta nullo loco poſſunt haberi? aut poſſunt non ſumma diligentia atque ſtudio expendi?

Præſertim, cum ſingulariori quadam ratione, à Deo profecta ſint, 4.
viua ſcilicet, Dei voce: præter naturalium rerum ordinem: tantùm non, ſiue miraculo? voce nunc dilapſa de nube aut cælo; nunc prodeunte ex Propitiatorio aut rubo; nunc inſinuante ſe cum turbine, aut ſibilo auræ leuis?

Sed & inde colligitur maximam horum Dei verborum rationē 5.
eſſe habendam, quod ad ipſa primum audienda non imparatos auditores voluit accedere, ſed paratos maximè: huncq; in finem quoſdam iuſſit calceos de pedibus deponere; quoſdam veſtimenta lauare, & ab vxorum congreſſu abſtinere.

Indigna res homine Chriſtiano eſt, in Philoſophorum placitis & 6.
ſententiis inueſtigandis tempus ad ætatem conſumere; & exiſtimare oleum operamque perditum iri, ſi quo Deus mortalium generi locutus eſt, quæ commendarit, & commendata eſſe voluerit, expendat.

Quæ Deus dixit; & pro hominum ſalute dixit; homo, ſi ſalutis ſuę 7.
ſit amans, contemnere nequaquam poteſt. Quocirca cum hæc & à Deo dicta eſſe; & hominum ſalutis cauſa dicta eſſe, dubitare non liceat; magno loco eſſe debent: vtiliter de illis quæritur.

Quæ igitur *materia* verborum Dei? quæ orationis leges? Varia pro- 8.
fectò. quia variæ Dei Locutiones. Veruntamen ad vnum caput reuocari poteſt vniuerſa. Quod illud? *vtilitas atq; emolumentum generis humani.* Quoniam in omni Locutione Dei verum eſt, quod ipſe apud Prophetam Iſaiam, ca. 48. teſtatur: *Ego ſum Dominus Deus tuus, docens te vtiliter: gubernans te in via hac, qua ambulas.*

Caput hoc vnum in membra quædam partitur Apoſtolus, ad Ti- 9.
moth. 3. dum Scripturæ, quæ verborum Dei eſt cuſtos, explicat commoditates. *Omnis,* inquit, *Scriptura diuinitus inſpirata, eſt vtilis ad do-*

Digitized by Google

cendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iuſtitia; vt perfe-ctus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus.

10. Quatuor igitur, quemadmodum in Scriptura, quæ Dei vox mortua dici poteſt; ita in oratione, quæ eiuſdem eſt viua vox, propoſita fuerunt; docere doctrinam fidei: refellere errores fidei contrarios: tradere quæ ad bonos mores faciunt: corrigere in bonis moribus errantes. Ita ſententiam ſanctiſsimi Pauli explicat S. Thomas.

11. Et quator hæc Deo propoſita fuiſſe, facilè deprehendet; qui quas diuerſis tēporibus atque locis, ad diuerſos orationes habuerit, ſecum repetiuerit. Sed in vna illa terribili atque ſtupenda, quam in monte Sinai habuit, ad populum Iudæorum, oratione, complexus eſt omnia. Nam & vnum Deum docuit eſſe credendum, quod ad primum membrum pertinet: & nullos alienos eſſe habendos; quod pertinet ad ſecundum: & quomodo Deus ſit colendus proximuſque diligendus; quod facit ad bonos mores: & denique, quàm ab omni iniuria proximo inferenda cauere oporteat; quod malos tollit mores.

12. Vt hæc quatuor Deo fuerunt propoſita; ita propoſita docuiſſe, nemo dubitat. ſed pulchrè inſinuat Apoſtolus. Voluit enim mortales ad omne bonum opus eſſe inſtructos, *vt perfectus*, inquit, *ſit homo Dei ad omne bonum opus inſtructus*. At quomodo inſtructi eſſe potuerunt, ſi in rebus fidei vel morum errarent? ſi in vtriſque non optimè exercitati?

13. Verùm, hæccine quatuor tantùm Deo propoſita fuerunt? fuerūt præcipuè. Sed tamen alia, quæ ad hos fines obtinendos, & promouendos plurimū conducunt, non prætermiſit: qualia ſunt, afflictorum conſolationes, ignorantium inſtructiones, virtutis præmia & commendationes, pœnarum minæ intentatæ, benefactorum laudes, reprehenſiones errantiū, atq; his ſimilia: quæ obuia ſunt Dei orationes percurrentibus. Atque hæc de materia locutionis diuinæ.

CAPVT XVIII.

De vi atque efficacitate Diuinæ Orationis; & quæ illius cauſa.

1. V*IM & efficacitatem* orationis illam, hoc loco, vocamus, quæ præterquam, quòd audientium, aures diuerberat, etiam ipſorum animos penetrat; & vel intellectum ad aſſentiēdum dictis trahit; vel cor, ad agendum omittendumúe propoſita, vehementius impellit.

In duobus igitur vis hæc conſiſtit: in mentis intelligentia, & cordis

dis affectu. Quoniam enim oratio animi noſtri nuncius eſt ad animum, cui loquimur: fit, vt pro ratione potentiarum animi, (quæ duæ ſunt) vis hæc orationis ſeſe extendat; & nunc illuminet intellectum, qui animi quaſi oculus eſt; nunc afficiat voluntatem, quam cor animi poſſumus dicere.

Et in intellectu vnum effeciſſe ſat habet: in voluntate plura probanda ſunt. quia vna & ſimplex eſt ratio veri, quæ intellectui eſt propoſita: multiplex boni, quod in voluntate quæritur. Hoc, quoniam ad ſcholas pertinat hic pluribus non proſequendum. 3.

Porrò verum non ſimpliciter hæc orationis vis affert intellectui: 4. ſicut omnium oratio, dum veritatem proponit, veritatem intellectui affert. ſed ita affert, vt ſimul lumē quoddā eidem intellectui addat, & ad intelligendum atque aſſentiendum virtutem aliquam largiatur.

Si nec *ſimpliciter* cor afficit hæc efficacitas orationis: quemadmodum omnis oratio, pro rerum propoſitarum conditione, alios atque alios motus efficit: afficit modo quodam ſingulari: ita, ſcilicet, vt animumquoque inflectat, ad ſe rapiat, & eidem vim quaſi faciat. 5.

Quatuor verò modis vtrunque, ſed imprimis motus, auditoribus 6. afferri poteſt. videlicet, vel ipſius orationis gratia; vel non tam orationis gratia, quàm opinione, quàm apud auditores habet is, qui loquitur: vel rebus quibuſdam, quæcum oratione à loquente aſſumuntur, & aptæ ſunt ad monendum, & inſtruendum: vel denique *opera eius*, à quo oratio proficiſcitur: qui animum, quaſi illabitur, atque inſtruit & mouet interius, dum exterius verbis atque oratione aures occupat.

Primi illius modi plurima exempla proferunt, qui de arte Rhetorica 7. atque eloquentiæ viribus ſcripſerunt. Inter alios excelluiſſe creduntur apud Græcos Demoſthenes, & apud Latinos Tullius Cicero. Illo loquente, teſte Sabellico, lib. 1. de Senect. cap. 6. tota Græcia bella & pacem ſuſcipiebat, ſuſcepta deponebat; fœdera cum Regibus iungebat, iuncta diſſoluebat. per huius orationem maxima ſeditio, in principe vrbe, & mundi capite, propter interfectum Cæſarem excitata, eſt compoſita.

Secundi exempla plura ſunt. hoc enim modo etiam eorum oratio 8. placet, quę alioquin per ſe gratiæ & venuſtatis habet nihil. Cæcus eſt amor; efficitque vt probes amici omnia, quamuis etiam quædam nō tam laudem, quàm vituperationem mereantur.

Digitized by Google

9. Pro *tertio* ſeruit M. Antonius, qui hac ratione Romanum populum de libertate ſibi, per mortem Iulij Cæſaris allata gratulantem, in contrarium ſenſum conuertit. Quando enim L. Piſonis opera intellexit Cæſaris corpus ad forum delatum; atque ad ſpectaculum accurrere vniuerſum populũ, pro concione primum cæpit res geſtas Cęſaris commemorare; tum deinde ad commiſerationem conuerſus, Cæſaris prætextam ſanguine perfuſam, vulnera quoque inflicta oſtendere; rebus & verbis lachrymas adiungens: atque ſummam indignitatem aſſerere, quod tantus vir, tam indignè, à ſuis eſſet peremptus. Quid deinde? Mox adeò ad commiſerandum populus commotus eſt, vt partæ libertatis oblitus, impetu facto, ad percuſſorum domos incendendas accurrerit.

10. Pro *quarto* poteſt ſeruire oratio Chriſti Domini: de quo ſic Euangeliſta Matth 6. cap. 7. *Erat docens, ſicut poteſtatem habens, & non ſicut & Scribæ & Phariſæi*: & Lucas cap. 4. *In poteſtate erat ſermo eius*. Idem confirmat, qui ad eundem capiendum aliquando fuerunt miſſi, & oratione victi, cum à ſuis interrogarentur, cur vinctum (Dominum) non adducerent, reſponderunt: *Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic homo*. Ioan. 7. Idem indicat Apoſtolus Petrus: cuius hæc eſt oratio, Matt. 19. *Domine, quo ibimus*, Verba vitæ æternæ habes.

11. Nunc quæſtio noſtra eſt, *Vtrum Dei, qua audiebatur in veteri Teſtamento, oratio vim aliquam aliam habuerit præter communem, quæ in omni oratione inuenitur*, qua auditor inſtruitur & mouetur: an hanc habuerit ſolam. Rurſus ſi, præter hanc, aliam habuit, an illam vel orationis ipſius attulerit *gratia*, an *opinio*, auditorum; an *res* cum oratione coniuncta; an *ipſe Deus*, initus in hominum animis loquens. Nos quod probabile iudicamus, ſequentibus Pronunciatis aperimus.

12. Primum ſit. Non de *omni oratione Dei* dici debet, quod ſingularem quandam vim atque efficacitatem in hominum animis habuerit. Quædam enim ad quoſdam ſubito facta eſt, in qua nihil eorum, per quæ vis hæc hominibus affertur potuit adeſſe. quales, ſi non alia, certè illa fuit, qua ſecundo, & tertio, à Domino vocatus eſt Samuel, quãdo ipſe ſe ab Heli credidit eſſe vocatum, 1 Reg cap 3.

13. Secundum eſt. Nequaquam credi debet *omnem Dei* in veteri Teſtamento loquentis orationem caruiſſe illa ſingulari vi atque efficacitate quæ valet ad hominum animos informandos, atque mouẽdos. Quid ſi pro huius cõfirmatione adducatur illud ad Hebræos 4. *Viuus eſt Dei ſermo & efficax: & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vſque ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, compagum quoque & medullarum; & diſcretor cogitationum, & intentionum cordis?* Sed hoc

opus

opus non eſt: exemplorum vis magna eſt in promptu, tam eorum, qui ſolum externa voce loquentem, audiuerunt Deum, eundem tamen non viderunt: quam eorum etiam, qui viderunt ſimul & audiuerunt.

Dubium vero nullum, quin *opinio*, quam de loquente Deo auditores habuerunt, multum hic effecerit, magnamque impreſsionem in animos fecerit. Atque hoc ſit Aſſertorum tertium. Nam quia conſtabat, quod errare aut fallere non poſſet, qui loquebatur Deus; ideo mox dictis fidem adhibebant. Et quia certi, quod eſſet bonus, & non niſi ſalutaria vrgeret, idcirco non tergiuerſabantur, ſed ad imperata perficienda erant promptiſsimi. Egregie hic ſeruiunt eorum exempla, qui Deum obſeruabant & reuerebantur, inprimis autem Abrahami, tam arduum, de immolatione filij, mandatum, cum tanta animi alacritate, exequentis. 14.

Res quoque coniunctæ cum oratione vires perſæpe orationi addiderunt. Hoc quartum ſit Aſſertorum. Oratio Dei in monte ad populum ex igne facta confirmat, qod dicimus. Quantam illa trepidationem atque timorem incuſsit? Nec mirum. quoniam vt Exod. 20 dicitur; *Cunctus populus videbat voces & lampades, & ſonitum buccinæ, montemq́; fumantem*. Nec hæc Dei tantùm Locutio hic ſeruit. Omnis propemodum his rebus fuit terribilis & efficax: alia propter nubem obſcuram, alia propter rubum incombuſtum, alia propter turbinem aut ſibilum &c. 15.

Veriſimile etiam (hoc loco quinti Aſſerti ſit) *ſingularem quandam gratiam* in Dei oratione perſæpe fuiſſe, quæ plurimum in hominum animis perfecerit. Mirum hoc videri non debet. Etenim qui finem vult, media pro fine, quæ commodiora intelligit, aſſumit. Quis verò dubitabit talē orationem aſſumptam eſſe à Deo loquente, quæ & ad docendum & commouendum eſſet accommodatior? cum vt doceret & moueret omnis ab eo oratio ſuſciperetur, & quæ ad vtrunque plurimum poſſet, ipſe non ignoraret; talem etiam fingere poſſet?

Hanc orationis gratiam in alijs nunc affert *pondus ſententiarum:* nūc *dictionis & verborum elegantia*; nunc *grauitas actionis*, nunc *venuſtas pronunciationis*. In Dei verò oratione habueruntne hæc locum omnino? an ex his aliqua? & quæ? Certè *omnia locum non habuerunt*. Atque hoc ſit ſextum Aſſertorum. Neque enim vlli in mentem venit, vt *actionis grauitati* hanc vim atq; efficacitatem tribuat, propterea quod viſus ſubſidio illa nitatur, & per viſum animos occupet præcipuè. at viſus officium nullum habuit in hac Dei locutione apud auditores. omnis orationis vis per auditum ſe inſinuauit. 17.

Rr Nec

18. Nec puto hanc ſemper tribui poſſe aut debere *elegantia dictionis & verborum.* quin imò id Dei oratione cõuenire credidero facilè, quod de ſua confitetur Apoſtolus 1. Corinth. 4. quando *ſermo meus*, inquit, *& prædicatio non in humanæ ſapientiæ perſuaſibilibus verbis*. & quod de vniuerſa Scriptura dicit ad B. Paulinum, epiſt. 103 Hieronymus: dum ipſum monet, *ne offendatur Scripturæ ſimplicitate, & quaſi vtilitate. multa enim de induſtria ſic ſcripta eſſe, vt ruſtica concio ſic facilius inſtrueretur.* Hoc ſit loco ſeptimi Aſſerti & probatione non indiget, cum ipſa ſe prodat oratio.

19. Octauum Aſſertum eſto: quod nec vim hanc ſemper attulerit *ſententiarum pondus*. Breuiſsima quandoque fuit Dei oratio, in qua ſentẽtias nullas deprehendas, quæ nihilominus auditorem plurimum cõuenit. Propterea, plerunque illa à priuatorum hominum communi vſitatoq; ſermone, vel nihil, vel parum diſtabat; in priuato verò vſitatoque ſermone quis ſemper ſententias requirat?

20. Gratia igitur hæc orationis præcipuè & maximè conſtituta fuit *ne venuſta pronunciationis*. hac fecit, quod efficit. Et hoc quidem neceſſe eſt conſtituamus, quando cætera defuerunt, nec tamen ſuo diuinæ orationi defuit gratia, vis, & efficacitas. Sed idem inde etiam eſt clarum, quod tanta ſit venuſtæ pronunciationis vis, vt plurimum ſemper hoc apud auditores potuerint; quicunq; in hac excelluerũt. Hoc nonum ſit Aſſertorum.

21. Vnum reſtat dictis addamus, Vtrum etiam cum ſua oratione animis hominum Deus *quaſi illapſus ſit*, & partim intellectum illuminarit, partim affectum inflammarit; atque ita dictis ſuis vim efficacitatemq; addiderit, quemadmodum Chriſtum addidiſſe docuimus ſuperius? Nec in hoc admittendo ſumus difficiles: vel ob hoc ſolum, quod cur hic difficiles eſſe debeamus, nulla nos ratio cogat. Sit hoc vltimum Aſſertorum.

22. Interim tamen non eandem omnino orationis Dei in veteri Teſtamento hic putamus rationem eſſe, & Chriſti olim mortalibus loquentis. Chriſtus oratione ſua tanquam inſtrumento diuinitatis vtebatur Deus in veteri lege, quamuis oratione vteretur, non voluit tamen orationem inſtrumentum eſſe diuinitatis. Ipſe erat qui in hominum mentibus operabatur: oratio ob ipſo facta res intellectui proponebat, quem deinde ſequebatur affectus.

FINIS LIBRI SECVNDI DE DEI IN VETERI Teſtamento Apparitione & Locutione Auriculari ſiue Vocali.

LIBER TERTIVS DE DIVINA, SIVE DEI, IN VETERI TESTAMENTO APPARITIONE ET LOCVTIONE Imaginaria.

CAPVT PRIMVM.

In quo propria ratio & conditio Apparitionis Imaginariæ explicatur.

IMAGINARIA Apparitio, Reuelatio, & Locutio, ab imaginatiua potentia nomen habet, quemadmodum Intellectualis ab intellectu. Sicuti enim hic Deus, & Dei vox percipitur intellectu, ita ibi potentia imaginatiua. 1.

Imaginatiuæ verò potentia non alia eſt à phantaſia, vt inter Philoſophos ſentiunt doctiores. eſtque media inter illas, quas *Cognoſcitiuas* 2. dicimus: prorſus ſcilicet corporales, & prorſus ſpirituales: ſiue inter ſenſus exteriores, atque intellectum.

Et ſenſibus exterioribus *ſuperior* eſt: non quod illi in corpore ſedes ſuas habeant, hæc à corpore ſit abſtracta: hoc proprium ſibi intelle- 3. ctus vendicat: ſed quod in operatione ſua, non ita ab obiecto, quemadmodum ſenſus dependeat. ſiquidem illud, quamuis præſens etiã non ſit, valet percipere, quod nequeunt ſenſus.

Inferior autem eſt intellectu? Quoniam quamuis, vt intellectus, abſens obiectum percipiat, differt tamen ſubiectu. In corpore nam- 4. que ſedem habet ſuam, corporeaque eius eſt operatio. hoc intellectui non conuenit. Nec corpori infixus eſt; nec vt operationes ſuas exerat, corpore omnino indiget.

Quia verò intellectu inferior eſt, hinc & eidem quaſi famulatur, 5. & quodam modo ſeruit. ſupeditat eidem materiã atque obiectum in quod vires atque operationes exercet, ipſa ſcilicet *phantaſmata*, quæ vt Ariſtoteles loquitur, *neceſſe eſt intelligentem ſpeculari*. Et quia eſt ſuperior ſenſibus; hinc eorundem, quaſi myſterio vtitur, quemadmodum ipſius miniſterio intellectus. & vt ipſa intellectui, ita ipſi materiam ſubminiſtrant ſenſus.

Alia quoque ratione ſuum obiectum percipit potentia hæc, quam aut intellectus, aut ſenſus exterior. Percipit ſenſus per ſpecies, quas 6. vocant *ſenſibiles*: intellectus per ſpecies *intelligibiles*: Imaginatiua vis per medias illas, quæ potentiæ reſpondent: ideoque intelligibilibus ſunt inferiores, ſenſibilibus ſuperiores.

Digitized by Google

7. Per hanc igitur potentiam etiam ſe *Deus* hominibus quandoque offert; & non tantum intellectum, aut externos ſenſus, ſiue viſum, ſiue auditum. Et vt per intellectum perceptas *Intellectualis* Apparitionis eſt author: per viſum *Spectabilis*: per auditum *Vocalis*: ita per immaginationem, *Imaginaria*.

8. Veruntamen non ſola imaginaria potentia occupatur in hac Dei Apparitione, atque Locutione: ne idcirco vocatur *Imaginaria* Apparitio, atque Locutio; quod omnis occupatio ſit imaginationis. Occupatur quoque hic perſæpè intellectus, quin imo ipſa hic operam ſuam intellectui præſtat. Nomen igitur habet à *prima*, & *præcipua* impreſsione, quam Deus homini affert, cum ſe, ſuaque vult hominibus innoteſcere. Prima hæc in imaginationem fit: non in ſenſum exteriorem; non in intellectum.

9. Quocirca ſicut in *Spectabili* Dei Apparitione, atque *Vocali*; non ſenſu tantum exteriori, viſu, vel auditu Deus percipitur: ſed his ſenſibus perceptus, per imaginationem, ad mentem atque intellectum, vt ita dicam, tranſit: & tamen Apparitio, vel à viſu *Spectabilis* dicitur, vel ab auditu *Vocalis*; quod in hos ſenſus *prima*, & *præcipua* fiat impreſsio: ita quamuis per imaginationem hîc Deus ad intellectum tranſeat, Imaginatiuæ tamen nomen obtinet; quia imaginationem primum & præcipuè hic Deus occupet.

10. Eadem ratione & ſuum nomen obtinet *Intellectualis*; quod in ea, Deus ſe in mentem primum omnium inſinuet; antequam vel imaginationem occupet, vel ſui ſpeciem atque ſimilitudinem, in externis ſenſibus exhibeat; quanquam in hac fere *ſolus* intellectus occupetur: in alijs non ſolæ ſemper potentiæ ſenſitiuæ aut exteriores, aut interiores.

11. Deus porro, dum vel ſe, vel ſua, in Imaginaria hac Apparitione offert; modo prorſus potentiæ conuenienti offert. Et hoc omnino neceſſe eſt, ſi ſuo officio potentia fungi debeat: & ſe ſuaque Deus velit hac ratione innoteſcere. Neque enim quidquam vltra ſuas vires poteſt hæc potentia: & ſi Deus ſe, ſuaque velit innoteſcere, omnino, vt ad conditionem potentiæ ſe accommodet, eſt neceſſe.

12. Non eidem ſe Deus offert *per ſe*. Spiritus enim eſt, cui in Imaginatione nullus eſt locus, potentia ſcilicet, vt corpori affixa, ita corporearum rerum tantum capace. Non ſe offert per aliquam *ſui ſpeciem*: quoniam quæ Deum exhibeat, nulla datur. Sed & ſi daretur, quia ſpiritualis eſſet, ad Imaginationem non pertineret. Non ſe offert *per Angelos*, eandem ob cauſam.

13. Offert ſe ſub *ſpeciebus intentionalibus*, vt vocamus, & ſimulachris

rerum

rerum corporalium, quarum tantum capax eſt *Imaginatio*: quemadmodum viſui ſe ſub forma ſpectabili, qualem ille poteſt capere: aditui ſub voce, qua loquens auditur. Et illæ, quamuis infra ſpiritualium rerum (in quarum numero eſt Deus) ſint conditionem: ſpirituales tamen res prodere poſſint; quemadmodum & ipſa corporalis externaque vox ſpirituales, ſpiritualis mentis cogitationes.

CAPVT II.

De varijs diuiſionibus Apparitionis Imaginariæ, quarum præcipua ea, qua diuiditur in illam, quæ in Vigilia, & quæ in ſomno accidit.

QVEMADMODVM ſunt varia, quæ in Apparitione Dei *Imaginaria* concurrunt: ita variæ eius poſſunt aſsignari *diuiſiones*. Ante omnia hic ipſe Deus eſt, qui ſeſe inſinuat, ſunt *res*, quæ à Deo ſuggeruntur, & proponuntur. ſunt *ſpecies*, & ſimulachra, per quæ res proponuntur. eſt *modus*, ſine forma, quæ in rerum propoſitione obſeruatur. ſunt *homines*, quibus Deus Apparet. ſunt *rationes operandi* ipſius Imaginationis. Ex his omnibus aliæ atque aliæ huius *Imaginariæ* Apparitionis poſſunt deſumi diſtinctiones ſiue diuiſiones. 1.

Ratione *Dei* diſtingui poteſt; prout ſub alia atque alia ſpecie Deus 2.
hic percipitur. percipitur nunc ſub hominis ſpecie: nunc ſub Angeli: nunc ſub Dei; qualis qualis tandem illa eſſe poteſt. Huius diſtinctionis meminit S. Thomas, in 22 q. 174. art. 3. docetque poſtremam hanc, qua ſub ſua ſpecie apparet, præſtare illi ſecundæ; & hanc præſtare illi, qua ſub ſpecie humana videtur.

Res, quæ ſuggeruntur, duplicis poſſunt eſſe generis: quædam eſſe 3.
in numero rerum ſupernaturalium; quædam naturalium. Rurſus tam hæ quam illæ, vel ad praxim referuntur, vel hæ theoriam pertinent. Et hæ, poſſunt has Apparitiones diſtinguere. Et huius meminit S. Thomas. exempla plurima ſuppeditant Libri ſacri.

Pro ratione *ſpecierum* atque ſimulachrorum, quibus Deus, reſque 4.
diuinæ proponuntur, etiam duplex poteſt diſtingui *Imaginaria* Apparitio. & alia quidem dici, in qua nouæ rerum infunduntur. ſpecies; alia, in qua priorum, quæ iam habentur, nouus eſt vſus.

Sic duplex *modus* in hac Apparatione à Deo obſeruatus eſt; quem- 5.
admodum in ſupra dicto loco inſinuat idem S. Thomas. Nam quandoque tantum audiri viſa ſunt verba quæ Deus ſuggerit: quandoque videri res quædam, quæ futurorum quorundam euētum ſint ſigna, & argumenta, Illius generis fuit Apparitio Iacob in ſomnis fa-

Digitized by Google

cta dum iubetur tendere in Aegyptum, Geneſ.46. huius ſepte m ſpi-
cæ, exhibitæ Pharaoni, futuræ annonæ indicia, Geneſ.41.

Ex varij poſſunt eſſe homines, quibus hæ Apparitiones fiunt? ſed
6. ipſorum ſunt duo genera prima. Quidam fideles ſunt; quidam infi-
fideles. Inter fideles fuerunt plures: inter infideles pauciores. In ho-
rum numero Pharao, atque Nabuchodonoſor: quorum hic ex ingẽ-
te arbore, quam conſpexit præſcindit; ille ex duplicibus ſpicis futuro-
rum temporum conditionem, reuelante Deo, cognouerunt.

7. *Rationes operandi* Imaginationis duæ ſunt. Nam & externis ſenſi-
bus ſopitis ipſa operationes ſuas poteſt habere: & poteſt ſuas, cum a-
liorum coniungere. Prius contingit in hominibus dormientibus:
poſterius in vigilantibus. Hinc alia Imaginariæ Apparitionis diſtin-
ctio, vt alia dicatur contingere in vigilia, alia in ſomno.

Diſtinctio poſtrema hæc receptior eſt. & fortè illam inſinuat De-
8. us in veteri Teſtamento, quando ſic loquitur ad Aaronem & Mari-
am: Num.12. *Si quis*, inquit, *fuerit inter vos Propheta Domini: in viſione ap-
parebo ei, vel per ſomnium loquar ad eum.* Certè D. Thomas. ar.3.q.174.
hanc hic haud obſcurè ſignificat: quamuis Toſtatus, in 12. Num.q.32.
per *viſionem*, illam Apparitionem intelligat, qua ſub externa ſpecie
Deus percipitur, quam *viſibilem*, ſiue *Ocularem* dicimus.

Sed forſitan hic quis de altero huius Apparitionis membro du-
9. bitat; propterea, quod cum apparitionum diuinarum genera diſtin-
guit Toſtatus, videatur docere *Imaginariam* illam tantum in ſomno
accidere; Nam & huius tantum meminit: & exempla, quæ pro eadem
profert, ab ijs ſunt petita, quibus diuinæ Reuelationes tantum in ſõ-
no acciderunt. ſic enim loquitur. 3. Reg.cap.9.q.2. *Tertio apparet Deus
hominibus per ſomnia. Sic patet Num.12. Sic patet de Daniel, Daniel.7. de A-
bimelech Rege Gerara, Gen.20. de Iacob in Ægyptũ eunte, Gen.46. de Ioſeph
viro Mariæ, Matth.2*

10. Verùm hæc nihil Lectoris animũ morari debent. Dubiũ non eſt,
quis quemadmodum duplex eſt ratio operandi ipſius Imaginatio-
nis; (vna in ſomnis, alia in vigilijs) ita ad vtramque ſe accomodet
Deus: poſſit proinde apparere, atque de rebus diuinis inſtruere, nunc
ſomno oppreſſos; nunc vigilantes.

Hinc & D. Thomas hanc Apparitionem diſtinguit, q.174. ar.3. 22.
11. in corpore. docetque maiores vires eſſe oportere Spiritus diuini, in
illa, quæ in vigilia accidit, quàm alia, quæ accidit in ſomno: propte-
rea quod difficilius fit occupatum circa ſenſibilia (vt in vigilia acci-
dit) transferre ſe ad meditationem rerum ſupernaturalium, quam
ab occupatione ſenſibilium liberum.

Sed

Digitized by Google

Sed, nec Toſtatus ignorauit Viſiones in *vigilia* accidere. Quoniam 12.
in c. 18 ſecundi Paralip. quæſtione 35. viſionẽ vtramque, quæ Micheæ accidit (priorẽ, qua vidit vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus, poſteriorem, qua vidit Dominum ſedentem in ſolio ſuo) vtramque inquam, viſionem in claſſem refert Imaginariarum Apparitionum: & tamen in vigilia eaſdẽ accepit, non in ſomno. Vide Toſtatum loco iam citato.

Quocirca dum ſolius illius, quæ in ſomno fit, meminit; non illam, 13.
quæ accidit in vigilia excludit; ſed vel exemplo docuere voluit certiſsimam Imaginariam Apparitionem, qualis eſt quæ in ſomno accidit: vel ex illo genere aliquam aſsignare, quod in Scripturis plura ſui poteſt ſuppeditare argumenta; vt ſuppeditat illius, quæ fit in ſomno.

Atque hæc de varijs huius Apparitionis *diſtinctionibus obiter*. Vna, 14.
eaque poſtrema, nobis eſt perſequenda: tum quia quæ ad alias pertinent, ex ſupra dictis facilè colliguntur: tum etiam, quia illa ipſa quæ de poſtrema dicentur, alijs poſſunt ſeruire.

CAPVT III.

Varijs exemplis Imaginaria Dei Apparitio & Reuelatio probatur.

TOSTATVS Abulenſis, quemadmodum diximus, capite 2. 1.
lib. 1. pro hac re profert exempla Danielis, c. 7. Daniel. Regis Geraræ, Gene. 20. & Iacob, tendentis in Aegyptum, Gene. 46. Daniel per ſomniũ vidit quatuor ventos, inter ſe pugnantes, in mari magno: quatuor itẽ beſtias egredientes de mari: quibus viciſsitudo Monarchiarum orbis ſignificabatur. Abimelech per ſomnium cognouit Saram; quam expetebat, eſſe vxorem Abrahæ mandatumque accepit, vt viro reſtitueret; ni mori vellet. Iacob monetur, tendat in Aegyptum: futurum, vt in gentem magnam ibidem euadat.

His addo Iſaac, cui Deus nocte apparuit (Gen. 26) ſignificauitque 2.
benedicendum ipſum: & ſemen ſuum multiplicandum, propter Abraham ſeruum ſuum. *In Berſabee*, dicitur ibidem, *apparuit ei Dominus, in ipſa nocte, dicens: Ego ſum Deus Abraham, patris tui: noli timere: quia ego tecum ſum. Benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum, propter ſeruum meum Abraham.*

Addo Balaam, qui de nocte à Domino admonitus: vt ſi vocatus 3.
à Balac, Rege Moabitarum, iter ad eum ſuſcipiat, non aliud, quàm à

Deo

Deo intelligeret dicat. Res his verbis deſcribitur, Nu. 22. *Venit Deus ad Balaam, nocte, & ait ei: Si vocare te venerint homines iſti, Surge & vade cum illis: ita duntaxat, vt quod tibi præcepero, facias.* Sed & alias eidem Balaã, ſimili modo apparuit locutusque eſt Dominus.

4. Addo Gedeonem: ad quem ſic, nocte, locutus eſt Dominus. *Tolle taurum patris tui, & alterum taurum annorum ſeptem: deſtruesq́, aram Baal, quæ eſt patris tui, & nemus, quod circa aram eſt ſuccide: & ædificabis altare Domino Deo tuo, in ſummitate petræ huius, ſuper quam ante ſacrificium poſuiſti: tollesq́, taurum ſecundum, & offeres holocauſtum ſuper ſtruem lignorum, quæ de nemore ſucciderìs.* Hæc Iudic. 6. Idem Gedeon initurus bellum contra Madian, Deo de nocte percipiente, deſcendit in aduerſariorũ caſtra, magnamq́; ſtragem edidit: quemadmodum docet 7. ca. Iudicum.

5. Addo cum quibuſdam Samuelem, qui quæ, nocte, accepit à Deo, retulit Saul, futurum, ſcilicet, vt priuetur regno, quod prophetæ mandato nõ paruiſſet: & Amalacitarum Regi peperciſſet. Hiſtoriam ad longum deſcribit primus lib. Regum, cap. 15. Sunt tamen qui hãc Apparitionem in ſecundo genere conſtituant.

6. Addo Salomonem, cui etiam per viſum Dominus apparuit, votiq́; compotem fecit. Sic de ipſo legitur. 3. Reg. 3. *Apparuit Dominus Salomoni per ſomnium nocte, dicens: Poſtula, quod vis, vt dem tibi. Et ait Salomon. Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid, patre meo, miſericordiam magnam; ſicut ambulauit in conſpectu tuo, in veritate, & iuſtitia, & recto corde tecum, &c. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile; vt populum tuũ iudicare poſſit, & diſcernere inter bonum & malum, &c. Placuit ſermo coram Domino, & dixit Salomoni: Quia poſtulaſti verbum hoc: & non petiſti tibi dies multos, nec diuitias, nec animas inimicorum tuorum: ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos.*

7. Addo Mardochæum, cui, vt habetur, Eſther, cap 11. *per ſomnium apparuerunt voces, & tumultus, & tonitrua, & terræ motus, & conturbatio ſuper terram: & præterea duo magni Dracones, paratiq́, contra ſe in prælium. ad quorum clamorem cuncta concitatæ ſunt nationes, vt pugnarent contra gentem iuſtorum.* Quid viſio portenderit eodem libro, ſed præcedenti capite, explicat idem Mardochæus.

8. Et hæ quidem in *ſomno* factæ Apparitiones. Extra ſomnum quoque plurimas accidiſſe dubium non eſt. Et fortaſsis quæ Prophetis acciderunt, pleræq́; in Imaginariarum numero reponuntur. quamuis de omnibus iudicium ferre, ſit difficile, quemadmodum ſequẽti capite docebitur.

9. Et quid prohibet in *Vigilia* factas eſſe, quæ in ſomno accidere potuerunt?

Digitized by Google

fuerunt? Si ea Imaginationis eſſet conditio, vt officio ſuo tunc fungi poſsit tantum, quando à ſuis functionibus externi ſenſus ceſſant; nulla inter imaginarias eſſet reponenda, quæ non ſopitis ſenſibus accidiſſet. at multo alia ipſius eſt conditio. poteſt ſuo fungi & cum à ſuis vocant functionibus ſenſus externi; & cum ſuis functionibus inſiſtunt. 10

Nec ex Dei apparentis, & ſua reuelantis parte quidquam eſt, quod impediat, cur minus in vigilia, vt ſomno, appareat. Quemadmodum diuinam maieſtatem non dedecet, quod ſomno oppreſſos accedat; ita quod ſua communicet vigilantibus. ſicut nec dedecere exiſtimat quod etiam ſenſibus externis, viſui atque auditui, ſeſe offerat, & non tantum intellectu, quamuis ſpiritibus tantum, percipi velit.

CAPVT IV.

Vnde cognoſcatur Apparitionem aliquam, ſiue Locutionem Dei, pertinere ad claſſem Imaginariarum Apparitionum.

POSSE *eſſe* Imaginarias Dei Apparitiones demonſtratum eſt. Demonſtratum quoque eſt *eſſe*. & quidem demonſtratum eſt ex Dei verbo: ſequitur, oſtendamus vndenam conſtare poſsit, quæ ex Dei Apparitionibus Imaginariæ ſint. Neque enim minus intereſt noſtra hoc quam illa cognoſcere. 1

Quæſtio vero non eſt de omnibus omnino Apparitionibus, & Locutionibus, quæ quibuſcunque aut olim factæ ſunt, aut iam fiunt; aut aliquando fieri poſſunt; ſed de ijs tantum, quas iam conſtat eſſe *diuinas*. Prius illud definire immenſi eſt operis: poſterius, quamuis magni, non tamen tam immenſi. 2

Et quæſtio eſt de vtriſque Imaginarijs; tam ijs, quæ accidunt in ſomno, quã quæ in vigilia. Petitur ratio, & regula, ex qua cõſtare poteſt Imaginarias eſſe, & illas, quæ accidunt in ſomno, & illas, quæ in vigilia. 3

Ex *rebus*, quæ ſub reuelationem cadunt, res definiri non poteſt; quaſi illæ Imaginariæ ſint, quæ res ſenſibiles, & quæ ſub exterioribus ſenſibus, ſecundum ſe, non fuerunt, cogitationi hominum offerunt: illæ non Imaginariæ, quæ de rebus ſunt prorſus à materia abſtractis; aut prorſus materiæ, immerſis. Regula hæc fallit. Nam etiam de rebus prorſus à materia ſeparatis Imaginaria poteſt eſſe Apparitio, & reuelatio Imaginaria: & de rebus cum materia coniunctiſſimis Intellectualis, ſi non alia: 4

Neque hoc deprehendi poteſt ex Imaginationis atque *phantaſiæ occupatione*. Quoniam quamuis in Imaginaria Apparitione; vis ima- 5

 ginati-

ginatiua,(quam phantaſiam vocamus)occupetur:non tamen occupatur in illa ſola. Etiam tum aliquando occupatur, quando per externum ſenſum Deus ſe offert. Etiam tum aliquando, quando Apparitio eſt Intellectualis.

6. Fortè quis dixerit illam eſſe Imaginariam; cuius *in ſenſu externo* nullum eſt, vel præceſſit indicium, & argumentum. Aliquando hoc in Imaginaria accidit. Veruntamen certum hoc ſatis argumentum non eſt. quoniam in Intellectuali Apparitione quoque accidit frequenter, vt nulla exteriorum ſenſuum præceſſerit ipſam occupatio.

7. Signum autem primum, certumque, quod Imaginariam prodat, creditur eſſe, ſi in *ſomno* alicui reuelatio, & apparitio fiat. Certè talis Viſibilis ſiue Ocularis eſſe non poteſt, aut Vocalis: quod vtraque ſenſuum exteriorum miniſterium requirat: qui dum ſomnus nos occupat, officijs ſuis deſtituuntur. Nec erit Intellectualis, quod intellectus quoque excitatos ſenſus requirat, ſi ſuo munere bene fungi debeat.

8. Alterum ſignum, vnde Imaginaria cognoſcetur, ex *nocte* petitur. Quibus enim de nocte Apparitio, in Scripturis, facta perhibetur, Imaginariam illos habuiſſe non temerè creditur. Notauit hoc Toſtat. ſuper 12. Num. Imaginariam hanc eſſe præſumitur, quòd quæ de nocte accidit, veriſimile ſit ſomno oppreſſis accidere. Verùm quoniam non ſemper neceſſe eſt nocte omnes ſomnum capere, minus certum eſt hoc, quàm præcedens indicium. quocirca contingere poteſt, vt ab hac regula quaſdam liceat excipere, quemadmodum excipimus illā quæ Samueli, puero adhuc, facta legitur, 1. Reg. cap 3.

9. Quæ *interdiu* & Vigilantibus fiunt, difficilius eſt diſcernere: non quidem à Vocalibus & Viſibilibus; ſed ab Intellectualibus. Quandocunque enim Deus, vel ſe oculis mortalium offert, ſub ſpecie aſpectabili: quandocunque vox eius in auribus mortalium inſonat: nō eſt, quòd de Imaginaria Apparitione ſuſpicemur. Omnis illa, aut Viſibilis atque Ocularis eſt, aut Vocalis, quemadmodum ex ſupra dictis eſt manifeſtum.

10. Et hoc quidem à Viſibili, & Vocali ſeparatur imaginaria, quæ in *Vigilia* contingit: ſed difficulter admodum diſtinxeris eandem ab Intellectuali, quæ & ipſa in Vigilia accidit. Neque enim, vt diximus, *rerum*, quæ reuelantur, diuerſitas hîc quidquam facit: neque *occupatio* imaginationis; cùm in vtraque tam Imaginaria, quàm Intellectuali, eædem res *poſſint* offerri; & in vtraque Imaginatio ſuum poſsit habere, quale quale exercitium.

11. Sed tamen non malè diximus, Imaginariam deprehendi ex Imaginatio-

ginationis operatione. Siquidem ab hac nomen habet, quod, ſcilicet, Deus, vel res diuinæ, per imaginationem hic percipiantur. Quocirca quamuis etiam cum imaginationis operatione poſsit ſuas quandoq; habere intellectus, poteſt nihilominus ipſa ab illa ſeparari: poteſt ipſa eſſe præcipua; intellectus quaſi acceſſoria.

Quemadmodú ergo Ocularis, ſiue Viſibilis Apparitio eſt, vbi Deus videtur, & in oculos incurrit: & Vocalis, ſiue Auricularis, vbi vox Dei auribus percipitur: & Intellectualis, vbi intellectus pręcipua eſt cum Deo occupatio: ita Imaginaria, vbi præcipua à Deo in Imaginationem, ſiue phantaſiam, fit impreſsio. 12.

Itaque errant, qui ex phantaſmatibus, quæ in Imaginatiua potentia ſedes ſuas habent; Imaginariam colligunt & definiunt: quaſi Imaginaria ſit omnis, vbicunque phantaſmata interueniunt. In Intellectuali phantaſmata interueniunt, quæ tamen plurimum ab Imaginaria diſtat. aliud eſt phantaſmata interuenire: aliud phantaſiam, & Imaginationem operari. 13.

Neque enim exiſtimandum eſt Intellectualem apparitioné omnino phantaſmata excludere *Illuſtratio diuini radij* (inquit S. Thomas in 22. q. 174. ar. 4. ad 4.) *in hac vita praſenti non fit ſine velaminibus phantaſmatum qualicunq., quia naturale eſt homini, ſecundùm ſtatum præſentis vitæ, vt non intelligat ſine phantaſmate.* 14.

Interim dubium non eſt, dari poſſe aliquam Intellectualem, ad quã nihil faciant phãtaſmata: nihil etiam cooperatio phantaſiæ. Notauit hoc Cardinalis Caietanus in dictum D. Thomæ locum. & talis eorum eſt, qui in ecſtaſin rapti, ex ſe quaſi conſtituuntur: & in rerum diuinarum contemplatione ſunt toti. 15.

Poteſt quoque contingere, vt aliqua intellectualis ſit ſine ecſtaſi, quemadmodum poſterius ſignificabimus. Sicuti poteſt intellectus in diuinarum rerum contemplatione verſari, abſq; vlla ad phantaſmata conuerſione, cũ extra ſe, quaſi raptus eſt homo: ita poteſt, ſi ita Deus velit, quaſi ſibi relinquitur, & extra ſe non rapitur. Sed de hoc aliàs. 16.

CAPVT V.

Non conuenienter, ſed magnis de cauſis fieri, quòd Deus etiam ſomno oppreſſis appareat, & ſua ipſis reuelet.

DVPLICEM diſtinximus apparitionem Imaginariam: & altera quidem in ſomno accidit, altera in vigilia. Vtraque quãuis difficultates aliquas habeat, poſterior tamé pauciores, & nó ita magnas: prior plures, maiorisq; momenti. quocirca & de hac paulo plura in ſequentibus. Et principio quidé diſcutiendum eſt 1.

conueniatné atq; decorum ſit, vt in ſomno Deus arcana ſua hominibus reuelet, j ſdemque appareat dormientibus.

2. Sunt, qui admodum cenſent indecorum; ideoque nullam cenſent hominibus in ſomno à Deo reuelationem fieri. Xenophonti Colophonio, & quibuſdã Epicureis hæc ſententia tribuitur, *Dei maieſtate indignum,* dicebant, *obire lectos dormientium, concurſare grabatos, & ſtertentibus inijcere ſomnia; quæ illi expergiſcentes vel non recordentur, vel non intelligant, vel etiam contemnant: vel, ſi curanda ſibi putent, ſtultà impleti ſuperſtitione, die noctuq; animi pendeant, aut inani impendentium malorum metu perterriti, aut fallaci futurorum exſpectatione bonorum elati.*

3. Alia non ita leuiter de omnibus ſomnijs ſenſerunt: ſed tamen, ſi quæ grauiora & diuina videntur, non illa à Deo voluerunt immitti; ſed Dæmonibus, vt Plato in Conuiuio. Negabat enim Deum humanis rebus immiſcere ſe, nec proximè cum hominibus ſocietatem aliquam & conſuetudinem habere: ſed comercia, atque colloquia inter Deum hominesque, ſiue vigilantes, ſiue dormientes, per Dæmones agitari & confici. Eadem cum Platone fuit mens Empedoclis. de qua, & contra quam, B. Auguſtinus, lib. 8. de Ciuit. ca. 20. 21. plura doctè, & acutè diſputat.

4. Nos nullo modo aut dubitamus, aut dubitare debemus *diuina ſomnia dari.* In ſacris literis non *diuina* ſolum referuntur, verum etiam diuinis rebus pleniſsima. Nota ſunt, quæ acciderunt Abrahæ, Abimelech, Iacob, Laban, Ioſeph, Pharaoni, Salomoni, Nabuchodonoſor, Danieli, &c. Pulchrè Sanctiſsimus Iob cap. 33. *Quando homines,* inquit, *dormiunt in lecto tunc aperit* (Deus) *aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina.* Quin & ſolebat Deus olim Spiritum Propheticum nonnullis, *in ſomno,* largiri. Hinc Num. 12. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, apparebo illi in viſione, aut per ſomnium loquar ad ipſum.*

5. Cognouerunt quoque Gentiles hanc rem Deo indignam non eſſe. Nam Hippocrates, lib. de inſomnijs. *duo* ſtatuit ſomniorum, quæ non vana, ſed vera ſunt, genera. Alterum nominat *diuinum,* alterum *naturale.* Diuina dicit à Deo immitti, & ſemper memorabiles aliquos caſus, inſigneſq; euentus portendere. Naturalia prouenire ex cauſis fere intra hominis Dormientis corpus latentibus: & his corporis aut bonas, aut malas affectiones indicari. Stoici quoque quædam à Deo eſſe fatebantur. Tres enim ſomniorum cauſas conſtituunt. Primam *Deum;* qui cum ſit rerum omnium ſcientiſsimus, & prouidentiſsimus, hominibusque beneuolus & beneficus, quo ſint cautiores, immittit ipſis ſomnia, quæ ſint futurorum indicia, & eorum,

Digitized by Google

rum, quæ ipſis agenda cauendaque, documenta. Alteram cauſam *fatum* ponunt, quo cuncta ſunt, veluti æterna quadam ſerie nexuq; colligata. Tertiam faciunt *naturam animi noſtri*, quæ diuina eſt. Animus enim hominis exterioribus ſenſibus per quietem ſopitis, & ab omni actione vacantibus, & negotijs curiſque ſolutus ac liber, vegetior fit, & habilior ad intelligendum. Ita Stoici.

6. Quidquid ſit de Stoicorum aut Hippocratis ſententia; nobis certum conſtitutumque eſſe debet ſomnia quædam diuinitus immitti. Quod ne videatur diuinæ Maieſtati minus conuenire, expedit *cauſas* proponere, atq; explicare; cur qui vigilantibus ſua conſilia pondere poteſt & potuit Deus, ſæpiſsimè illa ſomno oppreſsis communicet: quod reliqua huius Capitis parte præſtamus.

7. Cauſas has quatuor enumerat Pererius noſter, quæſtione quarta, lib. 1 in Danielem: illas ipſis Pererij verbis aſſcribimus. Primam tangit Hippocrates, principio lib. de inſomnijs. Docet ibi animam hominis in *vigilia* varijs diſtringi occupationibus: grauibus detineri negotijs, curiſque diſtrahi: per ſenſus item exteriores auocari ad ea, quæ extra ipſum ſunt, & per varia eorum ſenſuum ſpectacula diuagari: multiplicique rerum humanarum ſtrepitu interpellari, & à ſui rerumque cæleſtium contemplationi auocari: incertis præterea, fluctuare deliberationibus, varijſque ſtudijs, & affectibus æſtuare; qui non ſinunt eum, quod verum & rectum eſt, id aut liquido cernere, aut incorruptè iudicare. Contra verò, in *quiete & ſomno*, ab eiuſmodi omnibus interpellationibus & impedimentis vacuus & liber animus ſibi totus præſens & præſto eſt, ſibiq; attendit: in ſe ſuas omnes vires atque facultates collectas atque coniunctas habet: expeditus & acer ad intelligendum; atque omnium, quæ illi extrinſecus obiecta ſunt, ampliſsimè atque facillimè capax.

8. Alteram eiuſdem rei cauſam hanc ponere licet. Quæ *vigilantes* accepimus, ea ſolemus ſubtiliter ratiocinando diſcutere, & examinare: reuocare & calculos, atque humanæ rationis trutina diligenter expendere: ad rationis normam exigimus omnia: cui ſi congruant, quæ nobis oblata ſunt, à nobis approbantur ſi diſcrepent; adiudicantur & reijciuntur. In *ſomno* autem res ſibi obiectas animus hominis citra examen accipit; paratior promptiorque ad viſis diuinitus datis credendum atque obſequendum. Conſtat autem inter omnes, qui de rebus diuinis ſcripſerunt, ad eas res non tantùm intellectu, ſed etiam affectu, & quodam animi quaſi ſenſu, guſtuque percipiendas, ſatius eſſe agi & regi hominem extrinſecus; quàm ipſum agere ſe: & audi-

auditorem eſſe potius, quàm arbitrum & æſtimatorem: deniq; ſimpliciter credere potius, quàm cauſas credendi diſquirere & expendere.

9. Tertia cauſa deſumpta eſt ex Ariſtotelis libello, qui inſcribitur de Diuinatione, quæ fit in ſomnijs. Ait ille, quemcunq; motum, quo animus *dormientis* extrinſecus pulſatur & cietur, quamuis leuē & exiguum, magnam tamen habere vim commouendi animūm, vehemēterq; in ipſum imprimi, atque altè in eo inhærere: id fieri propter noctis ſilentium, & ſenſuum exteriorum vacationem & quietem, atque omnium, quæ animi intenſionem remittere ſolent, vacuitatem: tūc enim ſenſibus ſomno ſopitis, languenteque corpore, quæ extra ſunt, nequaquam ſentiuntur. Quapropter oportuniſsimè Deum eo tempore docere hominem, ſine vlla eius perturbatione: ſine aliorum hominum obſeruatione: denique ſine vllius rei interpellatione. præſertim autem, quia quo magis animus noſter à ſenſuum conſociatione, & corporis contagione abſtrahitur, tanto videtur effici vegetior & acrior ad res diuinas intelligendas.

10. Quartam cauſam eſſe arbitror, vt ea re oſtendatur, quanto ſit Deus, potentior & efficacior, ad hominem docendum & erudiendum, quàm ſit alius quiuis homo. quippe homo hominem docere, niſi vigilantem, audientem, & attendentem, non poteſt: Deus autem altiſſimè dormientem atque ſomniantem. Quo ſatis declarat ſe in omnes animi vires atque facultates ſummum imperium, & efficacitatē habere.

11. Quintam cauſam equidem poſuerim, inquit idem Pererius, ne, videlicet, quiſquam exiſtimaret mortem auferre homini omnem ſcientiam, aut non eſſe aliam viam rationemque comparandi ſcientias, quàm per ſenſum, diſcurſumque rationis, & ex antecedente aliarum rerum cognitione, quæ in ſomno ſcientia atque cognitio accipitur, contrarium perſuadet.

CAPVT VI.

De duplicibus Apparitionibus diuinis Imaginarijs, quæ in ſomno accidunt claris & obſcuris, quarum obiecta & ſubiecta explicantur, dum oſtenditur quarum ſit rerum, quibusue hominibus accidunt, &c.

1. SVPERIVS totum Imaginariarum Apparitionū genus diſtinximus; & quidem multifariam: quemadmodum docet ſecundum Caput, quod de his Apparitionibus dedimus; nunc poſtremæ diuiſionis alterum membrū diſſoluimus, quod illarum eſt, quæ in ſomno accidunt.

Hoc

Hoc varium eſt. Quædam enim hominibus contigerunt cum magna corporis & animi commotione & horrore; vt Abrahæ, & Nabuchodonoſor: quædam ſine vlla cõmotione. Rurſus, in quibuſdam datum eſt ſomnium, & non ſomnij intellectus: in quibuſdam cum ſomnijs intelligentia quoque eius diuinitus ſuggerebatur. Præterea in quibuſdam viſus Deus loqui cum homine: vt in illa Iacob & Salomoni facta: in quibuſdam Angelus, vt in illa facta Ioſeph, Matth. 1. Item in ſomno quædam immittit Deus non rogatus, vt pluribus Scripturæ exemplis eſt clarum: quædam rogatus, quemadmodum quæ Nabuchodonoſor acceperat, cognouit Daniel poſt preces ad Deum factas. Ad hæc quædam reſpondent antecedentibus hominum cogitationibus in vigilia: quædam videntur ex improuiſo accidere. 2.

Eſt & alia varietas in his Apparitionibus, ſiue in ſomnijs. Alia enim ſomnia *clara* ſunt, & *aperta*; euidenter res ipſas ſignificantia: alia *inuoluta*, & *obſcura*: per varias ſimilitudines tectè aliquid inſinuantia. De his plura nobis in ſequentibus dicenda ſunt. 3.

E principio dari hoc duplex Apparitionum, & Somniorum genus, nemo, in Sacris literis mediocriter verſatus, ignorat. Nam & claras referunt plurimas: & plurimas obſcuras. *Quatuor* verò ſũt, quæ hîc non inutilem habent quæſtionem. Primum eſt. Quænam ſint claræ, & quæ obſcuræ. Alterum, An vtræque promiſcuè omnibus hominibus factæ: an claræ certis, & certis obſcuræ. Tertium, An quemadmodum claræ intelligebantur ab ijs, quibus fiebant; ita quoque intelligerentur obſcuræ. Quartum, Quæ cauſæ, quòd Deus quibuſdam inuolucris quædam inuoluerit, nec ita, vt ab omnibus mox intelligerentur, propoſuerit. Priora duo hoc capite: reliqua ſequentibus abſoluemus. 4.

Ad ſolutionem primi facere videtur diuiſio harum Apparitionum ſiue Reuelationum, quæ ex forma ſumitur. Diximus ſuperius, capite 2. ex forma duplicem poſſe ſumi: & in altera quidem audiri, quaſi quædam verba apparentis ſiue loquentis Dei: in altera nihil quaſi audiri; ſed res quaſdam quaſi oculis interioribus obijci. Quãdo igitur Deum *audire* contingit; clara, vt plurimum, eſt, quæ fit Apparitio & Reuelatio: quando res tantum *videri*; vt plurimum, obſcura. 5.

Quod dicimus, omnia propemodum probant exempla Reuelationum, quæ Scriptura in hoc genere ſuggerit. Viſus eſt *audire* ſibi loquentem Deum Iſaac, Geneſ. 26. ſimiliter Balaam, Num. 22. & Gedeō Iudicum 6. & Iacob, Geneſ. 46. 6.

Præ-

Digitized by Google

Præterea rex Geraræ Abimelech, Geneſ. 20 omneſque, quæ his factæ ſunt, fuerunt *clariſſimæ* Reuelationes. Sic nulla ad Pharaonem facta vox; ſed ſpicæ tantum exhibitæ & vaccæ: nulla vox ad Nabuchodonoſor, arbor tantum propoſita; viſa tãtum ingens ſtatua: nulla vox facta ad Danielem; animalia tantum oculis obiecta: & pro *obſcura* habentur omnes ipſis factæ Reuelationes, & obſcuræ ſunt.

7. Et conueniebat priores illas *claras* eſſe. Cùm enim vt plurimum Deus locutus ſit, vt vel à malo auocaret aliquem: quemadmodum locutus eſt Balaam, vel ad bonum prouocaret; vt loquentem ipſum audiuit Gedeon: vel ob bene merita commendaret, atque promiſſionibus factis conſolaretur; quod propoſitum fuit in ſermone facto ad Iſaac, Geneſ. 16. profectò, ſi bene hæc, atque cum audientium fructu fieri debuerunt, oportuit orationem *claram* eſſe atque apertam.

8. Verum hæc non ſemper propoſita fuerunt, quando res nudis tantum internis oculis obijciebat. Plerunque hic, quæ futuris temporibus eſſent euentura inſinuabat: quæ quemadmodum neceſſe non erat, vel ſtatim intelligere, vel non vos intelligere, quibus per ſomnium reuelationes fiebant; potuerunt ipſa quibuſdam inuolucris tegi, & ab hominum intelligentia abſcondi: donec illa Deus, per alios, vel iiſdem, vel etiam ſequentibus temporibus vellet innoteſcere.

9. Atque ita quidem ad primum illud, vtcunque ſit reſponſum. In ſecundo, *circa perſonas*, quæſtio eſt: *Quibuſnam hominibus* occultæ fiant Reuelationes, & quibus apertæ. Sunt qui claras *Sanctis*, probiſque hominibus tantum factas velint: *impijs* autem, & infidelibus obſcuras. Nam præterquam, inquiunt, quod pro his Sacrarum literarum præclara ſint exempla; etiam ratio, vt ita eſſe credatur, omnino perſuadere videtur. Amicorum eſt, vt animicos nihil velint latere; ſuã ipſis velint eſſe apertam conſcientiam. *Vos*, inquit Dominus, *dixi amicos, quia quæcunq; audiui à Patre, nota feci vobis.* At amici Dei ſunt viri probi, atque ſancti: inimici improbi & infideles. illis igitur volet nihil occultum; his nihil apertum.

10. Sed exempla pro hac aſſertione proferamus. Claræ igitur, factæ *ſanctis hominibus*, ſunt ſequentes. Illa, facta Abrahæ, quæ cognouit poſtero, ſuos ſeruitutem ſeruituros in Aegypto, Geneſ. 15. Illa, qua Iſaac intellexit multiplicandum ſemen ſuum, propter patrem ſuum Abraham, Geneſ. 26. Illa, qua Gedeoni ſignificatum, deſtrueret aras Baal, & contra extrueret altare Deo Iſraelis, Iudicum 6. Illa, qua edoctus

ctus Samuel, priuandum eſſe regno Saul. 1. Regum 15. Claræ omnes hæ fuerunt. quocirca & earundem ſententiam mox perceperũt, quibus eædem factæ, Abraham, Iſaac, Gedeon, Samuel.

Obſcuras & ænigmaticas habuerunt *Reges impij*: vnus Aegypti Pharao; alter Babylonis, Nabuchodonoſor. De illo ſic loquitur Moyſes, Geneſ. 41. *Vidit Pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper fluuium; de quo aſcendebant ſeptem boues, pulchra & craſſa nimis: & paſcebantur in locis paluſtribus, alia quoque ſeptem emergebant de flumine, fœda confectaq́, macie: & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus; deuorârumq́, eas, quorum mira ſpecies & habitudo corporum erat*, &c. De Nabuchodonoſor ita Daniel cap. 2. *Tu Rex videbas, & ecce quaſi ſtatua vna grandis. Statua illa magna & ſublimis ſtatura, ſtabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius ſtatuæ caput ex auro optimo erat: pectus autem & brachia ex argento: porrò venter & fæmora ex ære: tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis*, &c. Obſcuras fuiſſe has vtriuſq; Regis confeſſione eſt certum, quocirca & ſtudioſè interpretes earum quæſiuerũt, & inuenerunt: ille Ioſephum; hic Danielem. 11.

Verùm quamuis claræ *plures* ſanctis ſint exhibitæ: & obſcuræ *plures* impijs: ratio etiam inſinuet *conuenienter* hoc fieri; non *ſolis* tamen ſanctis illæ, nec hæ *ſolis* impijs ſunt factæ. Et ſanctis hominibus obſcuræ acciderunt; & impijs claræ. nec ſine *magno diuinæ prouidentiæ conſilio*. 12.

Pro *impijs*, quibus ſine inuolucris quibuſdam Deus apparuit, ſuamque voluntatem reuelauit, eſt Abimelech, Rex Geraræ, qui Abrahæ vxorem tulerat. De eo ſic Moyſes, cap. 20. Geneſ. *Venit Deus ad Abimelech, per ſomnium, nocte, & ait illi: En morieris, propter mulierem, quam tuliſti. habet enim virum.* Et idem, cùm ſe excuſaret Rex. Dominus rurſum: *Ego ſcio, quòd ſimplici corde feceris: & ideo cuſtodiui te, ne peccares in me. Nunc ergo redde viro vxorem. & orabit pro te, quia Propheta eſt, & viues. Si autem nolueris reddere; ſcito, quòd morieris tu, & omnia quæ tua ſunt.* Quid hac oratione clarius? Adiungimus huic Idolorum cultorem Balaam; qui non minus clarè intellexit, quæcũque per ſomnium à Deo accepit; quando ad Balaac, Moabitarũ Regem, accerſitus eſt, vt malediceret Iſrael. Vide cap. Num. 22. Duobus addimus tertium Laban; qui cùm fugientem perſequeretur Iacob, *Vidit in ſomnis*, vt Moyſes loquitur; *dicentem ſibi Dominum; Caue, ne quidquam aſperè loquaris contra Iacob.* Et hoc clarum, Conſule cap. 31. Geneſ. 13.

Pro *ſanctis*, quibus per obſcura ænigmata facta reuelatio eſt, Za- 14.

Digitized by Google

charias, Propheta iuſtiſsimus: De ſe ille ſic loquitur, cap 1. *Vidi per noctem: & ecce vir aſcendens ſuper equum ruſum, & ipſe ſtabat inter myrteta, quæ erant in profundo: & poſt eum ruſi, varij & albi, &c.* Obſcuram Prophetæ fuiſſe viſionem, ſequens eiuſdem probat oratio. *Quid enim,* inquit, *Domini mi ſunt hi?* Sic pleraque quæ ſanctiſsimo Daniel ſunt reuelata; quam fuerunt, inuoluta? De quatuor ventis? de quatuor animalibus? aliiſque rebus, quibus ipſius hiſtoria abundat. Vide cap. 7. Daniel. Addo his Ioſephum, cui duplex reuelatio facta: Vtraque obſcura; & quæ, non niſi rerum euentu, poſt aliquot annos, vlli mortalium innotuit. prior eſt de manipulis, poſterior de ſole, luna atque ſtellis. Vide cap. 37. Geneſ.

15. Et hæc quoque *conuenientiſsimè* facta eſſe intelliget, qui, quæ initio huius Capitis diximus, ſecum repetet. Nam cauſæ ob quas Deus quædam voluit eſſe obſcura & inuoluta, etiam apud *probos & iuſtos* habent, quandoque, locum: Et, rurſus, habent locum aliquando, apud *impios & infideles* illæ, ob quos quę diceret & reuelaret, mox vellet eſſe intellecta, atque in opus venire. Potuit etiam *impios* Deus à malo auocare: vrgere ad bonum. Potuit etiam *iuſtos* de futuris rebus inſtruere, &c.

CAPVT VII.

An illi, quibus obſcuræ Reuelationes fiunt, ipſorum, quæ ſub ænigmatibus latent, aliquando ſententiam percipiant: & quibuſnam, præ cæteris, hoc conceditur, quoué tempore.

1. NOn *ſemper* Dei mentem intelligi, ſi quando per ænigmata de occultis rebus mortales inſtruit, dubium eſt nullum. Mirum potius videri poſſet; quod quæ inuolucris tegeret, nota eſſe velit: & non potius eorum, cum quibus ſic ageret, ſuſpenſos eſſe animos, cogitationes fluctuantes.

2. Sed tamen, quia etiam quæ ſub ænigmatibus proponuntur, poſſunt ex ænigmatibus eſſe clara & aperta: & quæ reuelantur, idcirco reuelantur, vt percipiantur, & mortalibus proficiant, vel ad diuinarum rerum ſcientiam comparandam, vel ad vitam bene beatéque tranſigendam; non immeritò quis iudicauerit *omnia* eſſe oportere aperta & clara his, quibus reuelationes fiunt: nulla obſcura atque ignota.

3. Quid hic conſtituendum ſit, definiendum præſenti capite. Rem com.

compleĉtimur *quinque Aſſertis. Primum ſit. Dubium non eſt quin vna cum ænigmatibus res quoque, quarum ænigmata, quædam quaſi imagines ſunt, ſæpe percipiant, quibus diuinæ ſiunt Reuelationes.* Confirmat hoc exemplo Prophetarum ſanĉtus Thomas art.4.q.174 22.q. qui quas ænigmaticas Reuelationes habuerunt, populo, vt iuſsi fuerunt, propoſuerunt & expoſuerunt. Multus eſt in hoc genere Ezechiel. 4.

Dubium item non eſt, quin plurimarum ſententia aliquos latuit. Hoc ſecundum Aſſertum. Vidit Pharao (Geneſ.14.) ſeptem boues pulchras, & craſſas nimis, quæ paſcebantur in locis paluſtribus. Vidit alias ſeptem fœdas, & macie confeĉtas, quæ priores deuorarunt. Rurſus ſimilem viſionem habuit de ſeptem ſpicis plenis; & alijs ſeptem tenuibus, quæ priores conſumpſerunt. Hæc, inquam, vidit: ſed ſomniorum ſententiam non intellexit.

Certum hominum genus vix videmur poſſe aſsignare, quibus vna cum ænigmatibus eorundem mox ſententia ſemper eſt reuelata. Hoc Aſſertorum tertium. Nam ſi qui eſſent; probi vtique eſſent, & quibus propter egregias virtutes familiaritatemque quam cum Deo haberent, tanquam amicis, Deus nihil vellet eſſe oc̃ultum. At inter ſanĉtiſsimos fuit Daniel; à Deo atque Gabriele archangelo commendatus; qui tamen non cum ænigmatibus ænigmatum ſententiam mox intellexit. Argumentum huius, quod poſt ænigmaticam reuelationem à Deo factam, ad orationem conuerſus, petierit & obtinuerit aliquando eiuſdem intelligentiam. Vide caput decimum, & cætera. 5.

Sed tamen, quod quarto loco diĉtum volumus, *præ cæteris ſanĉti, & pij homines fuerunt, quibus vna cum obſcuris reuelationibus earundem quoque intelligentia eſt tributa.* Id quidem conueniens fuiſſe probant leges amicitiæ, quæ inter amicos omnia volunt eſſe aperta: reipſa vero perfeĉtum eſſe, plurimæ, quæ ſanĉtis Prophetis factæ ſunt, Reuelationes. 6.

Et quandoque, mox, cum ipſis ænigmatibus, ſententiã ænigmatum reuelata eſt, vt eſt Nathan Prophetæ, explicãti Dauidi, poſt adulterium, grauitatem peccati, per exemplum inhumani & auari diuitis: quandoque aliquanto poſt; vt Zachariæ, qui obſcuræ Reuelationis intelligentiam prius petijt, poſtmodum accepit: quandoq; longius intelligentiam diſtulit Deus, voluitque eandem ipſo euentu, rerumque vſu agnoſci; ſicut accidit in ſomnijs duobus Ioſephi promotionem eius ad ſummam dignitatem atque potentiam præſignificantibus. Geneſ.37. 7.

8. Ex dictis colligitur quintum Aſſertum: quo definitur, *quibus aut nunquam, aut certè rariſſimè obſcura atque ænigmatica Reuelationes, vnà cũ ipſarum intelligentia factæ ſint*. Quibus igitur? *infidelibus*, ſcilicet, *& impijs hominibus*: quos quamuis Deus ſuo alloquio dignaretur, alle quij tamen ſententiam ab alijs vellet exſpectare; magnis, iuſtiſque de cauſis, quemadmodum ſequenti Capite erit explicandum.

9. Addo dictis illud, quod eorundem quidam aliquando cognouerunt Reuelationes ſibi diuinitus factas: ſed tamen, quæ qualeſue illæ fuerint ignorârunt; tantum abeſt, vt ſententiam Reuelationum perceperint. Exemplo eſt Nabuchodonoſor. Non ignorabat hic, quòd reuelationem, atque terrens ſomnium habuiſſet. *Vidi*, inquit, *ſomnium* ſed tamen, quod illud fuiſſet, neſciebat, *Mente confuſus*, inquit *ignoro, quid viderim*. quo nomine etiam ſapientes, qui ſomnium edicerent, conuocauit.

CAPVT VIII.

Aſſignantur variæ cauſæ, propter quas Deus ſæpè obſcurè, & ſub quibuſdam quaſi ænigmatibus ſua ſecreta hominibus, in ſomno reuelet.

1. DAEMONES, gentium Dij, quia certam futurorum euentuum ſcientiam non habebant, ad ſignificandum futura, dabant illi quidem non rarò ſomnia, ſed tamen obſcura & ambigua quæque ad diuerſos & contrarios euentus facilè detorqueri, & applicari poſſent: vt ad quodcunque cecidiſſet, ſomnium quadrare videretur. Quòd ſi ſomnia euentis minimè reſponderent, id non falſitati ſomniorum ſed interpretum inſcitiæ adſcriberetur.

2. At Deus noſter, non, vt Dij gentium, futurorum euentuum eſt ignarus. futura non minus, quàm præſentia, quàm præterita cognoſcit. Nuda & aperta ſunt oculis eius omnia, ad quamcunque temporis differentiam illa pertineant. Quo fit, vt non, quam ob cauſam Dæmones, ſed longè alias ipſe ſomnia obſcura & perplexa immittat: & quæ alioqui diſtinctè & explicatè poſſet reuelare, aliarum rerum imaginibus inuoluat & occultet.

3. Quæ igitur cauſæ Deũ hic mouere poſſunt? Suſpicor alias hic propoſitas fuiſſe apud *infideles*; alias apud *fideles*, & viros ſanctos; quaſdã etiam *vtriſq;* communes fuiſſe.

4. Apud *infideles* tres fuiſſe videntur præcipuæ. Prima ab *indignitate* ipſorum ſumitur. Quamuis enim tam probi, quàm improbi, diuinas Reuelationes non mereantur: ſi tamen ipſos his Deus Opt. Max.

digna-

Digitized by Google

dignaretur;quemadmodum præ improbis probos eligeret: ita ſi alteris ipſorum;certè probis,non improbis,earundem intelligentiam communicaret.Hoc leges amicorum poſtulant , quemadmodum præcedenti cap.diximus.

Altera à fine,qui Deo propoſitus fuit,petitur. Voluit ſcilicet,ſomniorum,quæ obtuliſſet,intelligentiam ignorare; vt interpretationē ipſorum cùm apud ſuos ſapientes inuenire non poſſent,à veri Dei cultoribus cogerentur petere;atque hac ratione verum Deum agnoſcerent;& relictis Idolis,ipſius cultui ſe totos traderent & manciparent.Hoc aſſecutus fuiſſe videtur Deus in Nabuchodonoſor Rege,vt notauit Theodoretus. Docet enim,quòd cùm Rex ſomnij interpretationem apud nullum ſuorum ſapientum inueniret,inueniſſet autem apud Danielem veri Dei cultorem;ad veri Dei fuerit prouocatus,& adductus cognitionem, admirationem , venerationem. Quid quòd plurimi non ignobiles Scriptores hanc rem ad veram æternamque felicitatem ipſi Regi profuiſſe credant ? Profectò ſic ex Hebræis ſentit Ioſephus,lib. 10. Antiq.Ex Græcis, Dorothæus in Synopſi Epiphan, in vita Danieli ;Ex Latinis,Hieronymus Epiſt.7. ad Lætam. Auguſt. Epiſt.122 ad Victorinum. 5.

Tertiam cauſam alius finis,etiam Deo propoſitus,ſuggerit. Voluit,videlicet,in honore haberi eos qui ſui eſſent veri adoratores, ipſumque qua poſſent , religione reuerentiaque proſequerentur. Hoc in ſomniorum obſcuriorum reuelatione probauit.Ad quantos enim honores prouecti ſunt,qui quæ Deus obſcurius reuelaſſet, ſomnia ſunt interpretati. Expoſuit obſcurum ſomnium Pharaoni Ioſeph,homo alioquin obſcurus,& obſcuro carcere , quaſi infamis. Quid Pharao? *Tu eris*,loquitur Ioſepho,*ſuper domum meam:& ad oris tui imperium cunctis populus obediet Vno tantum Regis ſolio te præcedam. Tulitq́; annulum de manu ſua,& dedit eum in manu eius,Veſtiuitq́; eum ſtola byſſina,& collo torquē auream circumpoſuit. Fecitq́; eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecum,clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Ægypti.Dixit quoque Rex Ægypti ad Ioſeph: Ego ſum Pharao.abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem in terra Ægypti &c.*Expoſuit aliud Nabuchodonoſori?Daniel,exul,à patria,Quid Nabuchodonoſor?*Cecidit*,dicitur Daniel. 2. *in faciem ſuam,& Danielē adorauit:& hoſtias & incenſum præcepit,vt ſacrificarent ei:*& paulo poſt.*Tūc Rex Danielē in ſublime extulit,& munera multa & magna dedit ei:& conſtituit eū principē ſuper omnes prouincias Babylonis,& præfectum Magiſtratuum ſuper cunctos ſapientes Babylonis,&c.*

Digitized by Google

7. Similiter, vt *probis & fidelibus* quædam obſcurius, in ſomno reuelaret, tres cauſæ Deo propoſitæ eſſe potuerunt. Primam affert rerum *magnitudo & maieſtas*: reliquas duas *bonum ipſorum*, quibus reuelatio fiebat.

Et *maieſtas atque magnitudo* rerum idcirco obſcuritatem poſtula-
8. bat; ne ſi promiſcuè omnia clare proponerentur, eodem omnia loco haberentur, dum verò quædam inuoluuntur, & ſub ænigmatibus proponuntur, cogitationem mortalibus, quibus reuelationes fiunt, ſuggerunt, arcana eſſe illa, quorum ad omnes notitiam peruenire nõ oporteat. Hoc argumentum ipſa confirmat natura, quæ precioſa quæque recondit; aurum in viſceribus terræ margaritas in profundo maris, &c.

Et quemadmodum ſanctis hominibus propter probitatem, vitæ-
9. que innocentiam Deus apparere dignatus eſt: ita conueniebat, vt ita apparet ne ex beneficio Apparitionis magnos ſpiritus ſumerent: potis de ſe, in *humilitate* ſentirent: ad hoc porro obſcura apparitio duobus modis faciebat. primo quòd hîc intelligerent ſe profecta diuinarum rerum contemplatione modum dignos eſſe deinde, quòd cognoſcerent diuino adhuc auxilio, & gratia ſibi eſſe opus, ad Apparitionum intelligentiam, ſine qua parum Apparitiones ſunt, capiendam.

10. Poterat etiam hæc res *ſtudium orationis*, in probis, excitare: vt, ſcilicet, quam ex ſe non haberent, Reuelationum peterent intelligentiã. Quemadmodum plerique fecerunt; ita facere debuiſſe, inde collegerunt, quod non de leuibus, ſed grauibus rebus homines, hac ratione, inſtruere ſolet Deus Opt. Max. quas, ob id, omnino neceſſe eſt intelligere.

Cauſæ hæ, quæ pro bonis militant, etiam improbis commu-
11. nes eſſe poſſunt. Nam & Materiæ grauitas etiam apud ipſos obſcuritatem poſtulabat: & ipſis humilitas debuit eſſe commendata: & ſtudium ad Deum confugiendi ipſis in his omnibus eſt neceſſariũ. Sed tamen illas probis tribuimus, quia apud ipſos præcipuum, & quaſi proprium locum habent. Cæterum, quæ vtriſque ex æquo ſunt cõmunes, nec paucæ ſunt, nec paruæ Nos ex multis tres ſubiungimus.

Prima ſit, *neceſſitas* res reuelatas intelligendi, obſeruandi, retenendi
12. Hæc obſcurum potius ænigmaticumque ſermonem, atque viſionẽ; quam claram poſtulabat. Quamuis enim omnis, diuinitus facta reuelatio ſummopere mortalibus commendata eſſe debeat: eiuſque memoria non facilè deponi: & intelligentia ſummo ſtudio peruestigari: humani tamẽ ingenij ea eſt infirmitas, vt non facilè quaſuis percipiat

cipiat

cipiat; perceptas etiam difficilius memoria retineat, niſi hic externis quibuſdam quaſi imaginibus & ſimilitudinibus iuuetur: quæ cū rerum ſint quædam ſimulachra, efficiunt, vt facilius intelligantur: & cum ſint noua, & quædam q. inſolita monſtra, maiorem admirationem excitent, fortius montem feriant: ideoque & altiores in ipſa radices agunt, & difficilius excidunt, atque in obliuionem veniunt. vt ob id idem, in his apparitionibus, ænigmatum atque ſimulachrorū, ſub quibus res reuelantur, officium ſit & munus; quod parabolarum, ſub quibus Chriſtus, diuinorum myſteriorum arcana olim propoſuit.

Altera cauſa eſt, quod ſub vno aliquando ænigmate *plurima* contineantur; quæ alioquin longiſsima oratione, (quæ Deum minimè decere videtur) eſſent prrſequenda. Vna Nabuchodonoſor exhibita eſt ſtatua: ſed quot, & quanta in vna ſtatua myſteria? Ortus atque occaſus; ſtatusque & conditio regnorum, atque Monarcharum omnium, vſque ad mundi conſummationem, in ipſa demonſtrantur: & vno intuitu capiuntur. 3.

Tertia cauſa eſt, quod ſub his ænigmatibus præbeatur hominibus *honeſtiſsima occupatio*. Neque enim hic ſatis habent, nuda, quàm Deus ſuggerit expoſitione: ſed multa ſuo ingenio, in ænigmatibus, putant relinqui: quæ facilius abundantiusq; percipiunt, poſtquam diuinitus de præcipuo officio, quod ænigmata Deus voluit ſuſtinere, ſunt inſtituti. 4.

CAPVT IX.

Quorum ſit, Reuelationum diuinarum, quæ in ſomnis accidunt, intelligentiam habere: eandemq; alijs reuelare; oſtenditurq; ſolius eſſe Dei, & Gentiles ea caruiſſe.

Deum & naturam nihil fruſtra facere, vt tritiſsimum eſt, in ſcholis axioma, ita veriſsimum. Et quemadmodum hoc in alijs rebus omnibus, ſic in Reuelationibus, quibus nobiſcū per ſomnum agit, extra omnem eſt controuerſiā. Volet igitur & intelligentiam nos habere Reuelationum, quæ in ſomnis accidunt, ne & ipſæ ſint factæ fruſtra. Neque enim nudis ſomnjis nos fatigaſſe ipſi ſufficit: propoſitum eſt, vt vel de occultis rebus inſtruamur, vel quid agendum omittendúmne, in vita intelligamus. 1.

Hæc cum ita ſint, dubium non eſt, quin ſicut, hoc Dei eſt ſtudium, ità partium noſtrarum ſit, ſi modo Dei voluntati ſatisfactum volumus, ad hoc incumbere, vt diuinarum Reuelationnm, quæ obſcuriores ſunt; & in ſomnis accidunt, intelligentiam aſſequamur. A quo verò petenda? Hoc præſenti capite diſcutiendum eſt. 2.

Chal-

3. Chaldæi, vt ſecundo Danielis capite videre eſt, putârunt ſe ſomniorum intelligentiam habere,& edicere poſſe; atque ob id à ſe ipſorum interpretationem petendam. Coacti enim à Rege Nabuchodonoſor, vt ſimul & ſomnium, quod Regi acciderat, & ſomnij interpretationem indicarent: ad illud ſe vires habere negabant,in hoc admittebant. *Dic*,inquiunt Regi,*ſomnium ſeruis tuis, & interpretationem eius indicabimus.* Daniel verò ab eodem Nabuchodonoſor interrogatus,docet neutrum eſſe in hominis poteſtate.ſed inprimis illud,quod de ſe præſumebant Chaldæi. *Myſterium*,inquit,*quod Rex interrogat: ſapientes,Magi,& arioli & aruſpices nequeunt indicare Regi Sed eſt Deus in cælo reuelans myſteria.* Moxque Regi Daniel & ſomnium & ſomnij interpretationem expoſuit; quemadmodum docet ſecundum cap. Danielis.

4. Hic iam quæſtio oritur,non ſimplex: ſed multiplex. *Prima.* Fuerintne apud Gentiles aut infideles,olim, vel nunc quoque,veri ſomniorum interpretes, à quibus vera ipſorum intelligentia peti, & exſpectari potuit. *Altera*, An ſolius ſit Dei ſomniorum intelligentia, ideoque à ſolo Deo petenda. *Tertia*, An hominibus quibuſdam Dei beneficio communicetur. Duos hoc capite abſoluemus: tertiam ſequenti.

5. Omnis verò noſtra quæſtio eſt de *Diuinis* ſomnijs,quæ à Deo immittuntur.Non de iis, quæ immittũtur à Diabolis, quæ Diabolos,aut Diabolorum miniſtros poſſent interpretes habere. Non de ijs, quæ à certis ſunt cauſis naturalibus, ſiue illæ extra hominem ſint, ſiue in homine, (quæ naturalia dici poſſunt, quemadmodum priora Diabolica.)de quibus pleraque conijciunt Medici, naturæ Magiſtri. Non de humanis, quorum optimus eſt interpres,& idoneus coniector,qui fuerit rerum humanarum peritiſsimus: ingeniorum item, ſtudiorũ, morum, & propenſionum,quæ in varijs hominibus magnam habeat veritatem, exquiſitam, & multis experientijs habuerit confirmatam notitiam. De *diuinis* inquam, non *his*,eſt quæſtio, atque ijs maximè,quibus Deus *futura*, quæ pro diuinæ ſuæ prouidentiæ diſpoſitione ſtatuere decreuit, mortalibus inſinuat.

6. Et quæſtio eſt non de ſomnijs, ſed ſomniorum *intelligentia*. Quoniam aliud eſt ſomniorum intelligentiam habere, atque interpretationem eorundem dare poſſe: aliud ſomnia ipſa cognoſcere. Hoc aliquibus conuenire poteſt,quibus prius illud negatur. quemadmodum me latinè loquentem aliquis poteſt audire, orationemque repetere,& tamen ignorare,quis orationis ſit ſenſus, quidue oratione velim. Et fortè de Spiritibus creatis dici poteſt, quòd ſomnia diuinitus

altus hominibus immiſſa percipiant.at quod eorundem percipiant etiam intelligentiam,non item.

Ad primam igitur quæſtionem hoc dictum ſit. *Apud Gentiles nullum omnino fuiſſe,qui diuinorum ſomniorum interpretationem vel habere potuerit,vel eadem alijs reuelare.* Hoc probare videntur omnes Aegypti coniectores:omneſque ſapientes ſuo ſilentio:de quibus Moyſes(Geneſ 4.)quod,cum ipſis Pharao ſomnium expoſuiſſet:*nullus fuerit qui ſomnij interpretationem dederit* Idem Teſtimonium ipſis dat Pharao apud Ioſephum:*Narraui*,inquit,*coniectoribus ſomnium, & nemo eſt, qui id ſciat.* Collegit idem Nabuchodonoſor Rex ex eo,quod ne ſomnia quidem,quæ habuiſſet,Chaldæi(qui aloquin de ſomniorum interpretatione gloriabantur) poſſent referre.Nec malè colligit.Nam ſi non potuerunt ſcire ſomnium Regis præteritum, & quod iam erat peractum,nec poterat non fuiſſe;qua ratione ſcire potuiſſent res futuras,quæ illo ſomnio præſignificabantur?cũ futura nec actu ſint, nec fuerint vnquã,& ex ſe ſint incerta,cauſaſque habeant inde terminatas? 7

Atque hoc quidem benè,& verè colligebat Rex Nabuchodonoſor:verumtamen non ex re omnino vera. Poſſunt ſiquidem ſomnia etiam diuinitus immiſſa quidem noſſe;& quidem noſſe viribus ſuis naturalibus:& nihilominus ſomniorum ſententiam ignorare. Somnia enim cum corporales quædam ſint affectiones, & in corporali ſubiecto inhæreant,ex ſe naturalem Spirituum Angelicorum cognitionem non refugiunt. 8

Quod igitur interpretationem ſomniorum nullus Gentilium habeat,ex *modo*, quo ſomnia,res,quæ ſub ipſis latent ſignificant,pẽdet.Neque enim naturaliter res ſignificant,ſed ex Dei voluntate atque beneplacito.Quocirca ipſe ſolus ſomniorum habet intelligẽtiã, qui quid per ſomnia mortalibus velit innoteſcere,ſolus nouit,& ſolus ſecreta cordis ſui nouit. 9

Somniorum igitur ſententiam & interpretationem ignorant homines:quia Dei ignorant cogitationes & conſilia, quorum ſomnia, 10
quæ diuinitus immittuntur:ſunt ſigna *Quis enim cognouit ſenſum Domini?* Rom.11.*Nemo nouit,quæ ſunt Dei,niſi Spiritus Dei*,1.Corinth.2 Quid mirum?Cognoſcent homines conſilia voluntatemque Dei;qui nec hominum ſibi æqualium;cum quibus ipſis quotidie communicatio cognoſcunt conſilia,cogitationes,voluntatem? 11

Tria ſunt rerum genera,quæ omnis creatæ naturæ,intelligentiam excedunt.Hæc ſanctiſſimus Propheta Daniel,cap.2. complexus videtur,cum ſic loquitur:*Ipſe reuelat profunda,& abſcondita,& in tene-*

bris conſtituta. Horum vnum eſt rerum ſupernaturalium; cuiuſmodi ſunt myſteria noſtræ fidei, Trinitatis, Incarnationis, atque Euchariſtiæ, quæ dicuntur hic *profunda.* Alterum eorum, quæ vocatur arcana cordium, vt ſunt propriè voluntatis, & intellectus operationes: nominantur autem hoc loco *abſcondita.* Tertium eſt eorum, quæ in ſcholis appellantur futura contingentia: quæ nec actu ſunt, nec vnquam fuerunt, nec in ſuis cauſis determinatè continentur; ob idque certam cognitionem parere non poſſunt. Hæc vocantur *in tenebris conſtituta.*

12. Nec in his rebus præ infidelibus & gentilibus quidquam habent *fideles.* Quemadmodum illæ prorſus latent infideles, ita fideles: qualeſcunque illi ſint, ſiue olim ſub vetere lege, ſiue iam ſub lege noua. Itaque & ipſi *cordium ſecreta* ignorant, & inprimis Dei Opt. Max. atque ob id ſomniorum intelligentiam, quæ Dei quædam cogitatio eſt, nec norunt, nec eorum alijs poſſunt dare interpretationem.

13. Eandem ob cauſam nec ipſi *Dæmones*, quamuis ingenio ſagaciſſimi, horum ſomniorum ſententiam aſſequuntur. Nihil ipſis præ mortalibus hic eſt communicatum, vt Dei conſilia homines, ita Dæmones latent: quemadmodum & eoſdem noſtra quoque latent. *Solius* Dei eſt noſtra; *Solius* Dei eſt ſua propria conſilia cogitationesque noſſe.

14. Quidquod credi etiam poſſit, plerunque Dæmones latere *ipſamet ſomnia:* quæ diuinitus immittuntur? Quamuis eum naturæ viribus hæc deprehendere valeant; nec tamen deprehendant & intelligant, diuinitus videntur prohiberi aliquando, quemadmodum prohiberi poſſunt, ne naturalia quoque intelligant. Nouum non eſt à multorum cognitione arceri Diabolos, quæ, niſi arcerentur, per ſe facillimo negotio perciperent, ſicut lib. 2. in ca. 2. Danielis docet Pererius & B. Hieronymus ſuper primum Matth.

15. Hinc iam ad alteram quæſtionem in promptu eſt reſponſio. *Solius Dei munus eſt interpretatio, illorum, ſcilicet, ſomniorum, quæ diuinitus immittuntur.* Ratio manifeſta eſt. Somnia enim hæc nihil ſunt aliud, quam Dei quædam vox & oratio: vox verò & oratio mentis & cogitationum cordis index. At cogitationes atque cor Dei non intelligit, niſi ſolus Deus: ſolus igitur Deus ſomnia mortalibus immiſſa intelligit.

16. Hoc cognouit innocens Ioſeph, Gene. 40. qui Eunuchus ſomniorum ſuorum interpretationem quærentibus dixit: *Nunquid non Dei eſt interpretatio?* idem cognouit S. Daniel. Solicitum enim & anxium Regé, quod nemo ſomnij ſui, quo territus fuerat, interpretationé, ſca-

ſententiamq́; dari poſſet, ſic eſt affatus: *Myſterium, quod Rex interrogat, Magi, arioli, aruſpices, & ſapientes nequeunt indicare Regi: ſed eſt Deus in cælis reuelans omnia.* Quocirca bene idem Propheta pro ſomnij intelligentia ad Deum conuertitur; & vna cum ſocijs, Anania, Miſaele, atq; Azaria, petijt & obtinuit, vt ipſe loquitur *miſericordiam Dei pro iſto Sacramento.* Idem bene, poſtquam myſterij reuelationem accepit, benedixit Deum cæli publice; q́ profeſſus eſt Deum eſſe, *qui dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam.* Idem bene dixit, *Deum reuelare profunda & abſcondita, & noſſe in tenebris conſtituta.* Idem bene pro intelligentia ſomnij, ſibi communicata Deo gratias agit, dicens: *Tibi Deus Patrum meorum confiteor, teq; laudo, quia ſapientiam & fortitudinem dediſti mihi; & nunc oſtendiſti mihi, quæ rogauimus te: quia ſermonem Regis aperuiſti nobis.*

Errarunt ergo in hoc Chaldęi turpiter, quod interpretationē ſomnij Regis pollicebātur, ſi ſomnium ſuum Rex poſſet referre. Etiamſi ſomnium expoſuiſſet Rex: necdum tamen ſomnij intelligentiam habuiſſent, aut interpretationem dediſſent; vt nec aliud exponere potuerunt, quod idem Rex ipſis expoſuit, de quo cap. 4. apud Danielē. Quemadmodum ſomnium ipſis occultum; ita ſomnij intelligentia, quamuis intelligentia præ ſomnio magis. 17.

Atque vt in hoc errarunt, ita bene dixerunt penes ſe non eſſe, *ſomnium ipſum cognoſcere, aut reuelare*. Verè ſomnium ſcire non potuerunt. Siquidem, vt aliquid naturaliter homini cognitum ſit; non ſatis eſt, ipſum eſſe rem corporalem, vel materialē: aut non excedere vim & poteſtatem humanæ intelligentiæ: ſed præterea neceſſarium eſt; vt ſi fuerit ſingulare, & extra eum, à quo intelligendum eſt, eiuſmodi ſit, vt moueat ſenſus exteriores per quas omnis cognitio humana intrat, & penetrat vſque ad mentem; aut per ſe, vt ſunt obiecta ſenſuū exteriorum) aut per aliud, quod ſit cum re ſenſibili aliqua ex parte neceſſario coniunctum, ſitque certum eius ſignum: (qua ratione intelligentiam, quæ mouet cælum, cognoſcimus per motum cęleſtem; & animam, per operationes corporis externas, & ſenſibus manifeſtas). Somnia verò, ſi pręterita ſint, vel futura, nec per ſe poſſunt mouere ſenſus; quia non exiſtunt actu: nec per aliud, quod certum ſit eorum indicium: non enim talia exſtant eorum ſigna. Præſentia ſomnia aliorum hominum, cum ſint interiores affectiones phantaſiæ, ſenſus noſtros latent, non minus, quam pantaſmata, & viſa brutorū: poteſt tamē, qualia ſint ea ſomnia, conijci, aut ex verbis dormientiū, ſi quid loquētur, aut ex aliquo geſtu, vel motu corporis, quem dormientes edant. 18.

CAPVT X.

Deum quibuſdam hominibus conſerre beneficium cognoſcendi ſomniorum ſententiam; eandemq́; alijs communicandi: idq́; graues ab cauſas fuere.

1. DEi priuilegium eſt ſomniorum diuinorum, quæ inuolucris quibuſdam teguntur, & per ſe non intelliguntur intelligentia Doctum eſt hoc Capite præcedenti. Sed tamen quemadmodum quædam alia, quæ Deo ſunt propria; Dei benignitate mortalibus communicantur; ita ſomniorum intelligentia atq; expoſitio; qui idcirco ſomnia interpretari valent.

2. Hoc beneficio atque facultate, inter alios, in veteri Teſtamento, *duos* ſcimus claruiſſe; Ioſephum atque Danielem. Ille *Pharaoni* ſomnium, quod habuit, expoſuit; hîc Nabuchodonoſori. Viderat Pharao boues ſeptem pulchras primum, deinde alios ſeptem macie confectas, quæ priores deuorarent: ſimilis viſio de ſpicis eidem obiecta. ſed quod viderat non intelligebat. ſomnium ſic exponit Ioſeph. *Somniũ,* inquit, *Regis vnum eſt. quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni. Septem boues pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem ubertatis anni ſunt, eandemq́; vim ſomnij comprehendunt. Septem quoque boues tenues, atq; macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas & ſeptem ſpicæ tenues, & vento vrente percuſſæ, ſeptem anni venturæ ſunt famis qui hoc ordine complebuntur.* Ecce, *ſeptem anni veniunt fertilitatis magnæ, in vniuerſa terra Ægypti: quos ſequentur ſeptem anni alij, tantæ ſterilitatis; vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia. conſumptura eſt enim fames omnem terram: & ubertatis magnitudinem, perditura eſt inopiæ magnitudo Quod autem vidiſti ſecundo, ad eandem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt; eo, quod fiat ſermo Dei, & velocius impleatur.* Nabuchodonoſor viderat ingentem ſtatuam, Daniel 2. cuius caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia ex argento: porro venter & femora ex ære: tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars ferrea, quædam autem fictilis. Nec hic Rex ſomnium intelligebat. Exponit Daniel in hunc modum. *Tu Rex Regum es. & Deus cæli regnum, & fortitudinẽ, & imperium & gloriam dedit tibi. & omnia in quibus habitant filij hominum, & beſtiæ agri Volucres quoque cæli dedit in manus tuas: & ſubditione tua vniuerſa conſtituit. Tu es ergo caput aureum. Et poſt te conſurgat Regnum aliud, minus te. Et Regnum tertium aliud, æreum, quod imperabit vniuerſæ terræ. Et Regnũ quartũ erit, velut ferreum quomodo ferrum comminuit, & domat*

mat

mat omnia; ſic comminuet & conteret omnia hæc. Porro quia vidiſti pedum & digitorum partem teſtæ figuli, & partem ferream; Regnum diuiſum erit, quod tamen de plantatio ferri orietur. ſecundum quod vidiſti ferrum miſtum teſta ex luto. Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte Regnum erit ſolidum, ex parte contritum. Quod autem vidiſti ferrum miſtum teſta ex luto, commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non adhærebunt ſibi; ſicut ferrum miſceri non poteſt teſtæ. Ita Daniel. 2.

Neceſsitas huius beneficij non parua eſt. Cum enim Deus ſua myſteria, quæ obſcuris ænigmatibus proponit, hominibus velit innoteſcere: & ipſa in ſuis ænigmatibus non percipiantur, nec per Deum reuelentur, omnino conueniebat quoſdam eſſe, qui illorum intelligẽtiam haberent, à quibus cæteri illa, tanquam à diuinorũ eloquiorum interpretibus, peterent & acciperent. 3.

Neque enim par erat, vt obſcurè propoſita, obſcura manerent, donec ipſo rerum euentu innoteſcerent. Voluit hoc quidem Deus in illis, quæ Ioſepho fuerunt immiſſa, de manipulis, & ſtellis, ſuum manipulum, ſeq; adorantibus, Geneſ. 37. in illo item de duobus draconibus, quod Mardochæus habuit. Eſther 11. & voluit haud dubiũ, iuſtas ob cauſas; veruntamen non omnibus hoc fieri debuiſſe, inde coniectura accipitur, quod pleraque mox hominibus, voluerit eſſe manifeſta. 4.

Et huic cauſam præbere potuerunt, nunc Dei *honor*, nunc *vtilitas* ipſorum, quibus ſomnia exponerentur, nunc illorum, qui illa exponerent, *meritum* atque commendatio, nunc *alij*, in quorum notitiam res per ſomnum ſignificatæ peruenire potuerunt; prout alia atque alia fuerunt, quæ per ſomnium Deus mortalibus reuelauit. 5.

Si enim quæ reuelaret, ad vniuerſum terrarum orbem pertinerẽt, aut Regnorum orbis adminiſtrationem, aliaſq; publicas res: Dei *honor* ex horum intelligentia promouebatur, & maieſtas agnoſcebatur, hoc ipſo; quod intelligeretur res noſtras Deo cordi eſſe: Deum ipſas gubernare, nec, vt quidem dicebant (Iob 22.) *cardines cæli obambulare*, depoſita omni rerum humanarum cura. Hunc honorem conſecutus eſt Deus, interpretatione ſomnij Nabuchodonoſor, quo ingentis ſtatuæ ſimilitudine demonſtrabat, quæ & qualis vniuerſi vrbis futura eſſet adminiſtratio. 6.

Quod ſi verò per ſomnium obſcurius reuelaret, quæ ad ſingulares perſonas pertinerent; potuerunt ex horum reuelatione, illi occaſionem *vitæ in melius inſtituendæ* accipere: quemadmodum ex ſua ſibi in ſomno reuelatione facta accepit Nabuchodonoſor, Daniel. 4. 7.

quando per ingentem arborem ſe ſuumq; caſum intellexit, At quot enim,& quanta, viſio Regi profuit? Intellexit hinc inſtabilitatem & breuitatem imperij ſui,non multo poſt ad alium transferendi: depoſuit exinde arrogantes & ſuperbos ſpiritus: ſe ſubmiſit Deo, Deo in cuius manu & poteſtate cognouerat eſſe, Regna, quibuſcunq; vellet, tradere. Intellexit etiã nõ in humanius tractãdos captiuos Iudęos,qui ſub ipſius tunc erant imperio: cum euenire poſſet, vt eædem, quæ iam ipſos,etiam ſe calamitatis inuoluerent.

8. Debebatur & beneficium hoc *quorundam virtuti*; qui quemadmodum ipſi fideliter Deo ſeruierant; ita ſeruitij huius mercedem aliquam(etiam in terra)reportare debuerunt. Debuerunt apud mortales innoteſcere, in honore haberi;celebrari etiam ab improbis,& per ditæ vitæ hominibus. quæ ſua interpretatione ſomniorum egregiè aſſecutus eſt Daniel apud Nabuchodonoſor; & apud Pharaonem Ioſeph, vt ſuperius ſignificatum eſt.

9. Similiter ad *alios* quoque ex declaratis ſomnijs fructus potuit peruenire. Atque vt in hoc ipſo, cuius iam aliquoties mentionem fecimus, Nabuchodonoſor exhibito,ſomnio maneamus, an non potuerunt hinc cognoſcere mortales, qui terrenorum Regnorum amplitudine & potentia ſubnixi, ſe in ſumma felicitate eſſe putant, eſſe aliud quoddam Regnum, diuinum & æternũ,Dei veri & ſanctorum eius; tanto cæteris omnibus præſtantibus,quantum cælum terræ, æternitas tempori, Deus homini præſtat? An non ex eodẽ cunctis mundi huius principibus potuit innoteſcere omnem ipſorum potentiam & gloriam caducam eſſe,fluxam eſſe,& ad inſtar ſomni atque imaginis,

10. Omitto fructus ſimiles plures eorum,ad quos ſomniorum expoſitio potuit peruenire. Duo iuuat hic quærere, antequam præſens caput concludatur, Prius eſt, *qualenam* hoc ſit beneficium, & munus ſomnia interpretandi: poſterius *quibus hominibus* collatum. Reliqua quæ ad eandem materiã pertinent, ſequentibus Capitibus perſequemur.

11. Et prius quidem ad ſcholas, forſitan magis pertinet, quàm ad præſentem diſputationem: explicandum tamen. Quæritur igitur, Vtrũ *habitus* quidem mentis ſit, quo, quãdo, vbi, quomodo voluerit, poſſit vti, qui ipſe eſt imbutus: an potius ſe habeat ad ſimilitudinem cuiuſdam *motionis diuinæ*, quę in mentem faciat impreſsionem aliquam, ſed mox poſt impreſsionem factam, eandem ſibi relinquat.

12. Omnino poſterius hoc eſt, facultas ſomnia interpretandi, nõ prius. Hoc ſuo exemplo egregiè demonſtrat, in hac facultate bene inſtitu-

ſtitutus, Daniel. Petijt enim à Rege tempus ad ſomnij, quod ipſi, propoſitum fuerat, expoſitionem: ſimulque cum ſocijs ſuis, diu conſtanterque Deo ſupplicauit, vt ſomnij interpretationem mereretur accipere. Profectò ſi facultatem ſomnia interpretandi, veluti habitum quendam habuiſſet Daniel; ſtatim, nulloq; negotio, per ſe, quodlibet ſomnium intelligere atque interpretari potuiſſet. Eadem oratione vſus eſt in illo ſecundo, Regi Nabuchodonoſor facto, ſomnio.

Hoc confirmat, quod donum ſomnia interpretandi pertineat ad donum Prophetiæ; habeanturque, & ſunt veri prophetæ, qui illo sũt inſtructi. At prophetiam non habitum, in Prophetis manentem eſſe docet B. Greg. homil. 1. in Ezechielem. *Aliquando*, inquit, *ſpiritus prophetiæ deeſt prophetis, nec ſemper eorum animis præſto eſt; vt, videlicet, cum ipſum, non habent, agnoſcant ſe Dei dono habere, cum habent.* 13.

Pro eiuſdem confirmatione idem B. Gregorius adducit exemplũ Eliſæi, qui, vt eſt lib. 4. Regum cap. 3. conſultus à Regibus Iuda, & Iſrael, de belli, quod ambo inibant, euentu; iuſſit adduci ad ſe pſalten, quo Pſallente eum ſpiritus propheticus; atque ita proſperum belli exitum Regibus prænunciauit. Et cap. 4. eiuſdem libri, dixit Eliſæus puero ſuo de Sunamitide: *Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine eſt, & Dominus celauit me, & non indicauit mihi.* 14.

Eodem ſpectare videtur exemplum illud Nathan, relatum 2. Reg. 7. & quod memoratur lib 3. Reg. cap. 13 illius Prophetæ, qui cum Regi Ieroboam multis poſt ſeculis euentura prædixiſſet, mox à quodã Pſeudopropheta deceptus eſt. 15.

Et diuina Scriptura, quo ſignificaret ſpiritum prophetiæ contingere Prophetis, per quandam motionem, & inſpirationem diuinã, ſi loqui ſolet. *factum eſt ſuper Oſeam, aut Iſaiam verbum, ſeu manus Domini*, vel, *dixit, ſeu locutus eſt ad eum Dominus*: vel *ſuſcitauit ſpiritum pueri Danielis Dominus*. 16.

Quocirca lumen propheticum ſimile eſt lumini ſolis, non quidẽ ei, quod in ſole ipſo inhæret, idem perpetuo manens, ſed ei, quod à ſole variè infunditur aeri, & in eo mutabiliter ineſt, videlicet præſente duntaxat ſole. Hocque præfiguratum videtur in illa viſione atque manifeſtatione Dei, quaſi per tranſennam, atque in tranſcurſu facta primum Moyſi, Exodi 33. deinde Eliæ, 3. Regum 19. 17.

18. Sed *quibuſdam hominibus* hoc ſomnia interpretandi donum confertur? Illiſné, quos vitæ integritas atque innocentia Deo gratos, & acceptos reddidit? an quoque improbis, & quorum corrupti ſunt mores? Si ex ijs, quos ſacræ literæ in hoc munere excelluiſſe commemorant, iudicium eſſe petendum: probis tantum, & iuſtis eſſet relinquendum, forſitan; quoniam vt Ioſeph, ita Daniel, qui hic excelluerunt, à probitate, atq; integritate vitæ non parum ſunt commendati.

19. At, ſi facultatis huius, atque beneficij conditio expendatur, non neceſſario integritatem vitæ poſtulat. Inter illa beneficia, quæ gratis data dicimus, hoc refertur: quæ vt probis, ita improbis ſunt communia, adeoque vtriſque à Deo Opt. Max. ſolent conferri.

Diximus, paulò ante, à *Prophetiæ* dono vix hoc in minus differre.
20. At inter *Prophetas*, etiam malos inueniri norunt omnes. probat Cayphas, qui Pontifex prophetauit, teſtabuntur ſuo exemplo, & malo, in extrema die, illi, qui clamabunt. *Nonne in nomine tuo prophetauimus?* Matth. 7.

CAPVT XI.

An quibus facultas ſomnia obſcura interpretandi conceſſa eſt, omnia eius generis exponere valeant, qualiacunque etiam illa ſint.

1. VARIA ſomniorum ſunt genera: ſed omnia ad *quatuor* prima videntur poſſe reuocari, & alia dici poſſunt. *Naturalia*, alia *Humana*, alia *Diabolica*, alia *Diuina*. Diſtinctio ex cauſis, ex quibus ſomnia proficiſcuntur, ſumpta eſt.

2. *Naturalia* duplicem cauſam poſſunt habere, externam vnam, alteram internam. Externa eſt, vel cælum, vel ſomniantis circumſtãs corpus. Interna, corporis aliqua affectio, quæ in ſomniantibus præualet: vt ſi atra bilis, aut flaua: pituoſus humor aut ſanguis redundet, aliudue aliquid vitiatum vel corruptũ, immoderatè iactetur in corpore.

3. *Humanæ* actiones ferè, quibus homines incumbunt, & paſsiones, quæ in vigilia acciderunt, ſequuntur. Nam qui frequenter amant, frequenter amores ſuos ſomniant: qui timent, minacibus & terrificis in ſomno ſæpè viſis turbantur. Piſcator ſomniat maria, piſces, retia: Venator ſaltus, montes, feras. Miles tubarum ſonitus, fragore armorum, vulnera, cædes &c.

4. *Dæmoniaca* Dæmones habent authores. Dæmones enim vt habet

B. Gre-

Digitized by Google

B. Gregorius lib 4. Dialog. cap. 48 *plerunque ſe ſomnijs immiſcent, implentes noxia ſuperſtitione hominum animos: eoſq; non tantùm vanè deludentes ſed etiam perniciosè decipientes.* Sunt autem præcipuè horum duo genera. Alterum pertinet ad occultarum rerum demonſtrationem, & ſignificationem, alterum vim habet concitandi perturbationes animi agitatis, turbatiſq; quæ ſunt in corpore humoribus, & ſpiritibus: quo nimirum inflammentur homines vel ad libidinem, vel ad odiũ, vel ad vindictam, &c.

Diuina à Deo immittuntur vel immediate, per ſe; vel ſe per Angelos Dei nomine. Horum plura præcedentibus Cap. recenſuimus, Hęc cum ita ſitn, Quęſtio noſtra vel de his omnibus intelligi poteſt, vtrum videlicet illi, quos conſtat facultatem ſomnia interpretandi à Deo habere; omnia, qualiacunque illa ſint, ex ponere poſsint; vel de diuinis tantum, vtrum omnia, quæ à Deo immittuntur, valeant interpretari. 5.

Et quidem non *omnium* poſſe interpretationes dari nullum eſt dubium. Plurima enim, vana ſunt, quæ ob id vel nihil procedunt & ſignificāt aut: ſi quid ſignificant, vt id cognoſcamus, noſtra nihil intereſt. Talia ſunt, quæ ſingulis propemodum noctibus experimur, quæque ex commotione ſpirituum, & phantaſiæ, in quibus rerum ſpecies latent, caſu excitantur: variaq; noſtra mortalibus exhibeat. Horum verò cauſa quid occupari neceſſe eſt. 6.

Sed & Scriptura horum obſeruatinoes damnat, viſuique exponit. *Vbi.* inquit Eccleſiaſtes cap. 5. *multa ſunt ſomnia; plurima ſunt vanitates, & innumeri ſermones.* Et Eccleſiaſticus cap. 34. *Somnia,* inquit, *extollunt imprudentes. Quaſi qui apprehendit vmbram & perſequitur ventum; ſic & qui attendit ad ſomnia: Multos errare fecerunt ſomnia: & exciderunt ſperantes in ijs.* 7.

Et quid attinet omnium ſomniorum ſententiam habere eos, quibus Deus hanc facultatem, ſomnia interpretandi, largitus eſt? Non ipſi propoſitum eſt naturalibus, aut humanis ſomnijs (multo minus diabolîcis) de diuinis arcaniſq; rebus mortales inſtruere, ſed diuinis, quorum ipſe eſt author. Pro his volet ſeruire donum facultatemque ſomnia interpretandi, ſi quando illa aliquem dignabitur. 8.

Nihilominus *vniuerſim* negari non debet, rationes illorum ſomniorũ ignorare eos, qui diuinorum à Deo facti ſunt interpretes. Quid ſi in ſtudio rerum naturalium probè ſint exercitati? quid ſi rerum humanarum ſint periti? morum item & propenſionum, quæ in varijs hominibus magnam habent varietatem exquiſitam habeant no- 9.

Digitized by Google

titiam? Certè hæc plurimum valent ad multorum ſomniorum interpretationem

10. Verum, quod hac ratione poſſunt, non Deo reuelante poſſunt: nō ſingulari Dei beneficio poſſunt; quod nos in facultate ſomnia interpretandi agnoſcimus. Quocirca verè dici poſſe putamus, facultatem hanc, quæ diuinitus confertur, *ad diuina ſomnia interpretanda tantum cōferri, non ad quæcunq; alia.*

11. Nec eſt quod quis hic ſomnia producat, quæ pincernæ Regis Pharaonis, atque piſtori ſunt facta; quæ inter humana referri videntur, & tamen per Ioſepho diuinitus collatam facultatem ſunt expoſita: Humana quidem illa videtur: veruntamen humana non ſunt: ſunt diuina, & à Deo immiſſa: quemadmodum & facultas, qua expoſita, diuina. Ita Toſtatus & bene.

12. Nam & hoc Deus in ſomnijs ſuis, id eſt, quæ ipſe diuinitus immittit, obſeruat; vt ijs quoque rebus vtatur, in quibus mens atque cogitationes hominum occupari ſolent. Pharaonem inſtruit per boues & ſpicas, de annona; qui de annona potuit fuiſſe ſolicitus. Nabuchodonoſor inſtruit de futuris Regnis, qui & ipſe prius in ſtatuo ſuo, quid poſt ſe futurum eſſet, cogitabat, quemadmodum Capite 2. teſtatur Daniel. Et in Nouo Teſtamento cogitabundo atque ſolicito Ioſepho, Virginis matris marito, quomodo ipſam dimitteret, eiuſdem argumenti ſomnium immittit, præcepitque, ne Virginem dimittat.

13. Sed tamen naturalia aut humana ob id hæc ſomnia dici non debent; quamuis antecedentibus cogitationibus, & curis videantur profecta. Scire enim oportet cogitationes atque curas vigilantium aliquando eſſe cauſam ſubſequentium ſomniorum, cum illud ipſum ſomniatur, quod in vigilia, animo fuerat agitatum. atque tunc ſomnium ſignum eſt non quidem futuri, ſed præteriti. Aliquando verò precedens, in vigilia, cogitatio, non eſt, cauſa conſequentis ſomnij, ſed tantum animi quædam præparatio ad illud accipiendum, vel potius idonea quędam occaſio, & oportunitas, vt ſomnium tunc homini detur. Atque hoc modo ſomnia ijs, quorum iam meminimus, ſunt data.

14. Hoc ad priorem quæſtionem ſit dictum. ſcilicet non *omnium* ſomniorum, ſed *diuinorum* tantum interpretationes dare poſſe illos, quibus diuinitus facultas ſomnia interpretandi conceſſa eſt. An porro diuinorum *omnium* poſſunt? Huic ſecundo loco reſpondendum eſt. Et quid reſpondetur: Non *omnium* poſſe.

15. Non obſcurè hoc inſinuat Daniel, cum ſecundum Regis Nabucho-

chodonoſor ſomnium expoſiturus eſſet. Neque enim mox narra-
tum ſibi à Rege ſomnium eſt interpretatus: quod profectò præſti-
tiſſet, ſi, vt prius, ita hoc poſterius interpretandi facultate fuiſſet
præditus: antequam ſomnium exponeret, cæpit prius, (vt dicitur
cap. 4. *intra ſemetipſum tacitus cogitare, quaſi vna hora.* quia vt in-
quit Theodoretus, *primo oſtendenda erat humana imbecillitas, & deinde
gratia inſpirans accipienda.* Quod ita exponit Dionyſius Carthuſia-
nus, quaſi illo ſpacio temporis mentem collegerit Daniel, & interio-
ri intenſiſſima oratione, atque feruentiſſima affectu declarationem
eius ſomnij petierit.

Quod dicimus, clarius ſuo exemplo probat Ioſephus. Duplex ille 16.
ſomnium à Deo habuit: Altero vidit fratrum ſuorum manipulos, a-
dorare ſuum; altero ſolem & lunam & vndecim ſtellas ſe adorare.
Idem Ioſephus facultatem ſomnia interpretandi à Deo erat ſortitus:
ideoque inſignia ſomnia famulorum Pharaonis, & ipſiuſmet Pha-
raonis egregie expoſuerat; & tamen duplicis ſui, quod habuerat, in-
telligentiam nondum obtinuerat.

Ratio idem confirmat. Diximus ſuperius Cap. 10. non per mo- 17.
dum habitus hanc ſomnia interpretandi facultem hominibus ad-
eſſe: adeſſe velut diuinam quandam inſpirationem, qua mens affla-
tur: aut veluti vocem quandam Dei, qua cordis aures feriuntur. Quẽ-
admodum igitur diuinæ inſpirationes non accipiuntur, niſi dum
Deus inſpirat: nec mentis aures feriuntur, niſi dum ipſa vox forma-
tur; ita facultas interpretandi ſomnia contingit: niſi dum noua illu-
ſtratione ſomniorum intelligentiam Deus ſuggerit, & non ipſa ſe-
mel collata ſemper adeſt.

CAPVT XII.

Docetur difficillimum eſſe diuina ſomnia diſtinguere à non diuinis.

QVAMVIS de toto Imaginariarum Apparitionum genere
quæſtio inſtitui poſſit, & *vniuerſum* quæri. Vnde deprehẽ- 1.
datur à Deo eſſe, quæ per illas reuelantur; de altero tamen
membro tantum, illarum, quæ in ſomno accidunt, inquiri-
mus: propterea, hoc forſitã pluſculum habet difficultatis: prius et-
iam ex his, quæ hoc loco, & illis, quæ cap. 12. traduntur, poſſit cog-
noſci.

De *vniuerſo* autem ſomniorum genere eſt quæſtio: Non de illis 2.
tantum obſcura ſunt, quibus de futuris ferè inſtituuntur morta-

Digitized by Google

tales: verum etiam de claris, & apertis, quibus quarundam rerum quidam admonentur: quamuis hæc facilius deprehendantur eſſe diuina, difficilius illa.

3.] Iamblicus igitur *Diuina* à non Diuinis diſtinguit *tempore*, teſte Pererio, in lib. 1. Danielis exiſtimat enim ſomnia Diuina non contingere homini; niſi aut primo aut extremo ſomni tempore. Videlicet, quia tunc animus hominis, aut nondum eſt, cibi potuſque vaporibus occupatus, & oppreſſus: aut iam euaneſcente ſomno, vaporumque diſcuſſa caligine, ex illis ſordibus emerſus, purior & acrior eſt ad Diuinas illuſtrationes accipiendas. Quocirca & Vates, & ſomniorum interpretes in more habebant, ex deferentibus ad ipſos ſomnia, ſciſcitari; *quo tempore ea ipſis contigiſſent* Nam ſi profundo ſomno accidiſſent, ea planè abijciebant: rati non eſſe conſentaneum, animo tunc obruto, & demerſo dari cælitus ſomnia: Sin autem ſomnia illis accidiſſent, exeunte ſomno & animo ad ſuas functiones propè iã expergiſcente: tunc ea ſomnia diuinitus miſſa. Deoque auctore digna eſſe iudicantes, ponderanda ſibi, & interpretanda ſuſcipiebant. Hæc Iamblici documenta, ex ſuperſtitioſis Aegyptiorum Sacerdotum obſeruationibus (vel dicam verius, figmentis) deprompta ſunt. Quid verò? Deus iſtiuſmodi temporum legibus non eſt alligatus: nec temporum opportunitate eget ad operandum. Vbicunque vult; quandocunque vult: & quibuſcunque vult, ſua inſpirat ſomnia. Poteſt quouis tempore, imo etiam ſine tempore ſedare, ſubitò, agitationem humorum, tranquilliorẽ ſpirituum animalium iactationem, purgare phantaſiam, mentem illuſtrare, animumque ad percipienda Diuina ſomnia idoneè comparare.

4. Alij *euentu rerum*, quæ in ſomno reuelantur, Diuina non à Diuinis diſtinguunt: cenſentque *Diuina*; quæ vera, ſuoſque euentus ſortiuntur: non diuina; quæ falſa, & vbi ſomnijs euentus non reſpondent. Hi quamuis non tantùm, quantum Iamblicus: à veritate tamen aberrant; maximè in priori illa ſuæ Aſſertionis parte: Multa poſſunt dæmones in dormientibus exprimere ſomnia non fallentia, præſignificantia res futuras; eas intellige, quæ vel ex certis cauſis naturaliter euenturæ ſunt; vel quas dæmon ipſe, aliquanto tempore poſt, facturus eſt; vel quas non certis argumentis, probabilibus tamen ſignis coniectat. Exempla horum ſuggerit Valerius Maximus. Nos omnium locum illud Cyri Maioris, qui Monarchiam Perſarum condidit, proferimus. Ad huius pedes dormientis ſol viſus eſt; terque ab illo appetitus manibus, ter ſe conuoluens elapſus,

Digitized by Google

ſus eſt. Quo ſomnio Magi, Perſarum ſapientes, ſignificari reſponderunt, eum triginta annos, (ita contingit) imperio potiturus.

Hippocrates, lib. de Inſomnijs, duo verorum ſomniorum ponit genera. Vnum Diuinum, alterum Naturale, & hæc *ſignificatione* putet diſtingui: Illa eſſe Diuina, & à Deo immitti; quæ memorabiles caſus inſigneſque, vel ad lætitiam, & triſtitiam: vel ad felicitatem & miſeriam, ſiue priuatam, ſiue publicam euentus, protenderent: Naturalia vero eſſe, quæ affectiones corporis bonas vel malas indicarent. Non errauerit Hippocrates in hoc poſteriori: in priori profectò multum hallucinatur. Vno id, Alexādro Magno exhibito, ſomnio docemus, quod memorabilem caſum continet, nec tamen diuinum fuit, ſed Diabolicum. De eo refertur, quod dum in quodam prælio Ptolomeus, qui primus poſt Alexandrum Aegypti Rex fuit, venenato telo ictus, ſummo cum dolore, ex eo vulnere moreretur: aſsidens ei Alexander, ſomnoque ſopitus vidit in quiete draconem, radiculam ore ferentem, ſimulque commonſtrantem, quo illa loci naſceretur: quæ, ſcilicet, præſentiſsimam vim haberet Ptolomæum multoſque milites eodem teli genere vulneratos, protinus ſanandi Quæſita eſt herba, inuenta: adhibita, mox conſecuto, qui promiſſus fuerat effectu. 5.

Nec perſonæ diſtinguunt Diuina à non diuinis. Quæ enim (An illuſtres? an fideles? an piæ? Vt diuina dicantur, quæ his acciderunt: nō diuina, quæ contrarijs; Non dubium, quin illuſtribus Diuina acciderint. Nabuchodonoſor huius eſt teſtis. Sed humilibus quoque eadem acciderunt. Teſtis eſt, in obſcuro carcere conſtitutus, Ioſeph. Fidelibus Diuina exhibita. probat Mardochæus; veruntamen non ſolis his: docet hoc ſomnium quod habuit Pharao. Sic vt pijs, ita impijs conceſſi ſunt Diuina, impijs Nabuchodonoſori & Pharaoni pijs Ioſepho & Danieli. *Deus noſter, qui*, vt dicitur Io. cap. 33. *quando homines dormiunt in lecto, aures: virorum aperit & erudiens eos, inſtruit, diſciplina, non eſt perſonarum acceptor*, Act. 10. *Solem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos*. Matth. 5. 9.

Rerum fortaſsis *grauitas, & magnitudo*, quæ per ſomnia innoteſcunt, Diuina prodit. Non dubium; quin grauiſsimas res per ſomnium reuelarit Deus: ſed graues quoque res atque excellentes poſſunt ſuggerere, atque adeo ſuggerunt Spiritus nequam. Exempla in promptu ſunt. Sed & de minimis rebus non raro, admoniti ſunt in ſomno diuinitus, mortales, vt de miniſterio, quod Regi Pharaoni præſtiturus eſſet, ipſius pincerna manifeſtum eſt. 7.

Eſt alia in rebus differentia, quam *qualitas* efficit, hac aliæ bonæ 8.

dicuntur, & vtiles mortalibus: aliæ malæ & nociuæ. Hæc quamuis prodat ſomnia non diuina: non tamen prodit diuina. Si caſtis hominibus & religioſis viris, tetra obſcœna plenaque crudelitatis & impietatis ſomnia contingant, ea non à Deo, ſed Dæmone proficiſci nonimmeritò quis exiſtimabat. Dæmon ſiquidem conatur impuris ſomnijs polluere, ac fædare dormientium corpora, vt eius fœditatis etiam animos expergiſcentium quodammodo participes faciat. Quod ſi, non hoc quidem conſequi poteſt; illud ſaltem curat: vt pios homines talibus, viſis contriſtando, perturbando & affligendo, ad orationem & charitatis officia, ad diuinorum ſacramentorū perceptionem ſegniores frigidioresque reddat. Veruntamen quamuis hæc conſtet non eſſe diuina: non tamen neceſſe eſt dicamus diuina eſſe, his contraria. Qui in Angelum lucis poteſt ſe transformare diabolus; lucis quoque poteſt negotia, cauſasque, res ſcilicet ſalutares, quamuis nequiter, per ſomnium ſuggerere.

9. Eſt tertia in rebus differentia, quæ ex tempore ſumitur; qua quædam futuræ dicuntur, quædam præſentes, & præteritæ. De his non eadem habetur notitia. futurarum enim, præſertim contingentium ſoli Deo, certa notitia reſeruatur. vnde apud Prophetam; *Annunciate*, dicitur, *nobis futura & dicemus, quoniam Dij eſtis vos*. Iſaiæ, 44. Quid ſi igitur hæc per ſomnium reuelentur? ſomniumne erit diuinum? Erit perſæpè; non erit ſemper. Nam ſi ſomnia accidant ſignificantia res futuras aut occultas, quarum cognitio non ad vtilitatem, vel ſomniantis, vel aliorum, ſed ad inanem curioſæ ſcientiæ oſtentationem, vel etiam ad aliquid mali faciendum conferat; eorum ſomniorum authorem eſſe Dæmonem, non temerè credetur: quippe, qui ea ratione tentet animos hominum vana imbuere ſuperſtitione, quin etiam crimine impietatis obſtringere.

10. Quartam in rebus differentiam conſtituit *ordo ipſarum ad mentem ſiue cogitationem hominis*. De quibuſdam enim nulla vnquam fuit cogitatio: aliæ memoria atque cogitatione ſunt verſæ ſomnia, quæ de poſterioribus ſunt non eſſe diuina, facilè quis dixerit. At priora nulla præter Deum, videntur habere cauſam. Sed tamen & hæc præter Deum poſſunt habere cauſam, & illa quoque poſſunt eſſe diuina. Prius illud manifeſtum eſt, tam in Diabolicis, quam Naturalibus illis, quæ vana ſunt, & propter inordinatam ſpirituum iactationem, ex quibus oriuntur, valde ſunt incompoſita, valde turbulenta, valde diſtorta. Poſterius docet Scrip-

Scriptura, quæ ſomnia plura refert diuina: quæ antecedentibus, in vigilia hominum cogitationibus, & curis reſpondent. Ad quæ refero primum ſomnium Nabuchodonoſor à Daniele, cap. 2. narratum: primum item B. Ioſephi, quod primo cap. recitat Euangeliſta Matthæus, illud etiam Scipionis æmiliani, à Cicerone, vel acutè confictum, vel decertiſsimè narratum.

Modo, quo nos ſomnia inuadunt, fortè aliquis diſtingui dixerit diuina à non diuinis. quod in his ſuauiter ſe Deus in hominum mentes cogitationesque inſinuet: in illis, qui ſomnia patiuntur, terreantur & turbentur. Sed huic repugnant exempla ſacrarum Scripturarum. Quoniam etiam Deus per ſomnia turbabat & terrebat Abimelech. Geneſ. 20. Abraham, Geneſ. 15. Laban, Geneſ. 13. & Nabuchodonoſor Daniel. 4. Repugnat ſententia Iob. *Terrebris me*, inquit ille, cap. 7. *per ſomnia: & per viſiones horrere concuties me.* 11.

Quid ſi *Deus vel Angelus videatur in ſomnio loqui*, noſque de rebus futuris inſtruere; an vel tum diuinum dicemus eſſe ſomnium? Si quidem certo conſtaret Deum eſſe, vel Angelum; qui apparet, poſſet dici diuinum ſomnium. Sed quis de illo mortales fecerit certiores? Quod ſi Diabolus Dei aut etiam Angeli perſonam ſuſcipiat? Neque enim ignoramus, quod verſipellis in Angelum lucis ſe poſsit transferre. 12.

Denique, quid ſi cum obſcuro ſomnio *ſomnij quoque reueletur intelligentia*? an vel tunc Diuinum? Nouimus talia aliqua diuina eſſe; vt illud, quo Daniel, & ſomnium Nabuchodonoſoris; & ſomnij intelligentiam accepit. Verum quemadmodum ex contrario, videlicet, ſi ſomnij intelligentia celetur, non rectè colligitur ſomnium diuinum non eſſe; ita neque rectè eſſe diuinum, ſi cum obſcuro ſomnio, ſomnij detur intelligentia. Etiam Hannibal ſomnij ſui intelligentiam accepit: veruntamen vt non intelligentia, ita nec ſomnium à Deo. Somnium vero hoc erat. Ardebat Annibal inſatiabili odio Romani nominis omnique cupiditate perdendi funditus imperium Romanum flagrabat: quo autem facilius id perficeret, bellum ex Hiſpania transferre in Italiam cupiebat, arcem imperij Romani petiturus. Cum igitur varijs ſuper ea re cogitationibus ac deliberationibus æſtuaret; viſum habuit in ſomnio, inire propoſito ſuo, votoque reſpondens. Viſus ipſi eſt iuuenis, ſpecie ſupra humanâ, qui ſe diceret à Ioue miſſum, ducē ei ad inuadendam Italiā, iuſsitq; ne reſpiceret, quid retro, & à tergo fieret. Pauidus primo Annibal, non eſt auſus oculos ab illo quoquam deflecte- 13.

flectere. Sed, vt prout eſt humanum ingenium ad vetita pronum, diu temperare oculis, non quiuit: reſpicienſque vidit horrendum non viſu modo, ſed etiam dictu oſtentum, belluam vaſtam & immanem multis circumplicatam ſerpentibus, quacunque incedebat, omnia proterentem, atque peruertētem: cælum item nigerrimis vndequaque obcæcatum nubibus, denſoſq; ab fulguribus mixtos percipitare nimbos. Attonito Annibali, percontantique ex illo ſuo duce, quid illud monſtri & portenti eſſet, reſpondit ille, vaſtitatem eſſe Italiæ: pergeret ipſo porro ire, qua parabat, nec præterea quidquam inquireret, ſineretque in occulto eſſe fata. Atquè hoc quidem ſomnium: veritatem eius euentus ſatis ſuperque probauit. plus enim mali Italiæ attulit Annibal, quam illo fuit viſo demonſtratum.

CAPVT XIII.

Ex quibuſnam argumentis colligatur, Somnia non eſſe diuina.

1. QVEMADMODVM rerum naturæ *duobus modis* deprehenduntur, negatione attributorum falſorum, & affirmatione verorum: ita duobus modis ad notitiam diuinorum ſomniorum, ſi non omnino, certè facilius, licebit peruenire. Hoc capite prius explicandum, & tradendæ notæ, quæ ſomnia à diuinorum numero excludant: ſequenti tradendæ, quæ diuina prodant.

2. Inter notas igitur quę prodant ſomnia non eſſe diuina, *ſeptem* præcipuas: poſuero 1. rerum quæ ſomniantibus occurrunt perturbationem. 2 earundem falſitatem. 3 leuitatem. 4 malitiam. 5. inutilitatem. 6 ſuperfluitatem. 7. ſomniantium impietatem.

3. Contingit perſępe ſomniantibus varias multaſque formas occurrere, & veluti in nubibus *variè figurari* nunc animantium, nunc aliarum rerum ſimilitudines, eaſdemque breuiſsimo tempore in alias atque alias commutari moxque diſſolui, & euaneſcere; ita in hominis imaginatione, res alias atque alias formas concipere, mutari, nihilque in ijs ſtabile conſiſtere. Somnia hæc à Deo non eſſe ex duobus colligitur. primo, quod per ſe comotionem ſpirituum, in quibus rerum ſunt imagines, ſequantur: & ob id ſi non vana dici debent, certè non meliori loco quam Naturalia haberi. Deinde, quod quæ Deus ſomnia immittit; illa velut eſſe nota, & certa ſigna rerum ſignificandarum, qualia hæc, propter ſummam eorum inconſtantiam eſſe non poſſunt.

4. Sic ſi *falſa* quædam per ſomnia ingerantur, dubium non eſt, quin à diuinorum numero illa ſint reijcienda: qualiacunque etiam illa ſint, ſiue

ſiue ad religionis Chriſtianæ myſteria pertineant,ſiue ad rerum geſtarum hiſtoriam,ſiue ad res naturales, ſiue ad illa, quæ futuris aliquando temporibus ſunt euentura.Neque vlla ratione poteſt, vt quæ falſa ſunt, vlli mortalium reuelet Deus. Quomodo reuelabit? An quia aliqua in rerum natura ſunt,quæ ipſius notitiam latent? at nihil poteſt ignorare ille,in quo omnia ſunt,viuunt atque mouentur An non hoc,ſed licet nihil,ignoret,libet tamen ipſi aliud,quam res eſt,dicere?at hoc alieniſſimum eſt ab eo,qui eſt ſumma bonitas.

Leuitatem pono in rebus parui,vel nullius momenti. Quamuis enim in manu Dei ſunt omnia:& nec folium quidem ex arbore cadat,ſine eius voluntate:capillos etiam capitis noſtri ille omnes numerarit:vt tamen de minimis, vt ad rem nihil pertinentibus nos, nouo inſolitoque modo,per ſomnium,inſtruat, quæ neceſſitas vrgere poteſt illum,qui quæ facit,magno maturoq; facit iudicio?quique inter beneficia ſua etiam illud reponit,quod per ſomnium homines de ſecretis edoceat? 5.

Mala ſuggeri à Deo,nemo dixerit,qui quid Deus ſit,vtcunque nouit.Summum eſt bonum.A ſummo perfectoque bono malum aliquod poteſt ſuggeri.Si digni ſunt morte, non ſolum, qui faciunt mala;verum etiam,qui conſentiunt facientibus, (Rom. 1.) quid de conſulentibus atque ſuggerentibus,& quaſi impellentibus dicemus? Abſit à mortalibus iſta cogitatio,vt credant Deum mortales ad peccata inſtigare. *Non Deus volens iniquitatem tu es*, optimè dixit Propheta,Pſal.5. 6.

De eodem Deo altius Propheta, imo idem Deus apud alium Prophetam,ſic loquitur: *Ego ſum Dominus Deus tuus,docens te vtilia* Atque hinc eſt,vt à Deo, aliena ſomnia exiſtimemus, quibus ſuggeruntur illa,quorum cognitio *ad nullam vtilitatem*, vel ipſius,qui ſomnia habet;vel aliorum etiam;ſed ad inanem tantum facit curioſæ ſcientiæ oſtentationem;quamuis etiam frequenter ſomnia hæc accidant;quamuis res etiam futuras ſignificent,& occultas. 7.

Accedit quoque,vt per ſomnia mortalibus incidant res *omnino certa*,de quibus nec dubium vllum habetur,nec habere poſſumus.Nec horum authorem Deum dixero. Quemadmodum enim miracula atque prodigia, non temerè,ſed vel ſua ipſius gloria, vel hominum ſalute vrgente,operatur:ita niſi neceſſitas noſtra aliqua, vel ipſius honor poſtulet,ſomnia non immittit. *Nihil fecit fruſtra* 8.

Deus. Vt, quæ per ſe clara, notiſsimaq; ſunt, velit reuelare, nulla poteſt eſſe neceſsitas.

Sunt quidam, qui per ſomnia ſibi quædam reuelari poſtulant à
9. Deo: ſed ſuperſtitioſè; atque modis, *omnibus modis damnatis.* An ſi hi voti fiant compotes, & per ſomnium quæ cupiuerunt, intelligant, à Deo edocti credi poſſunt? Nequaquam Malitiæ atque peccatis hominum Deus ſeruire non poteſt.

CAPVT XIIII.

Ex quibus ſignis coniectura accipitur, quod diuina ſint ſomnia.

1. MVLTA prorſus ſunt, quæ ad ſomnia *diuina* requiruntur: ſed quæ ipſa prodant admodum pauca: eaque demonſtrare difficillimum. Nos quod ingenio, atque ratione poſſumus, in medium proferimus, vnicuique inter im ſuum ius, vt meliora proferat, relinquentes.

2. Et multa quidem ad ipſa requiri clarum eſt. Nam contraria illorum omnia, quæ præcedenti capite ſunt dicta, probare ſomnia nõ eſſe Diuina, oportet adeſſe in *Diuinis*. Neceſſe eſt, vt ſi Diuina ſint, non ſint varia, & incompoſita, ſed ordinata & conſtantia: non contineant falſa, ſed veritati maximè conſentanea. Admoneant etiam mortales non leuium, ſed grauium rerum: ad bonum inuitent, non ad malum; ſint vtilia vel ijs quibus fiunt, vel alijs, in quorum gratiam fiunt. Non etiam res per ſe notas offerant, ſed tales, de quibus contingit homines dubitari, aut ipſas ignorare. Denique nulla concurrat ad illa ſuperſtitio. Hæc omnia ad diuina requiruntur.

3. Veruntamen neceſſe non eſt, vt ſi hæc omnia credamus adeſſe, mox *Diuina* eſſe ſomnia definiamus. Primum, quia vtrum *verè* adſint, licet dubitare. Deinde quamuis etiam omnia adſint, *alias* tamen *cauſas* & authores aliquando habere poſſunt, quam Deum. quemadmodum docere poſſunt omnia humana, de quibus ſuperius: illa quoque quæ à bonis Angelis immittuntur, aut etiam hominibus quibuſdam, ijs, qui ſomniant aſtantibus & ſalutaria ſuggerentibus.

Ex *duobus* verò; vt videtur, deprehendi poteſt, quænam ſint *Diui-*
4. *na*: conditione rerum, quæ ſuggeruntur: & motione hominis, cui in ſomno Reuelationes fiunt. Si enim res, quæ in ſomno reuelantur tales ſint, quarum certa cognitio ſolius Dei conceſſu atque munere homini-

hominibus poteſt contingere: & talis mentis ſit motio, qualem ſolus Deus poteſt efficere: ſomnia hæc *Diuina* eſſe omnino licebit exiſtimare.

Et eſſe, quidem *tales res* aliquas, nemo dubitat: ſiquidem haud 5.
paucæ ſunt, quas ſolus Deus nouit. quod verò hæ mortalibus aliquando diuinitus *reuelentur*, mox intelliget, qui quæ harum rerum conditio ſit, attendere velit. Multæ in harum numero ſunt, quæ ſcire noſtra mortalium intereſt.

Ad *tria* verò genera res hæc reuocantur. quædam ſunt, quæ in 6.
ſcholis vocantur *futura contingentia*: quædam *arcana cordium*, quæque intimis animorum incluſa receſsibus, omnem mortalium intelligentiam refugiunt. denique ſunt *præcipua fidei noſtræ myſteria*, nulli, niſi Deo docente, manifeſta. De his Reuelationes factæ in ſomno, ſomnia arguunt Diuina. Et in vnoquoque genere ſunt exempla

Futurorum contingentium fuerunt reuelationes factæ Abrahamo, 7.
& Pharaoni. Pharaoni fuit reuelata futura annona. Abrahamo, quid poſteris ſuis euenturum. Geneſ. 15. Vbi ſic legitur: *Cum ſol occubuiſſet, ſopor irruit ſuper Abraham, & hoc cor magnus tenebricoſus inuaſit eum: dictumque eſt ad eum, Scito prænoſcens, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua: & ſubijcient eam ſeruituti, & affligent quadringentis annis, &c.*

Secreta cordium & cogitationum per ſomnium intellexit Daniel: 8.
quando quod Nabuchodonoſor ignorabat ſibi factum ſomnium, ipſe, reuelante Deo, cognouit in ſomno. Nec hoc ſolum, verum etiam cogitationes, quas Rex habuit, antequam in ſomnium dilaberetur. *Tu Rex* (dicebat Daniel) *cogitare cœpiſti*, (ecce cogitationes cordis) *in ſtratu tuo, quid eſſet futurum poſt hæc. & qui reuelat myſteria, oſtendit tibi quæ futura ſunt.*

9.
De Religionis, & fidei myſterijs inſtituti ſunt Iacob & Daniel. Iacob, Geneſ. 28. quando ſomnians vidit ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen eius tangens cælum: angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per illam. Daniel cap. 7. quando, poſt quatuor Regnorum occaſum, intellexit quale futurum Meſsiæ Regnum præſertim in quo ipſe vna cum ſancto ſuo populo, deletis iam quatuor Regnis, poſt mundi renouationem, ſempiterno & feliciſsimo æuo regnaturus eſt. Atque hæc de rebus, ex quibus diuina innoteſcunt ſomnia.

tales: verum etiam de claris,& apertis, quibus quarundam rerum quidam admonentur; quamuis hæc facilius deprehendantur eſſe diuina, difficilius illa.

5. Iamblicus igitur *Diuina* à non Diuinis diſtinguit *tempore*, teſte Perrerio, in lib. 1. Danielis exiſtimat enim ſomnia Diuina non contingere homini; niſi aut primo aut extremo ſomni tempore. Videlicet, quia tunc animus hominis, aut nondum eſt, cibi potuſque vaporibus occupatus,& oppreſſus: aut iam euaneſcente ſomno, vaporumque diſcuſſa caligine, ex illis ſordibus emerſus, purior & acrior eſt ad Diuinas illuſtrationes accipiendas. Quocirca & Vates,& ſomniorum interpretes in more habebant, ex deferentibus ad ipſos ſomnia, ſciſcitari; *quo tempore ea ipſis contigiſſent* Nam ſi profundo ſomno accidiſſent, ea planè abijciebant: rati non eſſe conſentaneum, animo tunc obruto,& demerſo dari cælitus ſomnia: Sin autem ſomnia illis accidiſſent, exeunte ſomno & animo ad ſuas functiones propè iá expergiſcente: tunc ea ſomnia diuinitus miſſa. Deoque auctore digna eſſe iudicantes, ponderanda ſibi,& interpretanda ſuſcipiebant. Hæc Iamblici documenta, ex ſuperſtitioſis Aegyptiorum Sacerdotum obſeruationibus (vel dicam verius, figmentis) de prompta ſunt. Quid verò? Deus iſtiuſmodi temporum legibus non eſt alligatus: nec temporum opportunitate eget ad operandum. Vbicunque vult; quandocunque vult:& quibuſcunque vult, ſua inſpirat ſomnia, Poteſt quouis tempore, imo etiam ſine tempore ſedare, ſubitò, agitationem humorum, tranquilliorē ſpirituum animalium iactationem,. purgare phantaſiam, mentem illuſtrare, animumque ad percipienda Diuina ſomnia idoneè comparare.

4. Alij *euentu rerum*, quæ in ſomno reuelantur, Diuina non à Diuinis diſtinguunt: cenſentque *Diuina*: quæ vera, ſuoſque euentus ſortiuntur: non diuina; quæ falſa,& vbi ſomnijs euentus non reſpondent. Hi quamuis non tantùm, quantum Iamblicus: à veritate tamen aberrant; maximè in priori illa ſuæ Aſſertionis parte: Multa poſſunt dæmones in dormientibus exprimere ſomnia non fallentia, præſignificantia res futuras; eas intellige, quæ vel ex certis cauſis naturaliter euenturæ ſunt; vel quas dæmon ipſe, aliquanto tempore poſt, facturus eſt; vel quas non certis argumentis, probabilibus tamen ſignis conijcitat. Exempla horum ſuggerit Valerius Maximus. Nos omnium locum illud Cyri Maioris, qui Monarchiam Perſarum condidit, proferimus. *Ad huius pedes dormientis ſol viſus eſt; terque ab illo appetitus manibus, ter ſe conuoluens elapſus,*

ſus eſt. Quo ſomnio Magi, Perſarum ſapientes, ſignificari reſponderunt, eum triginta annos, (ita contingit) imperio potiturus.

Hippocrates, lib. de Inſomnijs, duo verorum ſomniorum ponit genera. Vnum Diuinum, alterum naturale, & hæc *ſignificatione* putet diſtingui. Illa eſſe Diuina, & à Deo immiti; quæ memorabiles caſus: inſigneſque, vel ad lætitiam, & triſtitiam: vel ad felicitatem & miſeriam, ſiue priuatam, ſiue publicam euentus, protenderent: Naturalia vero eſſe, quæ affectiones corporis bonas vel malas indicarent. Non errauerit Hippocrates in hoc poſteriori: in priori profectò multum hallucinatur. Vno id, Alexâdro Magno exhibito, ſomnio docemus, quod memorabilem caſum continet, nec tamen diuinum fuit, ſed Diabolicum. De eo refertur, quod dum in quodam prælio Ptolomeus, qui primus poſt Alexandrum Aegypti Rex fuit, venenato telo ictus, ſummo cum dolore, ex eo vulnere moreretur: aſsidens ei Alexander, ſomnoque ſopitos vidit in quiete draconem, radiculam ore ferentem, ſimulque commonſtrantem, quo illa loci naſceretur: quæ, ſcilicet, præſentiſsimam vim haberet Ptolomæum multoſque milites eodem teli genere vulneratos, protinus ſanandi. Quæſita eſt herba, inuenta: adhibita, mox conſecuto, qui promiſſus fuerat effectu. 5.

Nec perſonæ diſtinguunt Diuina à non diuinis. Quæ enim (An illuſtres? an fideles? an piæ? Vt diuina dicantur, quæ his acciderunt: nô diuina, quæ contrarijs; Non dubium, quin illuſtribus Diuina acciderint. Nabuchodonoſor huius eſt teſtis. Sed humilibus quoque eadem acciderunt. Teſtis eſt, in obſcuro carcere conſtitutus, Ioſeph. Fidelibus Diuina exhibita. probat Mardochæus; veruntamen non ſolis his: docet hoc ſomnium quod habuit Pharao. Sic vt pijs, ita impijs conceſſa ſunt Diuina, impijs Nabuchodonoſori & Pharaoni pijs Ioſepho & Danieli. *Deus noſter, qui*, vt dicitur Io. cap. 33. *quando homines dormiunt in lecto, aures: virorum aperit: & erudiens eos, inſtruit, diſciplina, non eſt perſonarum acceptor*, Act. 10. *Solem ſuum oriri facit ſuper iuſtos & iniuſtos*. Matth. 9. 9.

Rerum fortaſsis *grauitas & magnitudo*, quæ per ſomnia innoteſcunt, Diuina prodit. Non dubium; quin grauiſsimas res per ſomnium reuelarit Deus: ſed graues quoque res atque excellentes poſſunt ſuggerere, atque adeo ſuggerunt Spiritus nequam. Exempla in promptu ſunt. Sed & de minimis rebus non raro, admoniti ſunt in ſomno diuinitus, mortales, vt de miniſterio, quod Regi Pharaoni præſtiturus eſſet, ipſius pincerna manifeſtum eſt. 7.

Eſt alia in rebus differentia, quam *qualitas* efficit, hac aliæ bonæ dicuntur, 8.

dicuntur, & vtiles mortalibus: aliæ malæ & nociuæ. Hæc quamuis prodat ſomnia non diuina: non tamen prodit diuina. Si caſtis hominibus & religioſis viris, tetra obſcœna plenaque crudelitatis & impietatis ſomnia contingant, ea non à Deo, ſed Dæmone proficiſci non immeritò quis exiſtimabat. Dæmon ſiquidem conatur impuris ſomnijs polluere, ac fædare dormientium corpora, vt eius fœditatis etiam animos expergiſcentium quodammodo participes faciat. Quod ſi, non hoc quidem conſequi poteſt; illud ſaltem curat: vt pios homines talibus, viſis contriſtando, perturbando & affligendo, ad orationem & charitatis officia, ad diuinorum ſacramentorũ perceptionem ſegniores frigidioresque reddat. Veruntamen quamuis hæc conſtet non eſſe diuina: non tamen neceſſe eſt dicamus diuina eſſe, his contraria. Qui in Angelum lucis poteſt ſe transformare diabolus; lucis quoque poteſt negotia, cauſasque, res ſcilicet ſalutares, quamuis nequiter, per ſomnium ſuggerere.

9. Eſt tertia in rebus differentia, quæ ex tempore ſumitur; qua quædam futuræ dicuntur, quædam præſentes, & præteritæ. De his non eadem habetur notitia. futurarum enim, præſertim contingentium ſoli Deo, certa notitia reſeruatur. vnde apud Prophetam; *Annunciate*, dicitur, *nobis futura & dicemus, quoniam Dij eſtis vos*. Iſaiæ, 44. Quid ſi igitur hæc per ſomnium reuelentur? ſomniumne erit diuinum? Erit perſæpè; non erit ſemper. Nam ſi ſomnia accidant ſignificantia res futuras aut occultas, quarum cognitio non ad vtilitatem, vel ſomniantis, vel aliorum, ſed ad inanem curioſæ ſcientiæ oſtentationem, vel etiam ad aliquid mali faciendum conferat; eorum ſomniorum authorem eſſe Dæmonem, non temerè credetur: quippe, qui ea ratione tentet animos hominum vana imbuere ſuperſtitione, quin etiam crimine impietatis obſtringere.

10. Quartam in rebus differentiam conſtituit *ordo ipſarum ad mentem ſiue cogitationem hominis*. De quibuſdam enim nulla vnquam fuit cogitatio: aliæ memoria atque cogitatione ſunt verſæ ſomnia, quæ de poſterioribus ſunt non eſſe diuina, facilè quis dixerit. At priora nulla præter Deum, videntur habere cauſam. Sed tamen & hæc præter Deum poſſunt habere cauſam, & illa quoque poſſunt eſſe diuina. Prius illud manifeſtum eſt, tam in Diabolicis, quam Naturalibus illis, quæ vana ſunt, & propter inordinatam ſpirituum iactationem, ex quibus oriuntur, valde ſunt incompoſita, valde turbulenta, valde diſtorta. Poſterius docet Scrip-

Digitized by Google

Scriptura, quæ ſomnia plura refert diuina: quæ antecedentibus, in vigilia hominum cogitationibus, & curis reſpondent. Ad quæ refero primum ſomnium Nabuchodonoſor à Daniele, cap. 2. narratum: primum item B. Ioſephi, quod primo cap. recitat Euangeliſta Matthęus, illud etiam Scipionis æmiliani, à Cicerone, vel acutè confictum, vel decertiſsimè narratum.

Modo, quo nos ſomnia inuadunt, fortè aliquis diſtingui dixerit diuina à non diuinis. quod in his ſuauiter ſe Deus in hominum mentes cogitationesque inſinuet: in illis, qui ſomnia patiuntur, terreantur & turbentur. Sed huic repugnant exempla ſacrarum Scripturarum. Quoniam etiam Deus per ſomnia turbabat & terrebat Abimelech. Geneſ. 20. Abraham, Geneſ. 15. Laban, Geneſ. 13. & Nabuchodonoſor Daniel. 4. Repugnat ſententia Iob. *Terrebris me*, inquit ille, cap. 7. *per ſomnia: & per viſiones horrere concuties me.* 11.

Quid ſi *Deus vel Angelus videatur in ſomnio loqui*, noſque de rebus futuris inſtruere; an vel tum diuinum dicemus eſſe ſomnium? Si quidem certo conſtaret Deum eſſe, vel Angelum; qui apparet, poſſet dici diuinum ſomnium. Sed quis de illo mortales fecerit certiores? Quod ſi Diabolus Dei aut etiam Angeli perſonam ſuſcipiat? Neque enim ignoramus, quod verſipellis in Angelum lucis ſe poſsit transferre. 12.

Denique, quid ſi cum obſcuro ſomnio *ſomnij quoque reueletur intelligentia*? an vel tunc Diuinum? Nouimus talia aliqua diuina eſſe; vt illud, quo Daniel, & ſomnium Nabuchodonoſoris; & ſomnij intelligentiam accepit. Verum quemadmodum ex contrario, videlicet, ſi ſomnij intelligentia celetur, non rectè colligitur ſomnium diuinum non eſſe; ita neque rectè eſſe diuinum, ſi cum obſcuro ſomnio, ſomnij detur intelligentia. Etiam Hannibal ſomnij ſui intelligentiam accepit: veruntamen vt non intelligentia, ita nec ſomnium à Deo. Somnium vero hoc erat. Ardebat Annibal inſatiabili odio Romani nominis omnique cupiditate perdendi funditus imperium Romanum flagrabat: quo autem facilius id perficeret, bellum ex Hiſpania transferre in Italiam cupiebat, arcem imperij Romani petiturus. Cum igitur varijs ſuper ea re cogitationibus ac deliberationibus æſtuaret, viſum habuit in ſomnio, inire propoſito ſuo, votoque reſpondens. Viſus ipſi eſt iuuenis, ſpecie ſupra humanā, qui ſe diceret à Ioue miſſum, ducē ei ad inuadendam Italiā, iuſsitq; ne reſpiceret, quid retro, & à tergo fieret. Pauidus primo Annibal, non eſt auſus oculos ab illo quoquam de- 13.

flecte-

fle&tere. Sed, vt prout eſt humanum ingenium ad vetita pronum, diu temperare oculis, non quiuit: reſpicienſque vidit horrendum non viſu modo, ſed etiam dictu oſtentum, belluam vaſtam & immanem multis circumplicatam ſerpentibus, quacunque incedebat, omnia proterentem, atque peruertẽtem: cælum item nigerrimis vndequaque obcæcatum nubibus, denſoſq; ab fulguribus mixtos percipitare nimbos. Attonito Annibali, percontantique ex illo ſuo duce, quid illud monſtri & portenti eſſet, reſpondit ille, vaſtitatem eſſe Italiæ: pergeret ipſo porro ire, qua parabat, nec præterea quidquam inquireret, ſineretque in occulto eſſe fata. Atque hoc quidem ſomnium: veritatem eius euentus ſatis ſuperque probauit. plus enim mali Italiæ attulit Annibal, quam illo fuit viſo demonſtratum.

CAPVT XIII.

Ex quibuſnam argumentis colligatur, Somnia non eſſe diuina.

1. QVEMADMODVM rerum naturæ *duobus modis* deprehenduntur, negatione attributorum falſorum, & affirmatione verorum: ita duobus modis ad notitiam diuinorum ſomniorum, ſi non omnino, certè facilius, licebit peruenire. Hoc capite prius explicandum, & tradendæ notæ, quæ ſomnia à diuinorum numero excludant: ſequenti tradendæ, quæ diuina prodant.

2. Inter notas igitur quę prodant ſomnia non eſſe diuina, *ſeptem* præcipuas: poſuero 1. rerum quæ ſomniantibus occurrunt perturbationem. 2 earundem falſitatem. 3 leuitatem. 4 malitiam. 5. inutilitatem. 6 ſuperfluitatem. 7. ſomniantium impietatem.

3. Contingit perſępe ſomniantibus varias multaſque formas occurrere, & veluti in nubibus *variè figurari* nunc animantium, nunc aliarum rerum ſimilitudines, eaſdemque breuiſsimo tempore in alias atque alias commutari moxque diſſolui, & euaneſcere; ita in hominis imaginatione, res alias atque alias formas concipere, mutari, nihilque in ijs ſtabile conſiſtere. Somnia hæc à Deo non eſſe ex duobus colligitur. primo, quod per ſe comotionem ſpirituum, in quibus rerum ſunt imagines, ſequantur: & ob id ſi non vana dici debent, certè non meliori loco quam Naturalia haberi. Deinde, quod quæ Deus ſomnia immittit; illa velut eſſe nota, & certa ſigna rerum ſignificandarum, qualia hæc, propter ſummam eorum inconſtantiam eſſe non poſſunt.

4. Sic ſi *falſa* quædam per ſomnia ingerantur, dubium non eſt, quin à diuinorum numero illa ſint reijcienda; qualiacunque etiam illa ſint, ſiue

ſiue ad religionis Chriſtianæ myſteria pertineant, ſiue ad rerum geſtarum hiſtoriam, ſiue ad res naturales, ſiue ad illa, quæ futuris aliquando temporibus ſunt euentura. Neque vlla ratione poteſt, vt quæ falſa ſunt, vlli mortalium reuelet Deus. Quomodo reuelabit? An quia aliqua in rerum natura ſunt, quæ ipſius notitiam latent? at nihil poteſt ignorare ille, in quo omnia ſunt, viuunt atque mouentur An non hoc, ſed licet nihil, ignoret, libet tamen ipſi aliud, quam res eſt, dicere? at hoc alieniſſimum eſt ab eo, qui eſt ſumma bonitas.

Leuitatem pono in rebus parui, vel nullius momenti. Quamuis enim in manu Dei ſunt omnia: & nec folium quidem ex arbore cadat, ſine eius voluntate: capillos etiam capitis noſtri ille omnes numerarit: vt tamen de minimis, vt ad rem nihil pertinentibus nos, nouo inſolitoque modo, per ſomnium, inſtruat, quæ neceſſitas vrgere poteſt illum, qui quæ facit, magno maturoq; facit iudicio? quique inter beneficia ſua etiam illud reponit, quod per ſomnium homines de ſecretis edoceat? 5.

Mala ſuggeri à Deo, nemo dixerit, qui quid Deus ſit, vtcunque nouit. Summum eſt bonum. A ſummo perfectoque bono malum aliquod poteſt ſuggeri. Si digni ſunt morte, non ſolum; qui faciunt mala; verum etiam, qui conſentiunt facientibus, (Rom. 1.) quid de conſulentibus atque ſuggerentibus, & quaſi impellentibus dicemus? Abſit à mortalibus iſta cogitatio, vt credant Deum mortales ad peccata inſtigare. *Non Deus volens iniquitatem tu es*, optimè dixit Propheta, Pſal. 5. 6.

De eodem Deo altius Propheta, imo idem Deus apud alium Prophetam, ſic loquitur: *Ego ſum Dominus Deus tuus, docens te vtilia.* Atque hinc eſt, vt à Deo, aliena ſomnia exiſtimemus, quibus ſuggeruntur illa, quorum cognitio *ad nullam vtilitatem*, vel ipſius, qui ſomnia habet; vel aliorum etiam; ſed ad inanem tantum facit curioſæ ſcientiæ oſtentationem; quamuis etiam frequenter ſomnia hæc accidant; quamuis res etiam futuras ſignificent, & occultas. 7.

Accedit quoque, vt per ſomnia mortalibus incidant res *omnino certa*, de quibus nec dubium vllum habetur, nec habere poſſumus. Nec horum authorem Deum dixero. Quemadmodum enim miracula atque prodigia, non temerè, ſed vel ſua ipſius gloria, vel hominum ſalute vrgente, operatur: ita niſi neceſſitas noſtra aliqua, vel ipſius honor poſtulet, ſomnia non immittit. *Nihil fecit fruſtra* 8.

hominibus pôteſt contingere: & talis mentis ſit motio, qualem ſolus Deus poteſt efficere: ſomnia hæc *Diuina* eſſe omnino licebit exiſtimare.

Et eſſe, quidem *tales res* aliquas, nemo dubitat: ſiquidem haud paucæ ſunt, quas ſolus Deus nouit. quod verò hæ mortalibus aliquando diuinitus *reuelentur*, mox intelliget, qui quæ harum rerum conditio ſit, attendere velit. Multæ in harum numero ſunt, quæ ſcire noſtra mortalium intereſt. 5.

Ad *tria* verò genera res hæc reuocantur. quædam ſunt, quæ in 6.
ſcholis vocantur *futura contingentia:* quædam *arcana cordium*, quæque intimis animorum incluſa receſsibus, omnem mortalium intelligentiam refugiunt. denique ſunt *pracipua fidei noſtra myſteria*, nulli, niſi Deo docente, manifeſta. De his Reuelationes factæ in ſomno, ſomnia arguunt Diuina. Et in vnoquoque genere ſunt exempla

Futurorum contingentium fuerunt reuelationes factæ Abrahamo, 7.
& Pharaoni. Pharaoni fuit reuelata futura annona. Abrahamo, quid poſteris ſuis euenturum. Geneſ. 15. Vbi ſic legitur: *Cum ſol occubuiſſet. ſopor irruit ſuper Abraham, & hoc cor magnus tenebricoſus inuaſit eum: dictumque eſt ad eum. Scito pranoſcens, quod peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua: & ſubijcient eam ſeruituti, & affligent quadringentis annis, &c.*

Secreta cordium & cogitationum per ſomnium intellexit Daniel: 8.
quando quod Nabuchodonoſor ignorabat ſibi factum ſomnium, ipſe, reuelante Deo, cognouit in ſomno. Nec hoc ſolum, verum etiam cogitationes, quas Rex habuit, antequam in ſomnium dilaberetur. *Tu Rex* (dicebat Daniel) *cogitare cæpiſti*, (ecce cogitationes cordis) *in ſtratu tuo, quid eſſet futurum poſt hac. & qui reuelat myſteria, oſtendit tibi quæ futura ſunt.*

9.
De Religionis, & fidei myſterijs inſtituti ſunt Iacob & Daniel. Iacob, Geneſ. 28. quando ſomnians vidit ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacumen eius tangens cælum: angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per illam. Daniel cap. 7. quando, poſt quatuor Regnorum occaſum, intellexit quale futurum Meſsiæ Regnum præſertim in quo ipſe vna cum ſancto ſuo populo, deletis iam quatuor Regnis, poſt mundi renouationem, ſempiterno & feliciſsimo æuo regnaturus eſt. Atque hæc de rebus, ex quibus diuina innoteſcunt ſomnia.

9. Altera ratio, vnde eadem cognoſcuntur, ex *interiori motione hominis*, cui eædem reuelationes fiunt, ſumitur. Singulari enim mentis illuminatione atque commotione, Deus ſeſe apud mortales inſinuat; tali ſcilicet, qua ſic mentem illuſtrat, ſic voluntatem afficit, ſic hominem de fide, & authoritate ſomnij certiorem facit; vt Deum eſſe ipſius authorem ipſe perſpicuè agnoſcat, & liquido indicet; vt id ſine dubitatione vlla credere, & velit, & debeat.

10. Huc ſpectat memorabilis illa B. Gregorij; lib. 4. Dialogorum, cap. 48. ſententia, *Sancti viri*, inquit vir ſanctus, *inter illuſiones atq; reuelationes ipſas, viſionum voces & imagines, quodam intimo ſapore diſcernunt; vt ſciant, quid à bono ſpiritu percipiant, & quid ab illuſore patiantur. Nam ſi erga hæc mens hominis cauta non eſſet, per deceptorem ſpiritum, multis ſe vanitatibus immergeret, qui nonnunquam ſolet multa vera prædicere, vt ad extremum valeat animum ex vna aliqua falſitate laqueare.* Hactenus Gregorius: plura de hoc, cum de Apparitione Intellectuali.

CAPVT XV.

Quæ cauſa efficientes Apparitionum Imaginariarum, earum maximè, quæ in ſomno accidunt.

CAVSAE Apparitionum Imaginariarum, de quibus vtiliter quæritur, propriè ſunt *efficiens* & *finis*. De alijs res nō habet difficultatem magnam, cum quilibet, mediocriter doctus, illas poſsit aſsignare: vel ex ijs, quæ hactenus de Apparitionibus hiſce dicta ſunt facilis accipiatur coniectura.

2. Et *finalis* hîc inquirenda non eſt. Superius illa aſsignata; quando ratio nes datę, Cur in *ſomno* hominibus adſit Deus, & ſua reuelet. Nam quæ cauſæ iuſtæ viſæ ſunt Deo, cur per *ſomnium* cum hominibus egerit, eædem ſunt cauſæ finales Apparitionum Imaginariarum, quæ in ſomno accidunt.

3. Vna igitur *Efficiens* cauſa reſtat. Explicandum, per *quem*, quæ olim factæ ſunt, ſunt factæ Apparitiones Imaginariæ. Et quidem non omnes, ſed illæ, quæ in *ſomno* acciderunt. Aliarum, quæ extra ſomnum accidunt, indicium ex ijs, quæ de his dicenda ſunt, facilè colligetur.

4. De *duobus* verò eſt quæſtio tantum, Deo & Angelis bonis. Hi ſiquidem ſoli *harum* Apparitionum cauſæ eſſe poſſunt. Apparitionum

num quæ in ſomno accidũt aliæ, & aliæ eſſe cauſæ, vt ex Capite quinto, huius libri clarum eſt; ſed Diuinarum, non niſi Deus, aut Dei loco, Angelus. quod dicimus, ipſum nomen probat.

Quia vero in Imaginaria hæc Apparitione *duo* ſunt; actus ipſe imaginationis ſeu Phantaſiæ, & obiectum ſiue phantaſma, dum cauſa *efficiens* Imaginariæ Apparitionis inquiritur, de vtroque quæſtio intelligi poteſt: vtrum, ſcilicet, & actus ipſe, & obiectum ipſum, Deum habeat authorem, vel Angelum. 5.

Et de actu difficultas magna non eſt. Cum enim vitalis ſit, ſiue viuentis: omnino neceſſe eſt, vt in quo ipſe eſt, idem, illud, eius ſit principium atque cauſa efficiens. Hæc ratio eſt actuum vitalium, hoc poſtulant. At certum eſt in Phantaſia, ſiue imaginatiua potentia ipſum eſſe, omnino igitur Phantaſia ſiue Imaginatio cauſa ipſius ſit efficiẽs. 6.

Clarius hoc docet *ſomnium*. Hoc imaginatiuæ potentiæ eſſe actum conſtanter aſſerunt Philoſophi: vt, quod & in illa ſit, & ab illa producatur. Iam verò Imaginaria Apparitio, quæ in ſomno accidit, ab ipſo ſomnio differt nihil. eiuſdem igitur potentiæ, cum ſomnio, erit actus. 7.

De *Phantaſmatibus* vero, ſiue *obiectis*, quæ in hac Apparitione ſuggeruntur, & circa quæ omnis occupatio eſt Phantaſiæ, quæſtio eſt, Vtrumne Deum habeant authorem, an Angelum; præſertim tum, quando ex haud leuibus argumentis coniectura accipitur, Deum eſſe qui loquitur, qui apparet, qui mortalibus hic adeſt. 8.

Pro *Deo* illud primum eſt argumentum, quod diſertis verbis *ipſum Scriptura nominet*. Geneſis 22. *Deus* dicitur tentaſſe Abraham, & hortatus de nocte ad immolandum Filium. Geneſis 26. in Berſabee dicitur. *Deus* apparuiſſe Iſaac; atque ſignificaſſe multiplicandum ſemen ſuum, propter Abraham patrem eius. Geneſis 28. Iacob videns in ſomno ſchalam, cuius cacumen pertingebat vſque ad cælos, Angelos quidem conſpexit aſcendentes & deſcendentes: ſed *Deum* ſchalæ innixum, ſibi loquentem, & terram, in qua dormiebat promittentem Idem Iacob, Geneſis, 46. à *Deo*, in ſomno admonetur, vt proficiſcatur in Aegyptum. Sic 1. Regum, 15. quæ de nocte referenda Sauli acceperat Samuel, à *Deo* ſe accepiſſe dicit. Sic 3. Regum 3. 9.

qui *S*alamoni in Gabaan apparuit; iuſsitque, quod vellet, poſtulare, dicitur eſſe *Dominus*. Sic *Deus* dicitur, de nocte apparuiſſe Gedeoni. Iudic. 6. atque iuſsiſſe; vt aram Baal deſtrueret. Sic, Daniel. 2. per viſionem nocte, dicitur reuelata expoſitio ſomnij facta Nabuchodonoſor: idque per *Deum*; vt ipſius oratio teſtatur, qua Deo, ob hoc beneficium gratias agit.

10. Et hæc quidem fidelium ſunt exempla. Infidelium quoque ſunt in promptu: quibus quæ iiſdem factæ ſunt Apparitiones, & Reuelationes, Deum ſignificatur habuiſſe authorem. Abimelech Rex Geraræ, Geneſis, 20. *Deum* per ſomnium vidit ad ſe venientem & vrgentem reſtitutionem vxoris Abraham. Laban, Geneſis, 31. cum fugientem Iacob inſequeretur, in ſomno admonetur à *Deo*, ne quid durius loquatur in Iacob, Balaam, Num. 22. & ipſe admonetur à *Deo*, vt ſi vocetur, accedat Moabitarum Regem, verum nihil aliud, quam *Deus* ſuggerit, loquatur. Pharao, Rex Aegypti, diuerſa ſomnia habuit; ſed *Deum* ipſorum fuiſſe authorem: hæc Ioſephi probat oratio, Geneſis, 41. *Quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni*. Idem Ioſephus ibidem ſomnium Pharaonis vocat *ſomnium Dei*, Sic duplex ſomnium habuit Nabuchodonoſor, alterum ingentem ſtatuam offerebat, alterum proceram arborem. Vtrumque eundem authorem habuiſſe eſt veriſimile; prioris fuiſſe *Deum* teſtatur Daniel his verbis, cap. 2. *Deus in cælis reuelans myſteria, ipſe indicauit tibi Rex Nabuchodonoſor, quæ ventura ſunt nouiſsimis temporibus.*

11. Alterum argumentum pro *Deo ex opinione eorum* ſumitur; quibus Apparitiones hæ factæ ſunt, Has non Angelum, ſed Deum ſibi locutum eſſe atque apparuiſſe, crediſiſſe partim ipſorum verbis, partim rebus ab ipſis peractis clarum eſt. Verbis hoc teſtati ſunt Abimelech, Geneſis, 20. *Domine*, inquit, *num gentem ignorantem, & iuſtam interficies?* Iacob, Geneſis, 28. qui poſtquam à ſomno euigilauit, poſt Apparitionē, in hęc verba prorupit: *Verè Dominus eſt in loco iſto; & ego neſciebam*. Idem, cum Ioſeph filio, de hac Apparitione loquens ſic ait, Ge. 48. *Deus omnipotens apparuit mihi, in Luza*. Salomon; quando, 3. Regum 3. ad apparentem ſic eſt locutus. *Tu feciſti cum ſeruo tuo, patre meo, miſericordiam magnam; ſicut ambulauit in conſpectu tuo, in veritate, & iuſtitia, & recto corde tecum, &c.* Rebus demonſtrarunt Abraham atque Iſaac: Ille, quando ad primam momentis vocem paratus, nocte

nocte ſurrexit, immolaturus filium illi, qui in ſomno immolandum præceperat, Geneſ.22. hic, quando mox poſt apparitionem ſibi in Berſabee factam ædificauit ibi Domino altare, nomenque Domini ibidem inuocauit, Geneſ. 28.

Tertium argumentum ſumitur à *ſacrificijs* oblatis illi, qui in ſomno apparuit. Hæc ſiquidem non niſi Deo rectè offerri, docent Theologi, & paſſim ſacræ literæ confirmant. Duobus verò modis hæc produnt Deum harum apparitionum authorem fuiſſe. primo, quod quædam ipſe ſibi offerri permiſit, vt ſuo exemplo docent *Iſaac*, Geneſ 28. & Gedeon, Iudicum 6. Deinde, quod poſtquam hęc ipſi oblata fuiſſent; mox per ſomnium ijs, qui obtuliſſent, apparuerit; vt clarum eſt ſacrificio, per Iacob oblato, Geneſ. 46 vbi ſic legitur: *Profectus Iſrael cum omnibus, quæ habebat, venit ad puteum iuramenti; & mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac, audiuit eum nocte per viſum vocantem ſe, & dicentem ſibi, Iacob, Iacob, &c.* 12.

Quartum ſuggerit ipſa *Dei confeſſio.* in hæc enim verba locutus 13. eſt Iacob profecturo in Aegyptum, Geneſ. 46. *Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui. Noli timere, deſcende in Ægyptum quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego diſcedam tecum illuc & ego illinc reducam te reuertentem. Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos.* Eodem modo locutus eſt, ante aliquot annos, eidem Iacobo, cum egreſſus de Berſabee proficiſceretur Haran, Geneſ. vigeſimo octauo. *Ego*, inquit, *ſum Dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac.*

Quinti argumenti loco ſunt res pleræque, quæ in his Apparitio- 14. nibus imaginarijs, ſunt exhibitæ mortalibus. plures tales fuerunt, quæ non niſi Deo notæ eſſe potuerunt; & ob id non niſi, per *Deum* reuelari. *In* harum genere ſunt *futura contingentia*, quæ à ſolius Dei pendent voluntate; vt conſeruatio atque multiplicatio ſeminis Abraham, poſſeſſio *Paleſtinæ*, mors Iacob ante Ioſeph Monarchiarũ translatio, &c. Hæc Deum prodere *Iſaias* indicat, cap. 45. *Annunciate*, inquiens, *nobis futura: & dicemus, quia Dij eſtis vos.* Sunt quoque *ſecreta cordium*, de quibus ita, apud Hierimiam, Deus, cap. ſeptimo. *Ego ſcrutans corda, & renes Deus:* Atqui hoc cognoſcebat, qui per viſum apparuit Abimelech Regi Geraræ, Geneſ. vigeſimo. *Ego ſcio*, dicebat, *quod ſimplici corde feceris*. Hoc argumento vſus eſt Daniel; quando probauit à Domino Deo eſſe ſomnium immiſſum, quod

quod Nabuchodonoſor habuit. *Ipſe*, inquit cap. 2 *Deus reuelat profunda & abſcondita: & nouit in tenebris conſtituta, & lux cum eo eſt.*

15. Accedit ſextum, quod his Apparitionibus *quædam promiſſa* legantur, quæ conferre in ſola Dei fuit poteſtate. Talis fuit ſcientia adminiſtrandi commiſſum ſibi populum; quæ in ſomno oblata eſt Salomoni, atque eidem collata. Hanc porro ſolius Dei, ſiue diuinum eſſe beneficium norunt docti, & confirmat oratio Danielis, cap. 2. *Ipſe Deus* inquit, *dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam.* Sed promiſſionem audiamus. *Apparuit Dominus*, (dicitur 3. Regum 3) *Salomoni per ſomnium nocte, dicens: poſtula quod vis, vt dem tibi. Et ait Salomō*, poſt alia: *Dabis ſeruo tuo cor docile: vt populum tuū iudicare poſſit: & diſcernere inter bonū & malū: Placuit ſermo coram Domino quod Salomon poſtulaſſet huiuſmodi rē. Et dixit Dominus Salomoni. Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos; nec diuitias; nec animas inimicorum tuorum: ſed poſtulaſti tibi ſapientiam, ad diſcernendum iudicium; ecce feci tibi ſecundum ſermones tuos; & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantū; vt nullus, ante te, ſimilis tui fuerit, nec poſt te reſurrecturus ſit.* An non Deo hæc conueniunt.

16. Sic (ſit ſeptimum hoc argumentum) quædam in his Apparitionibus *imperata* ſunt, quæ quemadmodum non niſi *Deus* potuit, præcipere: ita homo ſine crimine non exequi, niſi *Dei* imperio compulſus, Talis innocentis *Iſaac*, à patre immolatio; quam Abrahamo his verbis imperauit, qui in ſomno apparuit, Deus, *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Iſaac; & vade in terram viſionis; atque ibi offeres eum in holocauſtum, ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi.* Necē hanc ſolus Deus imperare potuit; vt cuius *ſolius ſunt omnes animæ*. Ezechiel 18. Et *videte*, inquit ipſe, Deut. 32. *quod ego ſum ſolus: & non ſit alius Deus præter me. Ego occidam, & ego viuere faciam.* Et Sapient. 16. *Tu es Domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem.*

17. Magna ſunt hæc pro *Deo* authore, in hiſce Apparitionibus argumenta. Sed quoniam ſimilia in alijs *Apparitionibus* afferri potuerunt, neque tamen concludunt ipſas eſſe *ſolius Dei*, non Angelorum, opus, idcirco, nec hæc tanta eſſe exiſtimanda ſunt; vt propter illa Angelos ab his Apparitionibus excludere debeamus: & *ſolum Deum* authorem dare. Rectè & verè videmur dicere poſſe per *Angelos fieri*, quæcunque in his Apparitionibus fiunt. id eſt, Ange-

Digitized by Google

Angelos harum eſſe authores, *Angelos* Dei hic munere fungi, vices obire, perſonam ſuſtinere.

Neque tamen negandum eſt Deum harum authorem eſſe *poſſe*, aut quod hic Angeli præſtant, ipſum præſtare *nequiuiſſe*. Quidni creaturarum Dominus poſſet, quod poſſunt creaturæ? *Qui alios parere facio, dicit Dominus, ipſe non pariam? ego qui generationem alijs tribuo, ipſe ſterilis ero?* Iſaiæ 66. *Qui plantauit aurem non audiet? qui finxit oculum, non conſiderat?* Pſalm. 93. Sic, qui dat poteſtatem, & vires Angelis; vt ſomnia immittant; ipſe ſomnia immittere non *poſſet*. 18.

Nec etiam idcirco à *Deo* ad *Angelos* ſomnia transferimus; quaſi non *ita commodè* Deus, vt Angeli, illa poſſunt præſtare, quæ hic ſunt neceſſaria. Quemadmodum Deus præſtare poteſt; ita commodè poteſt præſtare, multoque commodius, expeditius, faciliuſ; quam Angelorum quiſque; quippe qui ſua voluntate facit omnia; & cui voluiſſe, eſt feciſſe. *Dixit enim, & facta ſunt omnia.* Geneſ. 1. 19.

Forſitan, quod poteſt Deus, & commodè poteſt, *per ſe* non præſtat; quòd, vt præſtet, nequaquam diuinam ipſius Maieſtatem deceat. At ad multò inferiora, & quaſi indigniora ſe diuina Maieſtas aliquando dimiſit; quæ tantum abeſt, vt maculam aliquam affricuerint, vt multo etiam redderint illuſtriorem. 20.

Angelis igitur hic omnia tribuimus, quia ſuauis Dei prouidentia exigit, vt rebus à ſe creatis, vtatur: infimaq; per media, & non ſuprema adminiſtret, ſi tamen mediorum viribus fieri poſsint, & ſuperiorum poteſtatem non poſtulent: quemadmodum has apparitiones mediorum, id eſt, Angelorum viribus fieri poſſe, & Dei operam non poſtulare, clarum eſt. 21.

Et *Angelorum opera perfici* ipſas poſſe, Sacrarum Scripturarum teſtimonijs clarum eſt. plurima grauiſsimaque ſomnia, per *Angelos* eſſe perfecta, diſertis verbis teſtatur: *Angelus* in ſomnis apparuit Ioſeph; eundemque primo monuit, ne coniugem dimitteret Mariam; deinde de auguſtiſsimo Chriſtianę religionis myſterio edocuit, Matth. 1. Idem *Angelus*, eidem Ioſepho apparuit; atq; vt in Aegyptum fugiens cum vxore & Filio, declinaret furorem Herodis, ſuaſit, Matth. 2. Idem tertio, Ioſepho apparuit in ſomnis, poſt Herodis mortem; atque vt in terram Iſrael redire mandauit; Matth. 2. Et de ſe ita Sanctus Paulus. Actuum 27. *Aſtitit mihi, hac nocte Angelus Dei, cuius ego ſum, & cui deſeruio, dicens: Ne timeas Paule, Cæſari oportet te aſsiſtere* & cætera. 22.

Digitized by Google

23. Verum hæc Noui Teſtamenti ſunt: noſtra, id eſt, quæ ad præſentem diſputationem pertinent, Veteris Teſtamenti proferamus. Igitur *Angelus* in ſomnis apparuit Iacob, Geneſis 31. iuſſitque relinqueret domum Laban; & rediret in terram natiuitatis ſuæ. *Angelus* fuit, qui dormientem Eliam monuit ſurgere & commedere: : quod grandis ipſi reſtaret via conficienda. 3. Regum 19. Et ſomnia de grauiſsimis altiſsimiſque rebus habuiſſe Danielem, clarum eſt ex capite 7. prophetiæ ipſius; eorundem verò authorem fuiſſe *Angelum* Gabrielem, inſinuat Caput 9. eiuſdem prophetiæ.

24. Sed & illa *ipſa ſomnia*, quæ ſuperius *Deo* authori tribuimus, *Angelis* tribui poſſe, haud eſt obſcurum. Oſtendemus in aliquot, ne ſi ſingula reuocemus, moleſtior ſit oratio. Dictum eſt *Deum* Abrahamo, Geneſis, 22. in ſomno ſuggeſsiſſe, vt immolaret filium: *Angelum* verò fuiſſe in perſona Dei, docet idem Caput his verbis: *Ecce Angelus Domini de cælo clamauit, dicens: Abraham: Non extendas manum tuam, ſuper puerum. Nunc cognoui, quod timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo, propter Me. Deus*, dicitur, Geneſis, 28 apparuiſſe Iacob in ſomnis, & cum eodem locutus: & veriſimile eſt alium non fuiſſe ab illo, qui eidem apparuit, Geneſis, 31. atqui idem ibidem dicitur & *Angelus* & *Deus*. Cum fugientem Iacobum inſequeretur Laban; *Deus*, dicitur Geneſis, 31. Laban monuiſſe, caueret, ne quid aſperè in Iacobum loquatur: & hunc *Angelum* vocat Iacobus, Geneſis, 48. *Angelus*, inquit, *qui me eruit de cunctis malis*.

25. Nec obſtant Aſſertioni noſtræ contraria argumenta. Dicebatur primo, in Scriptura dici *Deum apparuiſſe* in ſomno: verum non plus illud probat, quam quod idem dicitur apparuiſſe & viſus, in Ocularibus, aut Vocalibus Apparitionibus: in quibus tamen non *Dei*, ſed *Angeli* opus erat quidquid conſpiciebatur. Scripturæ mos eſt, diximus alias, vt *rerum imagines* iiſdem nominibus inſigniantur, quibus ipſæmet *res* appellari ſolent. Et quemadmodum Verbum Dei, quod eſt Chriſtus, in propheta loquitur veritatem; ſic in Angelo ipſe loquitur, quando veritatem annunciat Angelus. Et *rectè dicitur Deus dixit, & Deus apparuit; & item rectè, Angelus dixit, & Angelus apparuit: cùm illud dicatur ex perſona inhabitantis Dei; hoc ex perſona ſeruientis creatura.* Ita B. Auguſtinus cap. 9. lib. contra.

tra Adimantium Manichæi diſcipulum.

Dicebatur ſecundo, rebus atque verbis eos, quibus hæ Apparitiones factæ ſunt, *teſtatos eſſe, Deum* ſibi apparuiſſe, Verum, ſi, (vt poſtea dicemus accidiſſe) ſe verè Deum potuit appellare Angelus, qui verè, & autoproſopos Deus non erat: quidni illi, quibus ſe ſic Angelus exhibuit, ipſum potuerunt vocare Deum (eidemque exhibere, quemcunque exhibuiſſent vero Deo religionis cultum? Verũ vero, quibuſcunque hæc Apparitiones atque Reuelationes factæ ſunt, omnes cognouerint *Angelos* eſſe, qui Dei perſonam exhiberent: Deum autem autoproſopos præſentem non fuiſſe, non noſtrum eſt definire; ſed illorum quibus ipſæ Apparitiones acciderunt. 26.

Oblata etiam eidem qui apparuit, dicuntur *ſacrificia.* Verum hoc eſt. Sed ſacrificia *ſoli Deo*, offeruntur. Et hoc verum, non eſt. Ergo qui apparebat, non alius fuit, quam *Deus.* Hoc verum non eſt. Qui apparebat, Angelus erat, ſed Deum referebat. Sacrificiumque non illi qui apparebat; ſed quem ille repræſentabat offerebatur: ſi tamen, quibus Apparitiones fiebant, ſciebant Angelum vbi præſentem eſſe, qui Dei perſonam ſuſtinueret; non ipſum Deum. 27.

Nec obſtat, quod qui apparebat, confiteatur ſe *Deum* eſſe; quod quarto argumento vrgebatur. Quoniam enim Angelus Dei perſonam ſuſtinebat, rectè ſe *Deum* vocare potuit. Sic Angelus fuit, S. Stephano teſte, actuum 7. quid Exod. cap. 20. dicebat: *Ego ſum Dominus Deus tuus*, &c. Sed & in hac ipſa, de qua noſter ſermo eſt, imaginaria Viſione, huius exemplum Scriptura ſuggerit; ſic enim legimus Geneſ. 31. Dixit *Angelus Dei* (loquitur Iacob) *ad me in ſomnis: Iacob? & ego reſpondi, Adſum. Qui ait, Vidi omnia, quæ fecit tibi Laban. Ego ſum Deus Bethel, vbi vnxiſti lapidem, & votum vouiſti mihi. Nunc ergo, ſurge, & egredere de terra hac.* Quid clarius? En ipſe *Angelus* dicit ſe *Deum Bethel:* ipſe *Angelus ſibi dicit votum factum.* 28.

Similiter non obſtat, quod *quod futurorum contingentium, atq; ſecretorum cordium* ſcientiam habuerit is, qui apparuit. Quamuis enim hæc ſoli Deo tribuatur; eandem tamen poſſunt habere alij, quibus quilibet cor ſuum atque cogitationes voluerit aperire, quemadmodum meas cogitationes intelligit, quæ hæc mea perlegerit ſcripta. Deus igitur *per ſe & in ſe ſecreta* cordis, & cogitatio- 29.

num cognoſcit:alij *ex reuelatione* aliorum,& Dei;quomodo illa cognouerunt atque prædixerunt Angeli, qui Dei in his Apparitionibus perſonam ſuſtinuerunt.Hoc pro quinto argumento.

30. Nec obſtat, quod in his Apparitionibus promiſſa, per ſolùm Deum præſtari potuerunt.' Non hæc ſolum Deum authorem hic arguunt.Etiam miniſtri pro ſuorum dominorum voluntate promittere poſſunt, quæ præſtare non ipſorum, ſed dominorum eſt poteſtatis:quæ tamen miniſtri dici poſſunt præſtitiſſe:quando,ipſorum miniſterio interueniente,Domini eadem præſtant.

Eadem ratio eſt de imperatis aliquando hîc factis, quale fuit
31. illud de immolando Iſaac,quod mortalium nullus,niſi Deo iubente, potuit exequi. Quemadmodum Dei perſonam in hoc negotio Angelus ſuſtinebat:ita quæ Deus potuit,potuit mandatata dare; ita & mortales quibus mandata dabantur,& potuerunt,& debuerũt illa accipere,atque adeo exequi;nõ minus,quam ſi ab ipſiuſmet Dei proprio ore fuiſſent profecta.Hoc docuit,qui dixit aliquando; *Qui vos audit,me audit*.Deus item apud Samuelem, 1.Reg.8 *ſe* (Deum) *non Samuelem abiectum aſſeruit,in eo*,quod vocem Samuelis non audirent nec dictis ipſius parerent.Ita ſeptimo argumento reſponſum ſit.cõſiſtatque noſtra Aſſertio,*Angelorum*,ſcilicet,*opera*,Deum in his Apparitionibus vſum eſſe.

CAPVT XVI.

Quanam per Angelos,in hiſce Imaginarijs Apparitionibus,quando Deus apparere,videri, loqui,& audiri dicitur fiant; & quomodo eadem per eoſdem perficiant

1. ANgelo s eorum, quæ in his Dei Apparitionibus imaginarijs fiunt,authores eſſe,eoſdem Dei vices ſubire, & perſonam ſuſtinere,dictum eſt præcedenti capite:*quanam* vero illa ſint,*quomodoq̃*,eadem ꝑ erficiant,duo hæc, præſenti explicãda ſunt, poſterius difficultatis habet aliquid; prius vix aliquid.

2. Nam (hoc de priori) cum in Apparitione imaginaria præter imaginationis actum nihil ſit,niſi *phantaſmata*, ſiue *obiecta*, circa quæ imaginatio occupatur,ipſe verò actus opus & exercitium ſit imaginationis;non Dei, vel Angeli: neceſſe eſt Angeli occupationem eſſe circa ipſa, quæ in ſomno verſantur *phantaſmata*; atque

obiecta

obiecta: & idcirco illa ipſa, quæ in ſomno conſpiciuntur *phantaſmata* opus hic eſſe (quale, dicetur poſtea) Angelorum.

Quocirca aliter ſe habent phantaſmata hæc, ad Angelos; *aliter* ad homines, quibus in ipſis phantaſmatibus fiunt diuinæ Reuelationes. Hic rationē obiectorum q. habēt, in quæ imaginatio aciem intendit &, Deum, diuinaſque res percipit: ibi effectus atque operis . Ibi phantaſmata quodam modo potentias mouent, actuſque eliciunt: hîc mouentur ab Angelis. Ibi videntur agere: hic q. agi & pati . Ibi prius eſſe operatione hominis: hic poſterius operatione angeli. 3.

Mota autem, & promota ab Angelis phantaſmata: & mouentia hominis phantaſiam, *varia officia* ſuſtinent & exercent in Imaginarijs Apparitionibus. Nam per illa atque in illis, nunc quædam tantum videri iudicantur: nunc quædam tantum audiri: nunc quædam ſimul audiri, & ſimul videri; Exempla offerunt ipſæ Apparitiones ſiue Viſiones, quarum aliquoties hoc libro meminimus. 4.

In ſuo quod Pharaoni offerebatur: ſomnio, res quædam tantùm *viſu* offerebantur: Videbatur ſibi videre, vt Scriptura loquitur, *de flumine aſcendentes ſeptem boues pulchras, & craſſas nimis; quæ, paſcebantur in locis paluſtribus. Alias quoque ſeptem emergentes de flumine, fœdas confectaſq; macie: quæ paſcebantur in ipſa amnis ripa, in locis virētibus, deuorarūtq; quarum mira ſpecies , & habitudo corporum erat .* Vidit & alterum huius generis ſomnium· *Septem ſpicæ, pullulabant in vno culmo, plenæ atque formoſæ. Aliæ quoque totidem ſpicæ, tenues & percuſſæ vredine oriebantur; deuorantes omnem priorum pulchritudinem.* Hæc Geneſ. 41. Huc refero ſomnium Ioſephi, Geneſ. 37. atque Mardochæi Eſther. 11. 5.

In ea quæ Abrahamo accidit Apparitione, *vox quaſi loquentis Dei audita eſt; Dixit enim,* (vt dicitur Geneſ. 22) *ad eum Deus, Abraham, Abraham. At ille reſpondit: Adſum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac: & vade in terram viſionis; atque ibi offeres eum, in holocauſtum, ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi.* Ecce omnia verbis perficiuntur, & quaſi auribus hauriuntur, Similes Apparitiones fuerunt illæ, exhibitæ Abimelech, Geneſ. 20. Iſaac, Geneſ. 26. Balaam Num. 22. Samueli, 1. Reg 15. 6.

At in illo , quod Nabuchodonoſor habuit, ſomnio , primum præceſsit viſio ; deinde *vox* audita eſt. Viſionem his verbis, apud 7.

Danielem, cap. 4. refert Rex ipſe. *Videbam, & ecce arbor in medio terræ; & altitu[illegible] eius nimia. Magna arbor & fortis; & proceritas eius pertingens cælum: aſpectus eius erat vſque ad terminos vniuerſæ terræ. folia eius pulcherrima: & fructus eius nimius: & eſca vniuerſorum in ex: ſupter eam habitabant animalia & beſtiæ; & in ramis eius conuerſabantur volucres cæli: & ev ea veſcebatur omnis caro* Porro vocem, quam ſanctus & vigil, qui de cælo deſcendit, magno cum clamore edidit, ſequentibus: *ſuccidite arborẽ, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & diſpergite fructus eius, fugiant beſtiæ, quæ ſupter eam ſunt, & volucres de ramis eius. Veruntamen germen radicum eius in terra ſinite, & alligetur vinculo ferreo, & æreo, in herbis quæ foris ſunt, & rore cæli tingatur; & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei, & ſeptem tempora mutentur ſuper eum, &c.*

8. Hæc officia phantaſmatum, in hiſce Apparitionibus. Omnia hæc per Angelos, quos harum Apparitionum, atque ſomniorum authores ponimus, perficiũtur. Quid mirum? Omnia miniſterio phantaſmatum, quorum Angeli hic vt ita dicam, rectores ſunt, peraguntur. Ergo Angeli ſunt, quorum *ſimulachra* conſpiciuntur. Angeli ſunt, qui *res miras* offerunt. Angeli ſunt, quorum *voces*, à ſomniãtibus, quaſi, audiri creduntur.

9. Quomodo verò hæc perficiunt? An fortè ipſi Angeli ſunt, qui *per ſe* phantaſmata hæc effingunt, & dormientibus immittunt? An non hoc, ſed quæ in dormientibus deprehendunt, negotio ſuo accommodant, ſibique in his Apparitionibus faciunt ſeruire? Hoc alterum eorum, quæ hoc Capite diſcutienda: & quod plus habet difficultatis. Nos, quod veriſimile iudicamus, aliquot *Aſſertis concludimus.*

10. *Primum ſit.* Non *per ſe* Angeli hæc phantaſmata efficiunt. *Angeli,* inquit S. Thomas 1. part. 3. ad 2. *tranſmutant Phantaſiam non imprimendo aliquam formam imaginariam.* Phantaſmatum ſibi aliquis, ſolus Deus, in hominibus *per ſe* author eſſe poteſt. Et quamuis hic perſonam Dei Angeli ſuſtineant, & ſuppleant vices; diuina tamẽ virtute inſtructi non ſunt, vt ob id *per ſe* poſſint, quod ſua virtute atque poteſtate poteſt Deus.

11. Aſſerti huius hanc rationem aſſignant Doctores; quod *per ſe immediatè* nullarum formarum authores ſint Angeli ideoque nec phantaſmatum, quas *formas imaginarias* vocat S. Thomas. neque enim inter formas reponuntur illæ tantum, quibus res conſti-

conſtituuntur, & Eſſe (nunc *ſubſtantiale*, nunc *accidentale*, vt in ſcholis loquimur) accipiunt: verum etiam ſpecies, quibus cognoſcuntur: quarum genera tria ſunt: quaſdam *ſenſibiles* vocamus; per quas, ſenſuum obiecta à ſenſibus percipiuntur: quoſdam *intentionales*, quę ſenſibus interioribus ſeruiunt: quaſdam *intentionales*, quæ ſenſibus interioribus ſeruiunt: quaſdam intellectuales, quæ ſuas in intellectu ſedes habent, atque intellectionem iuuant. Quales quales ſint formæ, immediatè Angelorum opera fieri nequeunt.

Secundum Aſſertum ſit. Quod *per ſe* atque *immediatè* Angeli non poſſunt; *ſubſidio naturæ corporeæ* poſſunt, adeoque perficiunt: & per varias formas atque Phantaſmata, quæ in corpore reſident; imaginationem hominum in ſomnis tranſmutant, mouentque. Sanctus Thomas his verbis, quod dicimus, explicat. *Illa*, inquit, *quæ ex motu locali aliquorum corporum poſſunt cauſari, ſubſunt virtuti naturali Angelorum. Manifeſtum eſt autem quod Apparitiones imaginariæ cauſantur interdum in nobis, ex locali mutatione corporalium ſpirituum & humorum. Vnde Ariſtoteles, in libro de ſomno & Vigilia, cap. 2. aſsignans cauſam apparitionis ſomniorum, dicit, quod cùm animal dormit, deſcendente plurimum ſanguine ad principium ſenſitiuum, ſimul deſcendunt motus, id eſt, impreſsiones relictæ ex ſenſibilium motionibus, quæ in ſpiritibus ſenſualibus conſeruantur, & mouent principium ſenſitiuum: ita quod fit quædam apparitio, ac ſi tunc principium ſenſitiuum à rebus ipſis exterioribus mutaretur.* Ita Sanctus Thomas 1. p. q. 11. art. 3. in corp. Quocirca in hac per Angelos facta imaginationis motione non noua phantaſmata effinguntur; ſed veterum ſolum *nouus eſt vſus* atque exercitum. 12.

Duobus vero modis contingit, vt nouum vſum atque exercitium ſortiantur phantaſmata, in his diuinis Apparitionibus. Hoc *tertium* ſit Aſſertorum. Vnus eſt, vt ſimpliciter, qualia inueniuntur, imaginationi obijciantur ab Angelis. aliter, vt diuerſa inter ſe miſceantur, illaque vnum quod repreſentent, quale nunquam fuit in ſenſibus externis. Prioris exemplum præbent vaccæ Pharaoni exhibitæ: poſterioris ſtatua, quam vidit Nabuchodonoſor, Danielis 2. *cuius caput ex auro optimo erat; pectus autem & brachia de argento: porro venter & famora ex ære: tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars ferrea, quædam fictilis.* 13.

Quandocunque autem imaginationem immutant, aut mouent Angeli; 14.

Angeli; *virtute naturali* vtuntur; & ſupra vires ſuæ naturæ agunt nihil: quamuis Dei etiam perſonam ſuſtineant. ideoque in hoc negotio non minus poſſunt Nequam Angeli, quam boni; propterea, quod vt in his, ita illis natura manſerit integra. Atque hoc *quartum* eſto noſtrorum Aſſertorum. quod etiam Sanctus Thomas ſuperius à nobis citatus his verbis confirmat. *Angelus*, inquit, *tam bonus, quam malus, virtute naturæ ſuæ, poteſt mouere imaginationem hominis.*

15. Ex dictis ſequitur magna Angelos intelligendi & efficiendi vi pollere. Et intelligendi vis ex eo deprehenditur; quod in ſpiritibus atque humoribus latentes poſsint cognoſcere atque diſcernere ſpecies & phantaſmata; efficiendi; quod eoſdem ita poſsint componere, vt quas ipſi velint, poſsint hominibus exhibere formas & ſimulachra.

16. Ad dictos iam duos modos, *fortè*, non malè *tertius* additur, quo Apparitiones imaginariæ Angelorum miniſterio efficiuntur. Hic eſt per *externum ſuſurrum & ſecretam* quaſi *locutionem*: vbi non tam priorum & habitorum phantaſmatum nouus eſt vſus, quam nouorum, quorum Angeli quodam modo cauſa dici poſſunt, productio, & ad imaginationem tranſmiſsio. Hunc modum in eo Apparitionum & ſomniorum genere obſeruari aliquando crederem, quo non Deus, diuinæque res *videri* æſtimantur; ſed quo iudicatur & creditur *loqui & audiri.*

17. Quamuis enim in loquendo Deus (id eſt Angelus in Dei perſona) dum à ſomniantibus loqui creditur, & iudicatur audiri; prioribus, & ante habitis phantaſmatibus vti poſsit, *ſuſurro* tamen quodam externo, ſua cogitationi atque imaginationi aliquando inſinuaſſe, & inſinuare, admodum eſt veriſimile. quod vbi fit, quemadmodum noua, & nunquam audita *vox* percipitur, ita *noua phantaſmata* obijciuntur: quæ, vt vox quæ percipitur, ita ipſa phantaſmata circa quæ in ſomnis imaginatio verſatur phantaſmata, Angelos authores habere dici poſſunt.

18. Accidere vero hunc *ſuſurrum & tantam locutionem* aliquando in his Apparitionibus, quæ in ſomno accidunt, inde fit veriſimile: quod hic modus non modo Spiritibus non ſit *impoſsibilis*; verum etiam ab ipſis ſepè in diuinis Apparitionibus *vſurpatus*, maximeque *conueniens*; hominum quoque conditioni *accommodatus*; & ſibi admodum fauentes habeat *Scripturæ loquendi modos*. ſi quan-

Digitized by Google

ſi quando harum Apparitionum meminerunt, vt taceam hominibus ſimile quid, quam ſæpiſſimè accidere.

20. Spiritibus hic modus *impoſſibilis* non eſt. Qui poſſunt ſua communicare intellectui, in Apparitione *Intellectuali*, quemadmodum lib. 4. demonſtrandum erit: & inſinuare ſe in ſenſus hominum exteriores, dum corpora aſſumunt in *Viſibili* atque *Oculari* Apparitione; vt primo lib. oſtenſum eſt; quid in voce externa, atque leuiori ſuſurro poſſint agere cum dormientibus.

21. Etiam *vſurpatus* eſt hic modus frequentiſſimè ab ijs. Totum genus Apparitionum Vocalium hic ſeruit, totum Angelorum opera perfectum eſt. In ſingulis Angelorum opera voces externæ formatæ ſunt, quibus Deus diuinæque res innotuerunt. Niſi fortè fruſtra dormientibus quiſpiam hic dixerit admoueri voces externas. At non tā altus ſemper eorū, qui dormiunt, ſomnus eſt; vt externos ſenſus prorſus occupet, aliquando remiſsior eſt; poſſunt que cum eodem, ſi non perfectam, ſaltem aliquam ipſi habere operationē. probant hoc reſponſiones dormientium ad vigilantium interrogata factæ.

22. Etiam *conueniens* eſt admodum his Apparitionibus modus iſte. Cùm enim quæ Deus reuelat per ſomnium, hominibus omnino velit eſſe commendatas; ſe prodet meritò, non per ſomnium tantum; verum etiam externa voce; vt ita dum pluribus modis de diuina præſentia certi ſunt mortales, minus de diuina Reuelatione dubitent, maioremque fidem dictis adhibeant.

23. Hominum conditioni quoque eſt *accommodatus*. Nam ad imaginationem res non tranſeunt, niſi prius in ſenſibus fuerint externis. *Non poſſumus imaginari*, inquit S. Thomas, q. 111. art. 3. ad 1. in prima parte, *quæ nullo modo ſentimus. Vnde & cæcus*, addit, *non poteſt imaginari colorem*, quocirca in Imaginarijs Apparitionibus, ſi voce (quamuis etiam leuiori) Deus, (ſiue Angelus in Dei perſona) hominibus quædam inſuſurret; accomodatiori, ſibique conuenientiori modo illa percipient; quam ſi per alias iam habitas formas, atque phantaſmata, adeoque per nudum ſomnium, offerat.

24. Et profectò hunc modum haud obſcurè inſinuant quædam Apparitiones in *ſacris Scripturis* allatæ, inter alias duæ maximè: prior eſt illa Abrahæ facta, qua, ſecundò, proprio nomine,

videatur dari dubitandi occaſio, de vno quodam Spirituum genere.

Duo verò potiſſimum quæruntur. Alterum eſt, vtrum *omnes* Dei *Imaginariæ* Apparitiones, per *bonos* Angelos ſint adminiſtratæ: an potius quædam per bonos; quædam per malos. Alterum, Quorumnam *Ordinum* ſint Angeli, harum Apparitionum adminiſtri. Prius, hoc Capite definiendum, atque aliquot ſequentibus, alterum deinceps. 2.

In priori autem non de *potentia* eſt quæſtio. Dubium non eſt, quin *poſſit* Deus malorum ſpirituum opera, in hoc negotio vti; quemadmodum vti poteſt in alijs. Quidq uid hic fit, Dæmonum vires non excedit. *Angelus tam bonus, quam malus*, inquit S. Thomas, *virtute naturæ ſua, poteſt mouere hominu imaginationem*. Et quamuis in his Apparitionibus quædam reuelentur, quę ex ſolius pendent voluntate, atque ob id à Dæmonibus non cognoſcantur, ideoque ab ijs nec poſsint hominibus, per ſomnium, ſuggeri: quemadmodum tamen hæc Angelis bonis reuelantur, ita poſſunt reuelari malis: cum alia quoque ipſis reuelari non dubitent Theologi. 3.

De *facto* igitur quæſtio eſt: An, videlicet, quod potuit facere Deus, aliquando *fecerit*: An, quod potuerunt facere mali Spiritus, *fecerint* aliquando, & Dei nomine ſomnia immiſerint; aut diuinas res, per ſomnū, mortalibus reuelarint: quemadmodū Dei perſonā ſæpe ſuſtinuerunt *boni*, & quas à Deo acceperūt reuelationes, mortalibus, ſomnio occupatis, ex Dei mandato tradiderunt. 4.

Et ſi exempla eorum, quibus diuinæ Reuelationes, per ſomnum factæ ſunt, repetamus, & curioſius ſcrutemur; omnino quis in illam ſententiam deſcéder, vt credat *aliquādo* contigiſſe. Quamuis enim de pluribus nulla ſit ſuſpitio; quin *bonos* Angelos habuerint authores: dubitari tamen poteſt de quibuſdam, quæ impijs, atque infidelibus hominibus acciderunt: quales ſunt, quas habuerunt Pharao Aegypti, atque Nabuchodonoſor Babylonis, Reges. 5.

Et ſomnia, quæ habuerunt duo Eunuchi Regis Aegypti: pincernarum Magiſter alter, alter Princeps piſtorum, Gene. 41. à Deo videntur immiſſa, & immiſſa eſſe diſertis verbis teſtatur Toſtatus, *vt ex illis*, inquit, *manifeſtaretur Ioſeph, & exaltaretur*. quis verò credat hic *malorum* Spirituum operam defuiſſe? negat per *malos* Angelos vni mortem, alteri libertatem, & in priſtinum officium reſtitutionem ſuggeſsiſſe. 6.

7. Magis forſitan vrget Apparitio de nocte facta Balaam (ſi tamen ad hoc genus pertinet) Illam *Diuinam* fuiſſe, ſiue *à Deo* factam, clarum eſt Scripturæ verbis. Dicitur enim aliquoties, Num. 22 à Moyſe, quod *Deus venerit ad Balaam*. Et ipſe vocatus ad Balac, Regem Moabitarum, vt populo Dei maledicat; negat ſe profecturũ, niſi poſt conſultum *Dominum*, & conſentientem. Cùm iam adeſſet Balac Regi, ſacrificiaque obtuliſſet, rurſus negat ſe quidquam facturum, quod non prius intellexerit *Domini* voluntate, poſſe fieri. Vnde peracto ſacrificio, *Sta* inquit ad Regem, *pauliſper, iuxta holocauſtum tuum, donec vadam; ſi fortè occurrat mihi, Dominus; & quodcunque imperauerit loquar tibi.* Idem cum populo benediceret, quem maledicendum ab ipſo ſperabat Balac, ita irato Regi reſpondit: *Num aliud poſſum loqui, quam Dominus iuſſerit.* Porro Dei perſonam apud hunc ſuſtinuiſſe *malum* Angelum, ex eo accipitur coniectura, quod perditiſsimus homo fuerit Balaam, Hebræis author, vt commederent de immolatis Beelphegor, & fornicarentur cum alienigenis vxoribus, Num, 24. fuerit homo *ariolus*, vt dicitur cap. 22 *augurijs deditus*; vt dicitur cap. 24. homo idololatra, & cui maximum cum Dæmonibus commertium, quique Dæmonem, conſulere plerunque ſit ſolitus. vt ob id credi poſsit Deum, per familiarem *genium ipſius malum* eidem ſuggeſsiſſe, quæcunque in hac Diuina Apparitione intellexit, & fecit: Præterea eidem in itinere conſtituto *bonus* Angelus occurrit; dixitque veniſſe ſe, vt ipſi aduerſaretur. *quia*, inquit, *peruerſa eſt via tua, mihiq; contraria: & niſi*, addit, *aſina declinaſſet de via, dans locum reſiſtenti, te occidiſſem.* quomodo igitur bonus Angelus eſſe potuit, qui ex Dei voluntate prius facultatem fecit Balaam, vt Balac accederet? Idem *bonus* Angelus mox vbi facultatem iter proſequendi dedit: mandat, ne aliud dicat, quam ipſi eidem ſit præcepturus, *in futuro*: at ſi idem hic Angelus fuiſſet cũ illo, quo Deus prius fuit vſus; mandaret, vt quæ præcepta dediſſet, *in præterito* exequeretur, quæ eadem fuerunt cum hoc poſtremo.

8. Ad exempla hæc accedit *ratio*. Supplicia quæ de hominibus, per Angelos leguntur ſumpta: per *malos* creduntur allata. Verum quemadmodum per hos afferuntur ſupplicia, ita per eoſdem videntur eadem denunciari; Vtrunque ad eoſdem Spiritus creditur pertinere. At eſſe quædam in ſomnis denunciata, probat ſuo exemplo Abimelech, atque Nabuchodonoſor. Abimelech dictum, Geneſis, 20. *En morieris, propter mulierem, quam tuliſti habet enim virum.*

rum.

rum. Nabuchodonoſor audiuit, quod ad ſe pertinebat, Daniel. 4. *S uccidite arborem, & præcidite ramos eius, &c.*

Sed & Deus idem docere videtur, Ezechielis 14 Docemus hac ratiocinatione. Dubium non eſt, quin falſi prophetæ, qui errores docent, populumq; decipiunt, Magiſtris vtantur malis Spiritibus, & Dæmonibus. At Deus ipſis hos errores, quibus populum decipiunt, ſuggerit: Malis igitur Spiritibus & Dæmonibus vtitur quandoque, in ſuis apparitionibus atque reuelationibus. Hic ſolum Minor propoſitio dubia videtur: ſed verbis Dei probatur, Ezechielis, vt dixi Cap. 14 Ita enim ibidem Deus: *Propheta, cum errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi Prophetam illum.* 9.

Nec idcirco ab Apparitionibus his Dæmones excludi debent, quod ipſæ Deo tribuantur: & conueniens non videatur, vt eædem & Deo, & Dæmonibus tribuantur. Multa Deo tribuuntur, quæ per hos Spiritus facta ſunt, iiſdemque authoribus tribuuntur. Quam multa ſunt mala, quorum ipſi architecti? nec tamen errauit qui dixit. *Nō eſt malum, quod non fecit Dominus*, Amos 3. Dæmone authore, vt alia omittam, Iob filiis & filiabus conuiuia, celebrantibus, *repente ventus vehemens irruit à regione deſerti*, vt dicitur cap. 1. *& concuſſit quatuor angulos domus: quæ corruens oppreßit liberos eius:* & tamen Domino hic tribuit Iob; ille, qui non peccauit labiis ſuis: *Dominus*, inquit, *dedit Dominus abſtulit*. Rurſus dæmon fuit, *qui*, vt dicitur, cap. 2. *Iob percuſſit vlcere peſſimo, à planta pedis, vſq; ad verticem eius*; & de hoc malo ita ad vxorem ſuam Iob: *Si bona ſuſcepimus de manu Dei, mala quare non ſuſcipiamus* Sic Deus fuit, qui afflixit Aegyptum, cùm populum ſuum inde eſſet educturus, quemadmodum paſſim commemorant diuina eloquia & expreſſè docet ca. 12. Exod. quod Dominus percuſſerit omne primo genitum Aegypti. nihilominus idem dicuntur præſtitiſſe *mali Spiritus*, ſecundum illud Pſalm. 77. *Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per Angelos malos.* 10.

Duobus modis idem opus, & Deo, & malis Angelis tribui poteſt, (vt commmunem illum, quo cum omnibus rebus agere dicitur, omittam) primo, quia fit *permittente* Deo, non autem iubente & præcipiente: altero, quo fit etiam *præcipiente*. Priori modo vexatio Iob Deo, & Angelis malis communis eſt: poſteriori vaſtitas Aegypti: & forſitan mors allata ſeptem viris, qui Sara abuti voluerūt, Tobiæ, 6 & pleraque ſupplicia, quæ Deus, omni tempore, de improbis ſumpſit. 11.

12. Excludentur forſitan Dæmones ab his Apparitionibus, quòd per ipſos ſint, & immittantur ſomnia *Diabolica*, quæ ſuperius à *Diuinis* diſtinximus, hoc nomine; quod Diuina Deum, Diabolica Dæmones, ſiue Diabolos, habeant authores. At hæc, quamuis miniſtris diabolis fiant; non tamen ſunt *Diabolica*, *ſed Diuina*; quod Dei vices hîc Angeli mali ſuſtineant, & munere fungantur; non minus, quam ſi bonorum Angelorum opera perficerentur.

13. Fortè idcirco excludi debet hîc opera Dæmonum, quod minimè videatur dicere vt *Dei perſonam* hîc Dæmones repræſentent, & ſuſtineant. Verum in his Imaginarijs, quæ in ſomno accidunt, Apparitionibus non ſemper exhibetur perſona, quæ Deum repræſentet. ſæpe aliarum rerum tantum ſimulachra conſpiciuntur. Deinde non ſemper, quibus Apparitiones hæ fiunt, ſciunt ipſas eſſe Diuinas, & Deum habere authorem. Præterea, quod peccatum eſt, ſi Dei perſonam quandoque dicantur ſuſtinere Dæmones, dum Dei mandata exequuntur? Denique dato, quod Dæmonis etiam perſona præſens eſſe credatur, atque per ſe immediatè ſomnia immittere; non tamen maius hîc peccatum timendum eſt; quam ſi bonus Angelus adſit, ſomniaque immittat, & tamen credatur adeſſe Deus.

14. Hæc ſunt, quæ pro Dæmonibus afferri poſſunt. Veruntamen *ne ipſos* in his Apparitionibus diuinis, Dei adminiſtros admittamus, omneſque *bonus* Angelis relinquamus, perſuadent & *res*, in hiſce Apparitionibus oblatæ: & *finis*, qui hic Deo fuit propoſitus: & *modus* agendi Dei: & *imperia* Spiritibus data à Deo: & perſonæ, quibus reuelationes diuinitus factæ: & ingenium atque ſtudium prauorum Spirituum: & conditio operum eorundem: & *officia*, quæ per ipſos facta eſſe ſacræ literæ commemorant: denique *illa* etiam, quæ per eoſdem exequi ſolitus eſt Deus Opt. Max.

15. *Res* mortalibus in his Apparitionibus propoſitæ, pleræque admodum fuerunt *graues & præſtantes*: quemadmodum, vt alias omittam, de quibus minor eſt difficultas, illæ ipſæ probant, quæ quod Dæmones miniſtros habuerint, ſunt ſuſpectæ. Quam admiranda ſunt, per ſomnium, immiſſa Regi Nabuchodonoſor? de Regnorum multorum conuerſionibus & ſucceſſibus? Vna viſione cognouit conditionem regni Caldæorum, in *aureo capite*; regni Perſarum in *pectore & brachijs argenteis*: regni Græcorum,

eorum, in *ventre & femoribus æreis*: regni Romanorum, in *pedibus partim ferreis, partim fictilibus*. Sic quæ per ſomnium intellexit Rex Pharao; ad totius Aegypti, & gentis Iudæorum pertinebat conſeruationem. Et Balaam cognouit non ſolum, quam Deo fuerit gratus, populus, ad quē maledicendum vocabatur: verum etiam oriturum ex Iacob ſtellam; & dandam virgam ex Iſrael quæ percuſſura ſit duces Moab, & vaſtatura omnes filios Seth. An hæc, hiſque ſimilia per *malos Angelos* immiſſa? an non potius per *bonos*? per quos alioquin maiora myſteria reuelare ſolet Deus?

Sic finis, qui Deo in his Apparitionibus propoſitus eſſe ſolet, 16.
potius bonorum, quam malorum Spirituum operam requirit. Id quoque in iam recenſitis, quæ ſuſpectæ eſſe ſolent, eſt manifeſtum. Fuit propoſitum in illa Balaam facta, impedire malas imprecationes; adeoque ſemina iacere in hominum animis fidei de venturo Meſſia. In illa Pharaonica, quærebatur ſalus atque incolumitas populi; qui præ cæteris erat Deo dilectus; exaltatio quoque Ioſeph; atque vt ſuis verbis Dei fides eſſet, qua dixerat (Geneſ. 15.) *ſemen Abrahami peregrinaturum in terra non ſua*. Cum Nabuchodonoſore hoc agebatur; vt cum apud ſuos nec ſomnium, nec ſomnij interpretationem poſſet inuenire: à veri Dei cultoribus illam cogeretur petere; atque hac ratione verum Deum agnoſceret & veneraretur; eiuſque ſeruos in admiratione & honore haberet. Hæccine *malis* Spiritibus poſſunt eſſe propoſita? Cum verò non aliud quærant *boni*, dubitabimus ijs miniſtris eſſe perfecta?

Modus agendi Dei, etiam ab his Apparitionibus *malorum* Spirituum operam reijcere videtur. Quamuis enim ad fines ſibi 17.
propoſitos *fortiter pertingat diuina Sapientia*: poſſitque quorumcūque Spirituum miniſteria poſtulare; ideoque in hoc negotio, vbi contraria ſunt ſtudia, Dei atque Dæmonum, Dæmones ad ſibi ſeruiendum inuitos cogere; quia tamen *ſuauiter diſponit omnia*, & rebus, quibus vtitur, quodammodo ſe accōmodet, ſingulaque per conuenientia ſibi media, quantum fieri poteſt, adminiſtrat; etiam in his ſomnijs, quæ immittit, nō malorum, inuitorum; ſed bonorum, promptiſſimorum opera vtetur.

Si alicubi legeretur *imperaſſe* Deus *Spiritibus* his, quod ſpeciem 18.
boni alicuius haberet, forſitan poſſet ſuſpitio accipi, in aliqua, vel aliquibus harum Apparitionum ipſum vſum fuiſſe opera Dæmonum.

num. At quæcunque imperata data ſunt Angelis à Deo, in veteri lege, vt facerent, *bonis* data ſunt omnia: *malis*, quod ſciam, imperatum nihil. Quocirca nec has Apparitiones, quas ex mandato Dei Angeli ſuſcipiunt; non *mali*, ſed *boni* adminiſtrauerint.

19. *Perſonæ*, quibus pleræque harum Apparitionum factæ ſunt, tales fuerunt: vt quodam modo indignum iudicari debeat, eas per *Dæmones*, & *nequam ſpiritus* inſtrui. Tales fuerunt Abraham, *Iſaac*, Iacob, Ioſeph, Gedeon, Samuel, Mardochæus; Sed & illæ, de quibus ſuſpitio eſſe poteſt, magnum pro ſe argumẽtum habent, quod *bonos* Angelos magiſtros hic ſint ſortitæ. Balaam *Prophetam Dei* vocat procopius & Origenes: D. vero Petrus, 3. cap. 2. abſoluté prophetam, qua loquendi forma verum vel Dei prophetam ſignificat. An Dei, aut verus propheta inſtructorem habet *Diabolum*? Reliqui duo Reges fuerunt, quorum *corda* dicuntur *in manu Dei*, & quorum, præ cæteris ipſe curam gerit. Si verò his, etiam quamuis infidelibus, proprios deſtinauit *tutelares Angelos*, de numero *bonorum*; quid mirum? ſi eoſdem, per *bonos*, quandoque erudiat? Et ſi ipſorum Regnis perfecit *bonos*: quemadmodum Regno Perſarum præfecit illum, qui Michaeli atque Gabrieli reſtitit, Daniel. 12. *non malum*, vt exiſtimant Rupertus Tuitienſis, lib. 9. de victoria verbi Dei, & Caſsianus Collat. 8. cap. 12. ſed *bonum*, vt docet Theodoretus, in c. 12. Apocalypſ. & Gregorius, lib. 17. Moral. cap. 8 cum S. Thoma 1. part. q. 113. a. 7. atque alijs, Regibus, per quos Regna adminiſtrat, negaturus eſt *bonum*, ſi quando de grauiſsimis rebus ipſos volet informare? & quidem tantis Regibus? De Nabuchodonoſore (vt de Pharaone, quem D. Auguſtinus Epiſt. 122. ad Victorianum in multis, cum hoc comparat, nihil dicam) ſic Daniel: Tu inquit, *es Rex Regum, & ſub ditione tua vniuerſa conſtituit Deus*. cap. 2. & infra cap. 4. *Magnitudo tua prouenit vſque ad cælum; & poteſtas tua, in terminos vniuerſæ terræ*. De eodem ſequentia Hieremias, cap. 27. ex ſententia Domini. *Seruient ei gentes multæ, & Reges magni, gens autem & regnum, quod non ſeruierit ei, & non curauerit collum ſub iugo eius; ego Dominus in gladio, fame, & peſte viſitabo ipſum.* De eodem ſic Abacuc, cap. 1. *Congregabit quaſi arenam captiuitatem: Ipſe de Regibus triumphabit, & Tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnium munitionem redibit, & comportabit aggeram, & capiet eam.* Non minora his ab Ethnicis Scriptoribus de hoc Rege prodita ſunt; quos commemorant Ioſephus priori libro, contra Appionem, & Euſebius, libro 9. de præp. Euang. cap. vltimo.

Scimus

Scimus quod ſit *ingenium prauorum Spirituum.* Indicauit id DEVS 20.
à cōdito orbe, quando dixit ſerpentem inſidiaturum calcaneo mulieris Geneſ.3. Expreſsit S. Petrus, dum docet *diabolum circuire, tanquam leonem rugientem, & quærere, quem deuoret.* 1. Petri 5. Aperuit S. Ioannes, quando aſſerit, eundem habere *iram magnam erga mortalium genus,* Apocalyp. 12. ſentiunt vniuerſi homines, dum ex hac vita diſcedunt, & *mortem, qua diaboli inuidia in mundum intrauit,* patiũtur, Sapientiæ, 2. At verò, cum hoc ingenio, & ſumma nocendi libido nequomodo conſiſtunt, quæ in his Apparitionibus diuinitus reuelantur?

Ex hoc ingenio Dæmonum, nocendique ſtudio, aliud, pro cauſa noſtra, argumentum ſumi poſſe videtur, quod *forſitan* diuinam Maieſtatem non deceat has Apparitiones per *malos Spiritus* exequi, vt quorum *operationum illa eſt conditio,* vt peccent ſemper, & benè faciant nihil; tum etiam, quando aliorum imperata exequuntur. An verò credi debet, quod imperaturus ſit DEVS, quod ſine peccato non facerent impoſtores? præſertim cum per *bonos* conuenientiſsimè omnia poſsit perficere? 21.

Et *officia* malorum Spirituum, quæ aliquando ſubijſſe leguntur; functiones, quas aliquando ſuſceperunt, etiam Apparitiones illis adimit. Et officia atque functiones ingenium eorum indicat: ſed tamen quæ tam Scripturæ loca clarius exprimunt: omnia vero nequitiam ipſorum prodũt. nulla ſunt, quibus ſeruitum ſignificatur mortalibus; quemadmodum in his Apparitionibus ſeruiri, nemo ignorat. Quæ porro officia? Hominis tentare, corporibus incommodare, fortunis detrimenta afferre, domos atq; ædificia vaſtare, inferre mortem; atque his ſimilia, quæ paſsim occurrunt, ſi quando ipſorum opera in ſacris Scripturis deſcribuntur. 22.

Denique ſi, quod probabile creditur, *Deus* nulla in re *alia,* malorum Spirituum *opera vtitur,* niſi in hominum peccatis vindicandis, & ſupplicijs ſumendis; hîc, vbi peccata non vindicantur, nec ſupplicia inferuntur, ſed beneficia quaſi conferuntur; *Dæmonum* operam, atque miniſterium adſciſcet? 23.

Sed in re clara pluribus opus non eſt. argumenta, quibus contrarium aſtrui videtur, diſcutiamus. Proferebantur in prima acie *exempla* hominum, non impiorum ſolùm; verum etiam infidelium: exempla, inquam, & Regum, & Ariolorum, & priuatorum hominum. Quid ad hæc? Hoc *in genere.* Apparitiones noſtras non in illarum rerum numero eſſe, quæ non niſi ſanctos homines requirunt, 24.

& fideles. Quemadmodum *Deus ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos; & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos*, Matth.5. ita ſecreta ſua iiſdem, & quidem quibus vult modis, reuelat. Qui aliquando, cum in carne nobiſcum ageret, locutus eſt perditiſsimis, atque adeo deploratæ ſalutis hominibus proprio ore; quid mirum, ſi per Angelos *bonos* iiſdem aliquando loquatur? Beneficium, quo DEVS ornat, quibus loquitur, nõ tam DEVM obligat hominibus; quam homines Deo: illudque non hominum meritis, ſed Diuinæ tribuitur bonitati atque clementiæ. Hoc in genere ad exempla reſponſum ſit.

25. Ad ſingula deſcendendo pluſculum difficultatis parit Balaam, inter quem atque Dęmones maxima videtur fuiſſe familiaritas atque communio, vt ob id credi debeat per Dæmonem, ex Dei mandato atque voluntate, ipſum reſponſa accepiſſe. Quia vero multa hîc in quæſtionem veniunt, ex quibus plena veritas pendet, illa ſequentibus, & proponimus & definimus.

26. Quęritur ergo primo, fueritne Balaam *falſorum Deorum cultor*, atque homo diuinationibus intentus? Omnino fuit. Docet id textus 5. cap. 22. vbi dicitur *Ariolus* & textus 1. cap. 24. vbi dicitur ſolitus *quærere Augurium*. Confirmãt idem *ſacrificia*, quæ in diuerſis montibus, in diuerſis aris obtulit. De eo ſic Toſtatus quæſt. 3. in cap. 22. Numer. *Balaam erat magnus Aſtrologus in iudicialibus cognoſcens, quantum ex aſtris cognoſci datur, quid hominibus futurũ eſſet. Ea autem, quæ per aſtra cognoſcere non poterat, quadam Dæmonum familiaritate aliquando cognoſcebat: vel Dæmonibus immolabat, vt ei veritatem demonſtrarent, vel vt eos, per obſequia, ad nocendum alijs, quantum poſſet, irritaret.* Ita Toſtatus.

27. Quæritur ſecundo, An quamuis infidelis, Idololatra, atque diuinator fuerit; nihilominus *veri Dei*, quem non coluit, reuelatione quadam habuerit. Reſpondetur habuiſſe. quemadmodum & Sibyllæ quædam habuerunt; & Pharao, atque Nabuchodonoſor, Reges. Hoc eius verba inſinuant, textus 4. cap. 24. vbi ſe vocat *auditorem ſermonum* DEI, *& qui viſionem omnipotentis* DEI *ſit intuitus*. deinde, quod aliquoties *Dominum* ſe cõſulturum dicat, antequam daret reſponſa. Verum quoniam propria confeſsio poteſt eſſe ſuſpecta, cõfirmat idem teſtimonium Moyſis, qui hiſtoriam Balaam deſcribens, aliquoties dicit, *Deum* ad ipſum veniſſe. Idem affirmat *ſpiritum Dei* in ipſum irruiſſe, text. 2. cap. 24. Denique faciunt huc, quæ prædixit partim de felicitate populi Iudęorum, partim de CHRISTO, partim de gentium vaſtatione; quæ non niſi *Deo vero* reuelante potuit cognouiſſe.

Quæri-

Quæritur tertio. An *alia aliqua*, præter illa, quæ Regi Balac reſpondit, veri Dei reuelatione cognouerit? Certi hic vix poteſt quidquam dici; cognouiſſe tamen alia, admodum eſt veriſimile. *Af*firmat hæc primũ doctiſſimus Toſtatus. confirmat, quod idem à S. *Petro* 2. cap. 2. vocetur *Propheta*, & à Procopio atque Origene *Propheta Dei*, iam verò Propheta quis non ex vna aliqua reuelatione diuinitus ſibi facta dicitur, quamuis dicatur prophetaſſe, quemadmodum Cayphas. Fortaſſe probat hoc opinio hominum illius tẽporis, qui pro *Propheta* eundem habuerunt: quam magnam fuiſſe, & ex rebus magnis, quæ reuelatione ſibi diuinitus facta, prædixit, indicat Balac legatio celebris ad eundem facta, munerum magnorum promiſsio, & ardens auxilij Balaam in tanto, quod regno ipſius imminebat, periculo, imploratio. Omitto cõfeſsionem Balaam qua *Auditorem ſermonum Dei* ſe vocat. 28.

Quæritur quarto, *An* potuerit, *diſtinguere*, quæ ex reuelatis ſibi *Deum rerum* haberent authorem; quæ minimè? Credi id poteſt: ſi non ſemper, certè in reuelatione præſenti, qui aliter ipſum aggreſſus videtur Deus, aliter Dæmon. Duo huius ſunt argumenta: vnũ, quod textu 2. cap. 24. dicatur *irruiſſe in ipſum ſpiritus Domini*, illoque agitatus mox parabolam aſſumpſerit, atque prophetauerit. Alterum, quod nullis pollicitationibus, atque promiſsis, quamuis maximis, paſſus ſit ſe abduci ab imperatis, per diuinam reuelationẽ, ſibi factis. Profectò tantam vel talem vim mancipio ſuo Diabolus non attuliſſet: & homo cupidiſſimus pecuniæ, cuius etiam *auaritiam* taxant *Apoſtoli*, Petrus (2. cap. 2.) atque Iudas tam in ſua ſententia pertinax non perſtitiſſet, niſi alium Magiſtrum in diuinis Reuelationibus agnouiſſet, quam iis, quibus à Dæmone erudiebatur. 29.

Quæritur quinto; An per *Deum*, quem conſulturum ſe aſſerebat, priuſquam aut proficiſcatur cum legatis ſe vocantibus ad Balac: aut populum maledicat; intellexerit *verum Deum*, qui per ſomnium illi reſpondebat; aut potius *ſuorum falſorum aliquem*, quem colebat? Reſpondeo. Non *verum* Deum intelligebat homo idololatra; ſed illum, cui impia, præſente Balac, offerebat ſacrificia. probant hoc illa ipſa ſacrificia; probant profani ritus, & ſuperſtitioſæ ceremoniæ, quibus, ſi quando numen eſſet conſulturus, vtebatur. Quocirca, quem, ex reuelatione ſibi facta, *verum* Deum cognoſcere potuit, non vt verum Deum coluit; quemadmodum & Philoſophi, quorum impietatem damnat apud Romanos, ca. 1. 30.

Apoſtc ſtolus Interim qui Diabolum conſulturus diſcedebat,à vero Deo inſtructus redibat. Docet hoc Toſtatus.

31. Quæritur ſexto, An *per ſe ipſum* Deus eidem apparuerit; mandataque,quæ accipit,dederit: An potius,interueniente opera alicuius ſpiritus miniſtri? Quod ſuperiùs diximus, Deum *per ſe*, *immediate* non ſolere apparere;ſed Spirituum miniſteı io vſum, in diuinis Apparitionibus;id in hac,quę Balaam eſt facta,etiam locum habere credimus.Cur alias Spirituum opera vſus ſit,hîc non ſit;nulla datur ratio.

32. Quæritur ſeptimo.An ſuam Deus Balaam voluntatem reuelauerit per *malum*,quo familiariter vtebatur, Spiritum? Potuiſſe diximus ſuperius:reuelaſſe etiam,exiſtimant quidam,teſte Alphonſo,Toſtato q.5. in cap.22.Num.ſed quas ſuperius rationes protulimus,contrarium nobis ſuadent. Per *bonum* igitur Angelum inſtruxit etiam Balaam , quemadmodum inſtruxit Pharaonem atq; Nabuchodonoſor.Nec obſtat eius impia & perdita vita, Etiam aliorum impia,& perdita fuit vita,quibus tamen per bonós Angelos Deus affuit.Nec quod familiariter Dæmone vti fuerit ſolitus: quoniam non neceſſe eſt, vt, qui familiares habent Spiritus nequam, aliorum Spirituum,id eſt,bonorum præſidia deſtituantur. Tutelares Angeli,& qui ad cuſtodiam hominibus,à Deo, ſunt deſtinati,nunquam ſuos,dum viuunt,deſerunt,quamuis etiam Dæmonibus ſe totos deu ueant. Et ſi Deus Balaam ſecretorum cordis ſui fecit conſcium;magnum eſt , ſi ad eundem aliquem bonorum Angelorum deſtinet,qui eadem ipſi reueleti Nec, quod dicebatur Theſi 7. Angelus,qui in itinere exiſtentis occurrit,priori, qui in patria adhuc conſtituto apparuit,contrarius eſt, vnus idemque vtrobique eſt,ſed quam prius admiſit,& quaſi probauit profectionem,poſtea improbat;non quaſi ſibi contrarius;ſed quia cognoſcebat mentem mutaſſe Balaam in itinere,& proficiſci ad maledicendum populum,quem Deus mandauerat benedici. Atque hoc nomine dicitur *ipſius via eſſe peruerſa*;hoc nomine *Deo contraria*.Hæc de Balaam:atque adeo ad exempla,quæ pro *malis* Spiritibus allata fuerunt.Rationes,quæ pro iiſdem militant,ſequenti Cap.diſcutiemus.

Ex dictis autem facilè eſt intelligere,quid ad Sibyllinas Reuelationes dicendum ſit,quiſue earundem author & adminiſter ſit conſtituendus.Nam plurima ipſas Chriſtianæ Religionis myſteria cognouiſſe;dubiú non eſt:Docet hoc Lactãtius,lib.4.Inſtitut. cap.

15.atque:

25.atque Auguſtinus lib.18.de Ciuit.Dei,cap.23. Cecinerunt enim fore,vt Chriſtus in manus impiorum & infidelium veniret, vt colaphis cæderetur,vt conſpueretur,vt flagellaretur,vt ſpinea corona coronaretur,vt in ſiti ſua felle & aceto potaretur, vt tertia die,reſurgeret,*primitiæ dormientium*;vt loquitur Apoſtolus, 1. Corinth.15. Nec alterum Chriſti aduentum tacuerunt. Nam Sibylla Erythrea eundem non aliter verſibus ſcripſit,quam noſtri Prophetæ & Euangeliſtæ:& iis quidem verſibus, quorum primæ literæ hanc ſententiam efficiunt: *Ieſus Chriſtus Dei filius, ſaluator*. Quocirca veteres Eccleſiæ Doctores,aduerſos Ethnicos,Sibyllarum teſtimonijs,pro Chriſtiana religione adeo libenter & frequenter vtebantur;vt ludibrij cauſa à Gentilibus *Sibylliſtæ* appellarentur, ſicut teſtatur Origenes contra Celſum,lib 5.

Sic dubium non eſt, *diuinitus* ipſis horum myſteriorum Reuelationes eſſe factas. Cum enim à Dei voluntate ipſa penderent, non 34.
niſi Deo nota eſſe potuerunt;atque iis,quibus eadem Deus reuelaret. Atque hanc ob cauſam exiſtimo vnam illarum ab Alexandrino Clemente nomen Prophetiſſæ meruiſſe, atque *Hebræorum Prophetiſſam* eſſe appellatam. Vide Clement.lib.5.Stromatum, c. 6.

Sed an quoque per *bonos* Angelos,an per malos; cum quibus i- 35.
pſis magna familiaritas? Omnino per bonos Angelos dictæ ipſis factæ ſunt Reuelationes,ſi tamen non tales fuerunt, quarum Deus immediatus author eſſe debuit,quales quaſdam eſſe docetur lib.4. cap.12. Vt vt vero hoc ſit,Diabolos authores non habuerunt.

CAPVT XVIII.

An ſaltem per malos ſpiritus,illas Apparitiones Deus exequatur, quibus hominibus ſupplicia in ſomnis aut intentantur,aut inferuntur: quæritur etiam per quos ſpiritus Deus ſupplicia hæc exercet, quando Deus illa de mortalibus dicitur ſumere.

EXEMPLA, quæ pro *malis ſpiritibus* afferebantur, diſcuſſi- 2.
mus. Oſtēdimus, e bonorum opera Deum vſum eſſe, quādo & impijs,& infidelibus, de nocte per ſomnium affuit. Hoc capite rationes ſunt examinādæ, quæ ſuperiori Theſi
8.atque ſequentibus,pro iiſdem *malis ſpiritibus ſunt allata*. 1.

At prima ex ſupplicijs, quæ nunc denuntiantur in ſomno, nunc

etiam afferuntur extra ſomnum, petita eſt Hæc enim quemadmodum extra ſomnum allata, *malis ſpiritibus miniſtris* fieri creduntur; ita veriſimile eadem per eoſdem, in ſomno denunciari. Quid quod doceri poſſit, etiam quædam in ſomno eſſe allata? ſi non per Deũ, certè per Dei Sanctos? De Virgine Matre refert Nicephorus, lib. 18 cap. 33 quod impio cuidam hoſpiti dormienti aſtiterit, verbis primum perſtrinxerit, deinde vimine eius genua, circumcirca, velut exarans, circumſcripſerit: ille vero à ſomno excitatus, à reliquo corpore diſrupta inuenerit; & iuſtum Dei iudicium, non oris ſolum teſtimonio, ſed corporis quoque habitu promulgarit. Simile quid habet Beda lib. 2. Hiſt. Anglorum cap. 6.

3. Verum, quoniam, quæ de Sanctis afferuntur, ad præſentem diſputationem non pertinent, noſtra tantum proſequamur. Et quoniam exempla Vetus Teſtamentum non ſuppeditat Apparitionũ, in quibus ſupplicium allatum, ſed ſolum intentatum: quid probabilitatis habeat, quod ex intentatis ſupplicijs conficitur argumentum ad perſuadendum, *Deum malorum ſpirituum opera* aliquando, in Imaginarijs Apparitionibus, vſum fuiſſe, inquirendum eſt.

4. Duo porro neceſſario conſtituenda ſunt fundimenta ad hanc rem ex hiſce ſupplicijs perſuadendam. Primum eſt, ſupplicia, quæ per Angelos leguntur mortalibus allata, per malos, non bonus eſſe allata. Alterum eſt, ad eoſdem Angelos pertinere; ſupplicia denunciare, & afferre. Sed quid de vtroque.

5. Poſterius fundimentum admodum eſt infirmum, & debile. Neceſſe non eſt, vt idem ſupplicia afferat, & denunciet. Poteſt Iudex denunciare & inſinuare; poteſt afferre lictor. Etiam inter ipſos Angelorum ordines alij ſunt, qui mandata dant, & diuinæ voluntatis ſunt nuncij; alij qui exequuntur. At Deus primis parentibus, ſi legem latam à ſe præuaricarentur, mortem denunciauit: non tamen Deus fuit qui illam afferebat.

6. Sed vt hoc detur, *eoſdem*, ſcilicet, Angelos ſuppliciorum eſſe denunciatores & exactores: prius, vtrum admitti debeat, vtrum dici ſupplicia, quæ de mortalibus per *Angelos* Deus ſumit, vel ſumpſit, ſumi vel ſumpta eſt, per *malos* in controuerſiã vocari poteſt. Quãuis enim de aliquibus, quæ in præſenti vita ſumuntur, res ſit certa, ex Pſal. 77. vbi *ira & indignatio per Angelos malos dicitur afferri*, de omnibus tamen id aſſerere temerarium eſt, aut difficilè. Nos, quid vtramque partem, cum Sacrarum Scripturarum, & Patrum authoritate atque ratione, dici poſſit, inquiramus.

Et qui-

Et quidem ſupplicia quædam *bonis Angelis adminiſtris* Deum de 7.
mortalibus ſumpſiſſe, docet doctiſsimus iuxta, & ſanctiſsimus vir,
Auguſtinus lib. 9. de Ciuit. Dei cap. 5. verba eius hæc ſunt. *Sancti Angeli, inquit, ſine ira puniunt, quos æterna lege Dei accipiunt puniendos.*

Sed Scriptura rem *exemplis* confirmat, & quidem varijs. Primo ſe 8.
offerunt Angeli, qui (Geneſ. 9.) Sodomam, vt illam, vicinaſque ciuitates delerēt, venerunt. Per hos ciuitatum illarum vaſtitatem eſſe allatam, inſinuāt hæc ipſorum verba, apud Loth, *delebimus locum iſtum*: & illa ad eundem, *Non potero quicquam facere, donec ingrediaris ciuitatē.* Rurſus ſequentia apud Abrahamum, cap. 18. *Dimittam omni loco; non delebo; Non faciam, ſi inſtos inueniam, &c.* Et hos *bonos* fuiſſe, primum probat nomen *Angeli*, quod quoties in Scriptura per ſe, & *abſolute* ponitur, nō malos, ſed *bonos* ſignificat. Deinde, quod hi illi ipſi videātur eſſe, quos Abraham adorauit, hoſpitioq; excepit. Ita enim vnus ex ipſis: *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.* & mox, poſt ſermonem, dicuntur ſe conuertiſſe atque abijſſe Sodomam. Tertio, quod eoſdē nō alio, quam Angelorum loco habuerit Loth. Nam Principio, antequam in domum recipiat, adorauit eos pronus in terram: rogauit quoque, *Obſecro*, inquiens, *Domini, declinate in domum pueri veſtri: manete ibi, lauate pedes veſtros.* Deinde, poſtquam eductus ex Sodomis, *Quæſo*, inquit, *Domine mi: quia inuenit ſeruus tuus gratiam, coram te; & magnificaſti miſericordiam tuam, quam feciſti mecum, vt ſaluares animam meam, &c.*

Deinde ſeptuaginta millia virorum mors, de quibus 2. Reg. 24. 9.
quos peſtis ſuſtulit à Dan vſque ad Berſabee, propter Regis Dauid peccatum, à *bonis* Angelis procurata eſt. Id probant ſequētia verba: *Cumq; extendiſſet manum ſuam Angelus Domini, ſuper Ieruſalem, vt diſperderet eam, miſertus eſt Dominus ſuper afflictionem, & ait Angelo percutiēti populum: Sufficit, nunc contine manum tuam, &c.* Ex quibus quod necis author fuerit *bonus* Angelus, id argumentum eſt, quod *Angelus Domini* dicitur, qui populum percuſsit; quod nomen *malis* nunquam tribuitur; ſed quandocunque *Dei* aut *Domini Angeli* dicuntur, aut *Spiritus*, ita depinguntur, aut notantur, vt Dæmones intelligi nemo poſsit dubitare; quemadmodum patet 1. Reg. 18. & 19. Nam ca. 18. ſic Dæmon proditur: *Poſt diem autem alterum inuaſit Spiritus Dei malus Saul*, & ca. 19. *factus eſt ſpiritus Dei malus in Saul.*

Daniel cum cauſam Suſannæ, ex Dei imperio, ſuſcepiſſet, ſenes ſe- 10.

que-

quo mendacij conuiciſſet: *Ecce*, dicebat priori, *Angelus Dei, accepta ſententia ab eo ſcindet te medium* Idem conuerſus ad poſteriorem, in eandem ſententiam locutus eſt, dicens: *Manet Angelus Domini gladiũ habens, vt ſecet te medium, & interficiat vos.* Quibus verbis & ſupplicia ſumpta eſſe de ſenibus, & per *bonos Angelos* ſumpta eſſe colligitur, ſi vera eſt quam dedimus, Regula.

11. Idem argumentum in ſupplicio Herodi allato valet, arguitque illud per *Angelos bonos* eſſe allatum, Sic enim de eo Actuũ 12. *Statuto autem die Herodes veſtitus veſte regia ſedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat: Dei voces, & non hominis. Confeſtim autem percuſſit eum Angelus Domini; eò quod non dediſſet honorem Deo, & cõſumptus à vermibus, expirauit.*

12. Videntur quoq; inter *bonos Angelos* numerãdi, qui Heliodorum flagellarunt. Textus hiſtoriæ haud obſcurè id indicat. *Heliodorus*, dicitur lib. 2. ca. 3. *quod decreuerat, perficiebat eodem loco, ipſe cum ſatellitibus circa ærarium, præſens. Sed Spiritus omnipotentis Dei magnam fecit oſtenſionis ſuæ euidentiam; ita vt omnes, qui auſi fuerant parere ei, ruentes Dei virtute, in diſſolutionem & formidinem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus, terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus, iſque cum impetu Heliodoro, priores calces eliſit. qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes, virtute decori, optimi gloria, ſpecioſiq; amictu; qui circumſteterunt eum, & ex vtraq; parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes.* Nec leues plagæ fuerunt, *Subito enim Heliodorus*, vt ibidem dicitur, *concidit in terram, eumq; multa caligine circumfuſum rapuerunt, atq; in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt.*

13. Et cæcitas, qua percuſſus eſt Elymas Magus, qui S. Paulo reſtitit, Actuum 13. à *bonis* forte *Angelis* allata eſſe, credi poteſt; propterea, quod ipſum dicatur tetigiſſe *manus Domini.* Ita enim ad eundem Apoſtolus. *Et nunc ecce manus Domini ſuper te: & eris cæcus, non videns ſolem, vſq; ad tempus.*

14. Multa ſunt hæc, pro *bonis* Spiritibus, & Angelis exempla, & argumẽta; ſed, vt videtur, pleraq; non ita firma; niſi (quod quaſi certum, conſtituitur) doceatur prius nomen Angeli *bonos* ſignificare, quoties aut *abſolute* in Scriptura ponitur, aut cum genitiuis *Dei* vel *Domini* Hoc igitur doceatur, Doceamus autem exemplis plurimis partim ex Veteri, partim ex Nouo Teſtamento deſumptis.

15. Et quod cum Genitiuis *Dei* vel *Domini* ſignificet *bonum*, probant, ille, qui Geneſ. 16 apparuit Agar ancillæ Abrahæ, eandemque iuſsit

redi-

redlte ad dominam ſuam Saram:& ille, qui Abraham prohibuit manum extendere in puerum, Geneſ.22. illi quoque, quos vidit Iacob aſcendentes & deſcendentes ſchalas, Geneſ.28. ille, qui præcedebat caſtra Iudæorum, Exod. 14. Item qui Balaam ſe oppoſuit, Num.22. qui Gedeonem eſt conſolatus, Iudic. 6. qui parentibus Samſonis prolem promiſit, Iudic. 13. qui hortatus Eliam, vt comederet ſubcinericium panem, 3.Reg.19. qui dux itineris fuit iuniori Tobiæ, Tob.3. qui deſcendit cum Azaria, & ſociis in fornacem, & excuſſit flammam ignis Daniel.3. Hos ſiquidem *bonos* fuiſſe nullus dubitat.

Hæc ex Veteri Teſtamento petita teſtimonia. Nouum quoq; 16.
non pauca pro eodem argumenta ſuppeditat. Eadem enim, *Dei* vel *Domini* adiectione, confirmantur fuiſſe *boni*: ille, qui Ioſepho apparuit, Matth.1. & ne coniugem dimitteret, mandauit: illi, qui venturi cum Chriſto, in gloria Patris, quando redditurus vnicuique ſecundum opera ſua, Matth. 16. illi, quibus ſimiles dicuntur futuri, qui non nubunt, neque nubentur, Matth. 22. Ille, qui deſcendit de cœlo, & reuoluit lapidem ab oſtio monumenti, Matth.28. illi, *qui gaudent* ſuper peccatore pœnitentiam agente, Lucæ 15. ille, qui ſolitus eſt deſcendere in piſcinam, & mouere aquam, Ioan.5. qui aperuit Petro ianuas carceris, Actu.5. qui Cornelio ſuaſit, vt Petrum vocaret, Act.10. qui aſtitit Paulo, & eidem ſignificauit, omnes animas ipſi datas, Act.27.

Quod verò etiam *abſolutè* poſitum nomen *Angelus*, *bonum* ſigni- 17.
ficet; nō minus certum eſt, & Veteris & Noui teſtamenti teſtimonijs. Proferimus ex multis pauca. In Veteri, *boni* eſſe creduntur; ille, à quo Iacob dicit ſe ereptum à cunctis malis, quemque optauit benedicere filijs Ioſeph, ſuis nepotibus, Gen.48. ille, de quo Moyſes, quod per ipſum educti de Aegypto, Num. 20. ille, quem vidit aſina Balaam ſtantem in via, Num. 22. quem falſus Propheta dicebat ſibi locutum in ſermone Domini, 3. Reg. 13. illi præterea, de quibus Dauid Pſalm. 77. *Panem Angelorum manducauit homo.* & Pſal. 8. *Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, &c.*

In Nouo *boni* fuerunt, qui eadem nominis notatione indigitan-
tur, illi ſcilicet, qui poſt abſolutam tentationē dicuntur miniſtraſ- 18.
ſe Chriſto, Matth.4. & qui in extremo iudicio venturi ſunt, veluti meſſores, Matth.3. qui paruulorum curam gerunt, & faciem Patris ſemper vident, Matth.18. quorum duodecim legiones putat ſe poſſe obtinere à Patre Chriſtus, Matth.26. Illi quoque, à qui-

Digitized by Google

bus Lazarus portatus eſt in ſinum Abrahæ, Lucæ 16. Omitto reliquos, quorum alibi fit mentio.

19. Quid quod *Angelorum Dei* nomine intellexerit bonos non ſolū Sacrarum Scripturarum ſcriptores atque ſancti Dei homines, verum etiam alij, partim veri Dei cultores, partim homines infideles? Achis Rex Geth? mulier Thecuites; quā Ioab nomine Abſolonis miſit ad Dauidem? Mephiboſeth filius Saul? Rex Aſſuerus? Nabuchodonoſor? Nam 1. Regum 29. ſic ad Dauidem, quem commendabat, loquitur Achis. *Scio, quia bonus es tu, in oculis meis: ſicut Angelus* Dei. Ad eundem Regem ſic mulier Thecuites 2. Regum 14. *Sicut enim Angelus Domini, ſic Dominus meus Rex, vt nec maledictione, nec benedictione moueatur.* Ad eundem ſic Mephiboſeth 2. Regum 19. *Tu autem domine mi Rex, ſicut Angelus Dei eſt.* Et ex ſententia Aſſueri ad Aſſuerum Eſther loquuta, ca. 15. *Vidi*, inquit, *te domine, quaſi Angelū Dei, & conturbatum eſt cor meum, præ timore gloriæ tuæ*. Et Nabuchodonoſor, Daniel. 3. *Benedictus*, inquit, *Deus, qui miſit Angelum ſuum, & eruit me.*

20. Addo, quod non fideles ſolum, & infideles, vt demonſtratū eſt; verum etiam ipſe Angelus malus, ſiue Dæmō intellexerit hanc *Angeli*, vel *Angeli Domini* eſſe notionem, *vt bonum* ſignificet. Cùm enim Dominum tentaret, ſuaderetque, vt præcipitem ſe daret de pinnaculo templi, idcirco quod nihil mali haberet timere; illo Pſal. 90. vſus eſt, *Angelis ſuis mandauit de te.* Qui illi Angeli, niſi Angeli Dei? quaſi dicat, Nequam ſpiritus; nihil eſt, quod timeas; Angeli Domini, id eſt, *boni* te cuſtodient, ne offendas ad lapidem pedem tuum.

21. Etiam, quod dicimus, ratione confirmatur. Niſi enim nomen *Angeli*, vel *abſolutè* poſitum, vel cum genitiuis *Dei* aut *Domini*, *bonos* ſignificaret, ratio dari non poſſet; cur cum *malos* Scriptura velit denotare, ſemper aliquid, vnde deprehendantur, ad nomen ſimplex adiiciat. Sic non ſimpliciter, & abſolutè *Angelus*, aut *Spiritus* dicitur, qui inuaſit Saul; ſed *Spiritus Domini malus*, vel *Spiritus nequam*; quia ſcilicet, non *bonus*; ſed peruerſus erat Angelus. Eoſdem peruerſos deſignat Dauid, Pſal. 77. quando dicit Deum *immiſiſſe iram per Angelos malos*; Et malum notat Apoſtolus fuiſſe illum, qui ſe colaphizabat; quia *Angelum Satanæ* vocat 2. Corinth, 12.

22. Atque hæc copioſius paulo, pro argumento ex ſacris literis deſumpto. Pro iiſdem *bonis Angelis*, quod Deo ſeruiant in peccatis hominum vindicandis, etiam ſunt rationes. & prima ſit, quod Dei *miniſtri* dicantur: Sic enim de ipſis Daniel. cap. 7. *Mille millia miniſtrabant ei*, & D. Paulus ad Hebr. 1. *Omnes ſunt adminiſtratorij ſpiritus*

AE

[illegible] miniſterium, quod DEO præſtant, etiam in ſupplicijs, de reprobis ſumendis exercetur: quocirca & ſupplicia, quæ de reprobis Deus ſumit, per eoſdem aliquando afferet.

Præterea, Sapientiæ 5. dicitur, quòd *accepturus ſit armaturam Zelus Dei, & armaturus creaturam ad vltionem inimicorũ*. Rurſus, quod *pugnaturus pro eo orbis terrarum, contra inſenſatos*. An verò inter creaturas *Angeli boni* non ſunt? non ſunt pars orbis terrarum? 23.

Sed & contra inſenſatos alias omnes creaturas aliquando ſæuijſſe docent ſacra eloquia. Sæuierunt *Dæmones* in cæde primogenitorum Ægypti, Exod. 12. Sæuijt *ignis*, quando deſcendit & deuorauit quinquagenarios, 4. Reg. 1. Sæuijt aer, quando per ventum vrentem, tota die ac nocte, aduexit locuſtas, ſuper vniuerſam terrã Ægypti, Exod. 10. quæ depaſtæ ſunt, quidquid reſiduum reliquerat præcedens grando. Seuijt *aqua*, quæ inuoluit Ægyptios, Exod. 14. Sæuijt *terra*, quando aperuit os ſuum, & deuorauit Core, Dathan & Abiron, cum tabernaculis ſuis, & vniuerſa ſubſtantia eorum, Num. 16. Sæuierunt *bruta animantia*, quando egreſsi duo vrſi de ſaltu, lacerauerunt duos & quadraginta pueros, qui illuſerant Eliſęo, 4. Reg. 2. Sæuierunt *homines*, quando filij Leui cõſecrarunt manus ſuas in cæde triginta trium millium eorum, qui vitulum adorauerant, Exo. 32. & ſeruijſſe ſibi Regẽ Nabuchodonoſor in Tyro vindicanda ipſemet Deus teſtatur, Ezechielis cap. 29. Quid ni igitur *boni Angeli* quoque aliquando in impios ſæuierint? 24.

Sancti DEI homines, quos *ſimiles Angelis in cælo* futuros docet Dominus, Matt. 19. ſupplicia quandoque ſumpſerunt de reprobis. quid nouum, ſi bonos Angelos aliquando ſumpſiſſe concedamus. Et pro Sanctis, dum viuerent, plura ſunt exempla: pro ijſdẽ defunctis eſt B. Virgo, cuius initio capitis meminimus. Eſt S. Petrus, qui Laurentium Cantuarienſem Epiſcopum, à grege tenero, & Chriſto recens initiato fugam meditantem, nocte flagellis cæcidit, teſte Beda li. 2. c. 6. Hiſt. Angl. Eſt B. Tetricus, qui Pappolum, gregis commiſsi nullam curam gerentem, valido ictu ad mortem perduxit, quemadmodum refert Gregorius Turonenſis li. 5. Hiſtoriæ francoc 5. Eſt B. Mauritius, qui creditur pugil fuiſſe, qui mortem attulit ſacrilego Vdoni. de quo Nauclerus, generat. 34. 25.

Quid quod DEVS non exiſtimet à ſe alienum hoc officij genus? Necem primogenitorum Ægypti à ſe patratam eſſe ſignificat non ſemel, *Tranſibo*, inquit Exod. 12. *per terram Ægypti nocte illa*, qua Paſcha ſumebatur, *percutiamq́ omne primogenitum in terra Ægypti* 26.

ab homine vſque ad pecus. Et paulo poſt, in eodem capite. *factum eſt in noctis medio, percuſſit Dominus omne primogenitum, in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, vſq. ad primogenitum captiuæ, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum.* Atque hæc pro bonis Angelis.

27. Verum enimuero, quamuis dictis videatur probari, *bonorum Angelorum* opera Deum in malis vindicandis aliquando vſum eſſe, & vti, in præſenti hac vita (de illa.n tantũ quæſtio eſt) non deſunt tamen, qui contrarium cum ratione putent dici poſſe. tum quod nec hic deſint auctores graues; tum quod contrariæ huic ſententiæ etiam ſacræ literæ faueant, rationeſque eius probabiles dentur, tum quod, quæ pro priori ſententia allata ſunt, fundamenta non ex. ſtimentur adeo firma, quin diſſolui facilè poſsint.

28. Et quidem idẽ Auguſtinus, qui pro priori productus eſt, etiam pro hac ſententia profertur. Sic enim loquitur libro 5. contra Iulianum cap. 3. *Angeli mali, quamuis non ſint niſi præuaricatores, & impij; per ipſos tamen Deum, meritas pœnas irrogare peccantibus, Sacra Scriptura teſtatur, dicens: Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem & iram, & tribulationem, immiſſiones per Angelos malos;* Pſalm. 77. Clarius in hac cauſa loquitur B. Hieronymus lib. 9. in Ezechielis cap. 30. *Neque enim,* inquit, *boni, ſed mali Angeli tormentis præpoſiti ſunt.* Idem docet Clemens Romanus, li. 4. Recognitionem circa finem. Dicit enim Deum præuidiſſe futuras culpas in creaturis: & iuſtitiæ eius rationem poſtulaſſe, vt, emendationis cauſa pœna culpas ſequeretur; ideoque oportuiſſe quoque pœnarum habere miniſtros: atq; hos vult eſſe malos Spiritus, ſiue Dæmones.

29. Et Scripturæ hoc ipſum inſinuare videntur, quando ingenium Dęmonum prędunt eſſe hoc, quaſi natiuum, vt mortalibus incommodent, & mala afferant, quemadmodũ ſuperius Theſi 21. demonſtratum eſt; vt ob id ipſis, tanquam proprijs miniſtris hoc officium relinqui debeat. Confirmat vero is egregiè, qui 3. Regum cap. 22. ſe offert, ad decipiendum Achab Regem Iſrael. Cum enim Dominus, *Quis decipiet Achab Regem Iſrael?* mox egreſſus eſt Spiritus, & ſtetit coram Domino & ait: *Ego decipiam illum. Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius.*

30. Sed & pleraque per eoſdẽ *malos* Spiritus allata eſſe docent. *Malus* fuit, qui B. Iob miris modis afflixit & perſecutus eſt, Iob. 1. & 2. ca. *Malus*, qui aliquoties inuaſit Saul Regem, & tantum non ad inſaniã redegit, 1. Regum 18. & 19. *Malus*, qui ſeptem viros apud Tobiam, è medio

Digitized by Google

è medio ſuſtulit. Tob. 6 *Malus*, cui traditus in interitum carnis, à Sancto Paulo, inceſtuoſus Corinthius 1. Cor. 5. Sic veriſimile eſt, eum, qui plagarum Ægyptiacarum author fuit, fuiſſe *malum*: aut ſi in aliquibus leuioribus eſt dubium, de poſtrema res eſt clara. ex cap. 12 Exodi; vbi *percuſſor* vocatur, vel *exterminator*, qui illam attulit; quæ dictio non in bonum, ſed *malum* Angelum conuenit. Ibidem dicitur, quod Deus eundem percuſſorem *prohibuerit*, nec *ſinerit* ingredi domus Iſraelitarum; quod nõ de bono, ſed *malo* intelligi agnoſcit; qui Dæmonum effrænem nocendi libidinem, bonorũ autem ſpirituum nouit mite & ſuaue ingenium.

Leguntur & alij diuinitus puniti; & quid prohibet, *ſi adminiſtris Dæmonibus* dicamus, quando bonorum Spirituum nulla fit mentio? & Dæmonum proprium ſit perdere, graſſari, exterminare? Forte igitur Dæmonum opera *ignis* cœlitus demiſſus eſt, qui quinquagenarios aſſumpſit ad diram imprecationem Eliæ, 4. Reg. 1. Forte Dæmonum opera excitati atque impulſi *vrſi*, qui lacerarunt quadraginta duos pueros, 4. Reg. 2 Fortè per eoſdem diſrupta eſt *terra*, quæ *aſſumpſit* Core, Dathan, & Abiron, Num. 16. Forte per eoſdem percuſsit Dominus Ioram, qui *alui inſanabili languore, & longa tabe conſumptus* dicitur, *& viſcera ſua egeſſiſſe, atq. mortuus, infirmitate peſſima*; 2. Reg. 21. Forte per eoſdem partim *extincti*, partim *afflicti*, de quibus Apoſtolus apud Corinthios, 1. Corinh. 11. *Idcirco inter vos multi infirmi, & imbecilles; & dormiunt multi*; quia non probati dominicam menſam accedebant; Forte per eoſdem *percuſſi* Ananias & Saphira, qui ante Apoſtolorum Principis pedes, ad grauem ipſius, ſed iuſtam reprehenſionem corruerunt. 31.

Sed quicquid de his ſit, profecto multis modis conuenit; vt hoc officium à bonis Spiritibus transferamus ad *Spiritus nequam*, quod ſequentibus docemus; & quidem *rationibus*, quas partim ſuggerit *diuina prouidentia*: partim *conditio* tam bonorum, quam malorum Spirituum, de quibus eſt quæſtio: partim *peccata*, quæ vindicantur, & *homines*, de quibus ſupplicia ſumuntur. 32.

Ordo atque diſpoſitio Reipub. quæ apud nos eſt, ex illa, cuius inter Angelos caput eſt *Deus*, deſumpta eſſe videtur; aut certe cum illa magnã affinitatem habere. At in Repub. bene cõſtituta, quemadmodum digniora officia dignioribus atq; excellentioribus demandantur; ita ſordida indignioribus, & inferioribus relinquuntur; atq; inter alia illud, quo de malefactoribus ſupplicia ſumũtur. Ex vltimo hominũ genere, & fere ſunt, qui poſtremi iuſtitiæ ſunt 34.

Digitized by Google

executores, non alio, quam perditorum atque infamium, loco habentur. Itaq; & Deus iuſtiſſimus Iudex, & ſcelerum vltor, vltimis ſuis miniſtris relinquet; vt quãdo de reprobis ſumpturus eſt iuſtas pœnas; ſumant eaſdem non excellentes illi beatiq; ſpiritus, qui vident ſine intermiſſione cœleſtis Patris faciẽ; ſed infames, qui diuino cõſpectu, atq; adeo bonorũ ſocietate & conſortio ſunt indigni.

34. Confirmat hoc vaſorum, quæ in vna aliqua ampla domo ſunt (vt eſt Dei) diuerſitas. Sicut enim *quædam aurea ſunt atque argentea; quædam lignea & fictilia*: item *quædam in honorem*; *quædam in contumeliam*, vt ait Apoſtolus, 2. Timoth. 2. ita ex miniſtris Dei, qui cum his vaſis conferri poſſunt, *boni* argenteis atque aureis comparantur; *mali* ligneis: Et illi dici poſſunt *facti in honorem*; quod diuina viſione perfruantur, Deoque operas ſuas locent in hominum ſalute promouenda, & procuranda: hi dici *facti in contumeliam*, quod ad hominum peccata vindicanda aſſumantur, tanquam diuinæ iuſtiæ lictores.

35. Et proborum Angelorũ hoc vel vnicum eſt ſtudium, quod apud mortales exercent; hominum ſalutem propagare. *Adminiſtratorij*, inquit Apoſtolus, ad Hebr. 1. *ſunt ſpiritus; in miniſterium miſſi, propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis*. Quid vero ad ſalutem hæc, quæ de improbis ſumuntur, ſupplicia? puniuntur miſeri, & ſupplicijs ſubijciuntur plerunque, quia nulla ipſis eſt ſpes ſalutis reliqua: & quia digni, qui à temporalibus ſic ad æterna ſupplicia transeant.

36. Non ſumit DEVS ſupplicia de peccatis hominum per *bonos* Angelos, in Purgatorio. Non ſumet ſupplicia de peccatis hominum per *bonos* Angelos, in Inferno. Vtrumque docent Theologi. Non igitur per eoſdem illa ſumet in præſenti hac & mortali vita. Cur enim in hac, non in illa?

37. Atq; hinc pro *Dæmonibus* magnum argumentum ſumitur: quod eadem relinquantur Dæmonibus exigenda, ſi quando illa DEVS de mortalib9 volet ſumere. Quamuis enim in purgatorio *peccata* per Dæmones non vindicentur; nec vlla ipſi purgandis animabus tormenta afferant; tortores tamen ſunt miſerorum in inferno, vſque ad iudicij extremum diem: vt ob id credi poſſit per eoſdem in hac vita ſupplicia ſumi, quia in futura ſumunt; quemadmodum collegimus ſuperius in hac vita per *bonos* non ſumi, quia in futura vita nulla ipſi de mortalibus ſumunt.

38. Profecto, ſicuti Spirituum bonorum finis eſt noſtra ſalus; ita peruerſorum noſtra miſeria atque calamitas. Atque vt ex bonorũ fine,

Digitized by Google

fine,illa ipſis credimus,officia conuenire,quibus ſalus hominũ promouetur;ita ex malorum fine,illa ipſis,quibus funera,cædes, nex, atque alia detrimenta afferuntur.

39. Præterea,non leuia eſſe peccata,quæ Deus in hac vita, his horrendis modis vindicare ſolet;Res ex iis clara eſt, quæ aliquando diuinitus ſunt vindicata. Conuenit ergo grauius vindicentur. Iam vero ad grauitatem ſupplicij,haud dubium,magis facit *Dæmonum* carnificina:quam à bonis Angelis allata ſupplicia.

40. Et *perditiſsimi* ſunt plerunque,quorum hîc peccata vindicantur, qui maiorem cum Dæmonibus,quam bonis Angelis habuerunt ſocietatem;quique Dæmones potius,quam bonos Angelos ſecuti ſunt magiſtros. experiátur igitur ſupplicia,nõ quæ boni,ſed mali Angeli afferunt;vt ab iis corrigantur,quos habuerunt magiſtros & duces.

41. Ad dicta accedit,quod non omnino videntur concludere,quæ pro bonis Spiritibus principio huius capitis ſunt allata. Profertur Auguſtinus;ſed Auguſtino Auguſtinum opponimus,atque Hieronymum & Clementem. Proferuntur rationes:ſed forte non minus probabiles ſunt,quæ contrarium ſuadent,& à nobis iam ſunt allatæ. Proferuntur Scripturæ.Et hæ contrarium inſinuant. Forte exempla vrgent:illa *igitur diſcutiamus.*

42. Adducuntur igitur *bonorum Angelorum* nomine, quos hoſpitio exceperunt Abraham,atque Loth;qui Sodomitas dicuntur deleuiſſe,Theſ.8.Bonos illos fuiſſe,quos Abraham atque Loth exceperunt,non negatur: ſed vtrum iidem *per ſe* Sodomitas deleuerint; quæri poteſt.Quid ſi iidem illi boni Angeli, per alios (*malos*) hanc vaſtitatẽ procurarint?Certe Scriptura hoc inſinuat, vel non damnat.Sic enim loquitur,textu 14.cap.19.*delebit Dominus ciuitatem hãc.* Idem haud obſcurè indicat Moyſes,textu 24.his verbis.*igitur pluit ſuper Sodomam,& Gomorram,ſulphur & ignem à Domino de cælo:& ſubuertit ciuitates has,& omnem circa regionem.* Sic de eadem vaſtitate apud Iſaiam,cap.13.*Sicut ſubuertit Dominus Sodomam & Gomorrham.* De eadem eodem modo,Deut.29 & Hiere.50.ſcilicet,quod *Dominus* illas ſubuerterit. Quocirca *Dominus* dici poſſet ciuitates has deleuiſſe,atq; ſubuertiſſe,quomodo deleuit primogenita Aegypti,quæ non ipſe *per ſe*,aut etiam,per *bonos Angelos*,ſed per *vaſtatores*,id eſt, *malos Angelos* ſuſtulit.

43. Proferuntur etiam ſeptuaginta millia virorum,quos peſtis ſuſtulit,2.Regũ.24.Sed & hic per eandẽ viam incedere. Dici poteſt,

eſt, quod *Dominus* eoſdem ſuſtulerit è medo. Ita enim text. 15. cap. 24. libro 2. *Immiſit Dominus peſtilentiam in Iſael, de mane vſque ad conſtitutum tempus: & mortui ſunt ex populo à Dan vſque Berſabee ſeptuaginta millia virorum.* Et forte idem ſpiritus, qui pœnas ſumpſit, ille fuit, qui autor fuit culpæ Regi. At is Satan fuit; non bonus, ſed malus ſpiritus. Ita enim 1. Parali. 21. *Conſurrexit Satan contra Iſrael, & incitauit Dauid, vt numeraret Iſrael.*

44. Proferuntur præterea duo ſenes, de quibus Daniel, quod *Angelus ſteterit, qui ſecet eos.* Verum hi ad propoſitum non faciunt, quoniam non per Angelos; ſed per populum illi deleti ſunt. *Exclamauit* .n. dicitur Danielis 13 *omnis cœtus*, poſt detectum mendacium, & reprehenſam calumniam *voce magna, & benedixerunt Deum, qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos presbyteros feceruntq; ijs, ſicut male egerant aduerſus proximum, vt facerent ſecundum legem Moyſi; & interfecerunt eos. Angelus* igitur *ſtare ad interficiendum eos* dicitur, quia diuino oraculo, quod per Angelos reuelatum Danieli, rei inuenti ſunt,, qui interficerentur.

45. Profertur quarto loco Herodes: & hic per *Angelum Domini* percuſſus dicitur: quia diuina vltio ſuperbum ſecuta eſt. Malum vero & mortem, opera Diaboli potius, quam boni Angeli allatam eſſe facilè credet, qui Ioſephum legerit. lib. 19. Antiq. c. 7. vbi ſic de Herode. *Cum peruenit in vrbem Cæſaream, ſolemnes ludos celebrauit pro ſalute Cæſaris, ad quam feſtiuitatem magna multitudo nobilium ac procerum conuenerat ex prouincia tota. Eius celebritatis die ſecunda proceſſit mane in theatrum, amictus veſte, tota ex argento mirabili opere contexta, quæ radiis orientis ſolis percuſſa, & diuinum quendam fulgorem emittens, venerationē cum honore incutiebat ſpectantibus: moxq; adulatores pernicioſi alij aliunde acclamantes, Deum conſalatabant: rogantes: vt faueret propitius: hactenus enim vt hominem reueritos, nunc agnoſcere & fateri, in eo quiddam mortali natura excellentius. Hanc impiā adulationē nec ille caſtigauit, nec repulit: pauloq; ſuſpiciens, vidit ſupra caput ſuum bubonem funi extenſo inſidentem: moxq; vt ſenſit hunc eſſe calamitatis nuncium, qui olim felicitatis fuerat, ex intimis præcordiis indoluit. ſecuta ſunt. ventris tormina ſtatim à principio vehementia, & fatali neceſſitate vitam relinquere coactus eſt.*

46. Profertur Theſi 12. Heliodorus, *cui calces priores illiſit equus terribilem habens ſeſſorem. & quem duo iuuenes, virtute decori, & ſpecioſi amictu, optimiq; gloria, multis plagis verberarunt.* Sed quis hic definiet, boniue, an mali Angeli hic fuerint? nō multū vrget ſplendor & decor: quoniā etiā Angeli Satanæ transfigurant ſe in Angelos lucis. 2. Cor. 11.

Pro-

Profertur deniq; Elymas, quem *manus Domini dicitur tetigiſſe* Ve- 47.
rum *manu Domini tangi* dicuntur, qui per malos Spiritus vexantur. Ita enim Diabolus ad Deum, cum in Iob ipſe deſideraret ſæuire: *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta, quæ poſſidet*; c. 1. Et rurſus cap. 2. *Mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem.* Et Iob ipſe, eodem ca. de *manu Dei* dicit, ſe ſuſcepiſſe, quæ patiebatur mala, per Dæmonem allata. Et c. 19. *Miſeremini*, inquit, *mei, miſeremini mei, ſaltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* De *manu Domini* ſunt bona, quæ immittit: de *manu Domini* mala, quæ vel immittit vel etiam permittit; per quoſcunque etiam illa afferantur vel infligantur.

Vrgebatur autem Theſi 14. & ſequentibus, illud maximè, quod 48.
Angeli & *Angeli Dei* vel *Domini*, dicantur ſupplicia ſumpſiſſe de reprobis; *Angeli* vero ſimpliciter, vel *Angeli Dei* aut *Domini* non niſi *bonos* ſignificent. Sumpſiſſe hos ſupplicia de peccatoribus clarũ eſt. Conſtat quoq; ſæpiſsime *bonos* ſignificare: at quod *ſemper*, neſcio, vtrum bene dicatur. Nam primo *Angeli Domini* dicuntur quoſdam, in Scriptura ad maledicendum adhortari; quod impiorum & malorum, non bonorum eſt Angelorum. Et prius illud eſt certum. Quia Angelus Domini dicitur, qui (vt Debora cecinit, Iudic. 5.) præcepit maledicendum terræ Meroz? *Maledicite*, dicitur; *terra Meroz, dixit Angelus Domini: maledicite habitatoribus eius; quia non venerunt ad auxilium Domini.* Quod vero à probris hoc ſit alienũ; docet ſuo exemplo *Michael Archangelus*; qui vt B. Iudas loquitur, *cum Diabolo diſputans, cum altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus iudiciũ inferre blaſphemiæ; ſed dixit: Imperet tibi Dominus.*

Sic neque omnino certum eſt, quod dictio *Angeli*, abſoluta pro- 49.
lata *bonum* ſignificet, *Angelos* nos iudicaturos dicit Apoſtolus, 1. Corinth. 6. *Neſcitis*, inquit, *quoniam Angelos iudicabimus?* An forte *bonos*, qui de ſalute ſua ſunt certiſsimi? & cum CHRISTO venturi non iudicandi, ſed iudicaturi? Idem Apoſtolus dicit, quoſdam *ſpectaculũ factos & mundo, & Angelis*; an bonis? 1. Corinth 4. Sic qui Apocal. 7. prohibentur nocere terræ & mari, & arboribus, *Angeli* dicuntur ſimpliciter: & tamen non Angeli boni, ſed mali fuerunt, quemadmodum in dictum locum commentatores. Et qui 3. Regum cap. 22. ſe obtulit, vt deciperet Achab Regem Iſrael, *Spiritus*, ſimpliciter dicitur: nec tamen dubium vllum, quin *malus* fuerit, quia idem profitetur, ſe futurum *Spiritum mendacem, in ore omnium Prophetarum*

50. Præterea, quid ſi & *malos* Spiritus dicamus bene poſſe dici *Domini*, vel *Dei Spiritus*: Propterea quod omnia omnino *Dei* eſſe dicantur, & *Dei* ſunt. Neque enim malè dixerit Dominus; Mea ſunt omnia ſicut Pſa. 49 dixit: *Mea ſunt omnes feræ ſyluarũ, &c.* Igitur & Dæmones *Dei* dici poſſent; quia à Deo creati; quia Dei opus; quia Deo ſeruiũt.

51. Vrgebatur & illud, Theſi 21. quod fruſtra cum dictione *Angelus* poneretur hæc, vel *nequam*, vel *malus*; niſi abſolute poſitum non ẽ bonum ſignificaret. At ſi hoc verum, quid opus eſt, vt cum eodem nomine *Angelus*, in Scriptura ponatur *bonus*? *ſanctus*? Et 2 Machab. 11. Machabæus pugnaturus contra hoſtes populi Iudæorum, Dominum rogauit, *vt bonum Angelum mitteret ad ſalutẽ Iſrael.* Eodem modo, 2. Machab. c. 15. bonum precatur, *Tu Domine*, inquit, *qui miſiſti Angelum tuum, ſub Ezechia Rege Iuda, & interfeciſti de caſtris Sennacherib centum octoginta quinq; millia: & tunc dominator cælorum mitte Angelum tuũ bonum, ante nos, in timore & tremore magnitudinis brachij tui.* Sic Tobiæ 10. optat Tobias ſenior, vt *Angelus Dei ſanctus ſit in itinere cum filio, & ſocio Angelus*, inquit, *Domini ſanctus, ſit in itinere veſtro, perducatq; vos incolumes.* & Marci 8. ſic Dominus. *Qui me confeſſus fuerit, & verba mea, in generatione iſta adultera, & peccatrice: & filius hominis confitebitur eum, cum venerit in gloria Patris ſui, cum ſanctis Angelis.* Ex quibus concludi videtur parum facere pro *bonis Angelis*, quod dictio, *malus*, aliquãdo dictioni, *Angelus*, adijciatur, vt malus eſſe cognoſcatur, cuius mentio fit. Imo potius dicendum nomen, Angelus, *abſolute* poſitum indifferens eſſe ad *malum*, vel *bonum*; quod quando hic aut ille ſignificetur, *malus* apponatur, aut *bonus*.

52. Atque hæc in vtramque partem ſint dicta. Forte non errauerit, qui dixerit, neces, mortes & quæcunque aduerſa per Angelos legũtur allata, quomodocunque etiam Angeli in Scriptura vocentur, *per malos Spiritus; & non per bonos immediate, allata eſſe.* Bonis autem illa quandoque tribui, quod ipſi ex Dei voluntate peruerſis imperent; peruerſi deinde illa exequantur, tanquam proprij & immediati diuinæ iuſtitiæ miniſtri, in præſenti hoc ſæculo.

53. Atq; ita fieri, vt eadem miniſteria & *bonis* bene tribuantur, & *malis*, atque adeo Deo ipſi. Deo, ex cuius authoritate mandantur; *Angelis bonis*, per quos diuina ſententia Dæmonibus lictoribus innoteſcit, quiq; eandem fieri imperant; *Dæmonibus*, per quos ſupplicia ſumuntur de peccatoribus. Sic ver. 9. eadem Ægyptiorum vaſtitas *Deo* tribuitur Exod. 12 & *Angelis* malis, *Pſal.* 77 & *bonis* quoque, vt per quos diuina mandata ad malos Spiritus perueniunt.

Neque

Neque enim neceſſe eſt idcirco bonos Angelos *proximos* atq; im- 54.
mediatos authores atque ſuppliciorum exactores dicamus, quod
per illos dicantur allata. Multa multis tribuimus, quæ non ipſi, ſed
illorum miniſtri, ipſis tamen imperantibus ſunt executi. *Flagellauit*
& apprehēdit Ieſum Pilatus, inquit ſanctus Ioānnes capite decimono-
no, veruntamen non per ſe, ſed ſuos. *Decollauit Ioannem Herodes*, dici-
tur Matth. 14. veruntamē per miniſtros ſuos, non per ſe. *Tres adhuc*
dies ſunt, dicebat Ioſeph magiſtro piſtorum, Geneſ. 40. *poſt quos au-*
feret Pharao caput tuum, & ſuſpendet te in cruce: An per ſe Pharao? Et de
Pharaone, qui tempore Salomonis præfuit Aegypto, dicitur 3 Reg.
9. *quod aſcenderit & ceperit Gazer, ſuccenderitq́ eam igni, & Chananæum*
qui habitabat in ciuitate, interfecerit: quis verò dubitat, quin per ſuos,
non ſe? Eodem modo dici poteſt, & bene, & vere, per bonos Ange-
los, nex, mors, crux allata, quamuis non *immediate* per ipſos, ſed per
ſubiectos ipſis malos ſpiritus ſint *immediate* allata.

Hocq; facilius ſibi perſuaderi patietur, qui meminiſſe velit, ad 55.
eam conditionem *malos ſpiritus*, peccato ſuo, perueniſſe; vt quam
uis naturæ dignitate plurimi ipſorum, plurimis bonis Angelis præ-
ſtent, omnes tamen omnibus bonis Angelis iam ſint inferiores, iiſ-
que neceſſe habeant parere, & mandata exequi, quemadmodum
bene poſt S. Auguſtinum S. Thom. in 1. part. quæſt. 109. arti. 4. ver-
ba Auguſtini hæc ſunt, l. 3. de Trinitate ca. 4. *Spiritus vitæ deſertor atq́,*
peccator, regitur per ſpiritum vitæ rationalem, pium & iuſtum, Thomas ve-
ro in ſolutione ad tertium, ita pulchrè, *Angelus*, inquit, *inferior ordine*
naturæ præeſt Dæmonibus, quamuis ſuperioribus ordine naturæ: quia virtus
diuinæ iuſtitiæ, cui inhærent boni Angeli, potior eſt, quam virtus naturalis An-
gelorum Vnde & apud homines ſpiritualis diiudicat omnia, vt dicitur 1. Co-
rinth. 2 & Philoſophus, dicit in lib. 3. Ethicorum cap. 4. quod virtuoſus eſt re-
gula, & menſura omnium actuum. Ita Thomas.

Sed tamen quanquam vtraque ſententia probabilis ſit, ſi tamen 56.
ad alteram accedendum eſſet, illa magis ad ſe inuitaret, qua etiam
per bonos ſpiritus immediate mala afferri, & ſupplicia de malis ſu-
mi, docetur: propterea quòd quæ ex Sacris Scripturis afferuntur præſi-
dia, non parum roboris habere videantur: & dubitare vix liceat, bo-
nos fuiſſe, qui flagellarunt Heliodorum, 2. Mach. 3. veriſimile quo-
que admodum ſit, quoties Scripturæ vel *Angelorum*, vel Dei atque
Dominini Angelorum meminerunt, *bonos*, non malos intelligi.

Nec quæ in contrarium ex iiſdem Scripturis proferuntur loca, 57.
fundamentum hoc ſubuertunt. Quoniam quamuis abſolute quan-

doque nomen *Angelus* ponatur, adiuncta tamen eidem, probant deſignari *malos*; quemadmodum, quod quidam Angeli dicuntur *iudicandi*, quod in bonos cõuenire non poteſt, quod alius eſſert ſe, vt ſit *ſpiritus mendax in ore Prophetarum*; Quod etiam à bonis eſt alienũ.

58. Quibus vero *Angelos ſanctos homines* Apoſtolus dicit *factos ſpectaculum*, non mali illi ſunt intelligendi, ſed boni, vt communior habet opinio. His enim *ſpectaculum* ſancti fiunt, dum Sanctorum vitam mirantur; & quaſi obſtupeſcunt in hominum mortalibus corporibus clarere vitam angelicam, niſi fortè hiperbolicós hoc dictum velis; quaſi ſignificarit Apoſtolus, ita ſanctos homines in hac vita tractari, vt ipſi etiam Angeli exiſtimari poſsint, ipſorum eſſe hoſtes atque aduerſarij. ſicut & dici poteſt, quod à Deo quaſi videantur deſerti

59. Reliqua, quæ pro *malis* afferuntur, difficultatem nõ habent, Nos ergo, vt ad noſtra reuertamur, id concluſum volumus, malè colligi, *malos ſpiritus* locare operam Deo, in Apparitionibus hiſce imaginarijs, ex *pœnis*, quæ vel hic denunciantur aliquando; vel aliquando ſumuntur de hominibus. Quoniam vt diximus, nec neceſſe eſt dicere, quod iidem Spiritus denuntient, & ſumant ſupplicia: nec quod *mali* ſemper ſint, qui ſumant. Nunc reliqua proſequamur.

CAPVT XIX.

Quorum ordinum Angeli ſint, qui Dei perſonam ſuſtinent in Apparitionibus tam imaginarijs, quam alijs.

1. Vniuerſos cœleſtes Angelicoſque Spiritus in duas claſſes diſtribuiſſe videtur Sanctiſs. Propheta Daniel, cap. 7. quoſdam .n. facit *Miniſtrantes*, Tertul in lib. contra Praxeã, vocat *Apparitores Dei*, quoſdam *Aßiſtentes*. Verba eius hæc ſunt. *Aſpiciebam donec Throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit. Veſtimentum eius candidum, quaſi nix: capilli capitis eius, quaſi lana munda. Thronus eius flammæ, ignis rota eius ignis accenſus fluuius igneus, rapidusq; egrediebatur à facie eius; Millia Millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aßiſtebant ei.*

2. Hoc cum ita ſit, quæſtio noſtra eſt; Ex qua claſſe ſint, qui Deo operam locãt in diuinis hiſce Apparitionib. adeoq; Dei hic perſoſonam ſuſtinent, atq; munere fungũtur. Atque hoc alterũ eorũ eſt, quod initio cap. 17. dicebamus definiendũ à nobis, quãquã nõ hoc tantum, ſed etiã, quorum ijdem Angeli ſint *Ordinum* atq; *Chororũ*

Et prius

Et prius illud difficultatem non habet magnam. Ipſa, quæ Angeli in his Apparitionibus ſuſtinent officia, produnt eos, non ad Aſſiſtentium, ſed Miniſtrantium claſſem pertinere, cum ad illam pertineant, quicunque in his rebus exterioribus occupantur, & nó in vna ſola Dei contemplatione conquieſcunt: vt in hac non ſolum ſunt, ſed exterius occupantur, qui in Apparitionibus diuinis deſeruiunt. 3.

Poſterius difficilius conſtituitur. Quorumnam ſcilicet Chororum atque *Ordinum* ſunt ijdem hîc Miniſtrantes Angeli. Neque enim omnino certum definitumque videtur, qui ex Ordinibus nouem inter *Miniſtrantes* ſint, qui *Aſſiſtentes*. Nam & ex ſupremis, quos inprimis dixeris *Aſſiſtentes*, quidam miniſtrare iudicari poſſunt ex eo; quod vnus de Seraphim miſſus legatur ad purganda labia Iſaiæ prophetæ. *Volauit*, inquit Iſaias, cap. 6. *ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua.* Quid, quod Apoſtolus *omnes* inter Miniſtrantes referat? *Nonne omnes ſunt adminiſtratorij Spiritus*, inquit, *in miniſterium miſſi, propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis?* 4.

Et inter *Apparitores*, vt loquitur Tertullianus, ſiue *Miniſtrantes* vtique ille habendus eſt, qui ad miniſtrandum Tobiæ Miſſus fuit: & tamen ipſe ſe inter *Aſſiſtentes* numerare videtur. Sic enim loquitur, Tob. 12. *Ego ſum Raphael Angelus, vnus ex ſeptem, qui aſtamus ante Deum.* Et quibus hominum cura & tutela commiſſa eſt, *Miniſtrantes* ſunt, & dicuntur. de quibus tamen Dominus, quod *videant faciem Patris, qui in cœlis eſt*, Matth. 18. quod *Aſſiſtentibus* conuenit. 5.

Veruntamen claſſes hæ confuſæ non ſunt. Non miniſtrant, qui aſſiſtunt; non aſſiſtunt, qui miniſtrant; *Apparitores* non ſunt *Aſſiſtentes*; *Aſſiſtentes* non ſunt *Apparitores* & miniſtri. Qui aſſiſtunt; ad nulla externa negotia mittuntur, hæc commendantur & expediuntur ab *Apparitoribus*. Omnino hoc indicauit Daniel, quando millia *Aſſiſtentium* diſtinguit à millibus *Miniſtrantium*.

Conſtituendum idcirco nobis initio eſt, qui ex nouem Ordinibus ad *Miniſtrantes* pertineant, quiué ad *Aſſiſtentes*, antequam doceamus, quorum ſint Ordinum, qui Deo in his Apparitionibus ſeruiunt. Qui igitur ad quas claſſes pertinent? Id tribus Aſſertis docemus. 6.

Primũ ſit: Inter *Miniſtrantes* ſiue *Apparitores* numerandos non eſſe *prima Hierarchia* Spiritus; Seraphin, ſcilicet, Cherubin, Thronos 7.

Digitized by Google

Hoc quemadmodum teſtantur, qui de cœleſtibus Spiritibus doctè accurateq; ſcripſerunt, Sancti viri: ita confirmant ipſa, quibus cōpellantur, quæque ipſorum cōditionem officiumq; explicant, nomina. Quocirca & Sacræ literæ, quotieſcunq; eorundē meminerūt, nullum ipſis officium tribuunt, quod vllem in his inferioribus occupationem redoleat.

Hinc eſt, quod qui ad Iſaiam volaſſe dicitur, quāuis *vnus eſſe* dica-
9 tur de *Seraphim*, & primæ hierarchiæ videatur eſſe; reuera tamē primæ hierchiæ nō ſit, reuera vnus de Seraphim non ſit. Fuit ex inferiori ordine aliquis: qui vel ab officio, quod labia prophetæ incēderet, hoc nomen (quaſi incidens) accepit; vel ſic dictus eſt, quod virtute atque nomine Angeli ſupremæ hierarchiæ, hic ſit functus, vt, poſt Dionyſium, c. 13 Cœleſt. Hier. habet S. Thom. q. 112. 2. 1. p.

10. Similiter, quod ab Apoſtolo *omnes* vocentur *Adminiſtratorij ſpiritus*, non ad omnes omnino Spiritus cœleſtes pertinet. Vnum ex omnibus ordinibus deſignat Apoſtolus, infimum inquam Angelorū. Hos ſolos, non omnes, *Adminiſtratorios ſpiritus* vocat, quemamodum bene S. Tho. ibid. in 1. p. Pererius tamen li. 8. in Danielem ad omnes omnino putat pertinere, quod *Adminiſtratorij* ſint Spiritus: non quod omnes per ſe expleant miniſteria, quæ ad electorum ſalutem pertinent; ſed quia Angelos, quorum intereſt eiuſmodi miniſteria exequi, docent & erudiunt, diuinaque mandata tradunt, ab ipſis conficienda: vt *Adminiſtratorij* Spiritus ſint omnes, vel mediatè, vel immediatè.

11. Alterum Aſſertum eſt: *Ad Miniſtrantium & Apparitorum* claſſem pertinere eos, qui ſunt *infima hierarchia*, principatus ſcilicet; Archāgelos, Angelos. Et hoc tradunt, qui plura de Cœleſtibus Spiritibus poſteritati tradiderunt: & confirmant, quæ ipſi ex officijs ſortita ſunt nomina. Siquidem poſtremi illi, quia diuina nuncia ferūt hominibus, *Angeli* vocantur. Medij, horum principes, quia inſigrioribus nunciis ſunt deputati, *Archangeli* Primi *principatus*, quia regnis & prouinciis præſunt.

12. Tres hi chori, quoniam ad *Miniſtrantium* claſſem pertinent, Deo nequaquā *aſſiſtere* dici debent: niſi improprie hoc nomen accipias, vt *Deo aſſiſtere* dicantur, quicunq; diuinam faciem contemplātur; quomodo B. Greg 2. Moral. cap. 3. docet aſſiſtere, atque videre faciem Patris, etiam eos, qui ad miniſterium exterius pro noſtra ſalute mittuntur. Atque ita locutus intelligi debet, qui B. Tobiæ dicebat *ſe vnum ex ſeptem eſſe, qui aſtant ante Deum.*

Tertium Aſſertum ſit; Qui *media ſunt hierarchia*, partim pertinere ad claſ-

ad claſſem Miniſtrantium, partim ad Aſſiſtentium. ad illā pertinēt Dominationes;ad hanc Virtutes atq; Poteſtates. Et hic nitimur authoritate Sapientiorum; & ratione, quam nomina,quibus Spiritus indigitantur ſuppeditat. Etenim *Virtutes* vocantur,qui miracula atque prodigia patrant. *Poteſtates*, qui plurimum pollent potentia, eademque in his inferioribus demonſtrant. quales ſunt qui cœlos mouent:& creduntur eſſe, qui Ægyptorum primogenita omnia, & centum octoginta quinque millia Aſſyriorum, vna nocte occiderunt. quæ quidem externa munia ſunt omnia. At *Dominationes*, quas inter *Aſſiſtentes* ponimus, nullum miniſterium immediatè exequuntur: ſolum vniuerſalem cognitionem prouidentiæ atq; gubernationis hominum habent,& quæ per inferiores Angelos agenda ſunt,ipſi quaſi diſponunt,& ordinant.

Ex dictis primū infertur,in *Aſſiſtentiū* Spirituū claſſe eſſe Ordines 14.
quatuor; Seraphim,Cherubim,Thronos atq; Dominationes. in Miniſtrantiū reliquos *quinq.*; Poteſtates, Virtutes,Principatus; Archāgelos, Angelos. Atque hoc poſt alios docet in Danielē l.8. Pererius.

Infertur ſecundò, *plures* Spiritus eſſe,qui Deo aſſiſtunt; quā qui 15.
eidem miniſtrant. quamuis enim,& horum incredibilis propemodum ſit numerus: maior tamen eſt multis modis eorū,qui aſſiſtūt; ex ſententia S.Thomæ maximè.qui poſt B. Dionyſium tanto numeroſiores arbitratur eſſe ordines, quanto ſunt ſuperiores. Contrarium tamen docet Rupertus li.Comment.in Daniel,cap.13. Sed cum Thoma atque Dionyſio etiā Tertullianus ſentit, qui,libro aduerſus Praxeam, *Apparitionum* ſiue *Miniſtrantium* Angelorū numerat millies centena millia, *Aſſiſtentium* verò millies centies centena millia. Atque hoc forſitan inſinuauit Daniel Propheta, ſecundum lectionem noſtram, quæ & Hieronymi eſt,& quam in numeris ſequuntur Iuſtinus in Dialogo cum Triphone habito,atq; Gregorius hom.34.in Euangelia.

Infertur quarto, facilè concludi, quo loco ſint habendi, quos vt 16.
præcipuos celebrat Eccleſia,Michael,Gabriel,& Raphael. Ad *Miniſtrantium* & *Apparitorum* claſſem pertinent: non *Aſſiſtentium*. Illa ipſa, quibus apud mortales perfuncti ſunt, & obierunt, hoc probant officia & munia.quamuis S.Bernardus Hom.1. de Annūciat. exiſtimet Gabrielem nō fuiſſe ex minoribus,& ijs, qui plerumque mitti ſolent,ſed maioribus & *Aſſiſtentibus*: qui etiam immediatè, (quod Miniſtrantibus non accidit) à Deo myſterium Incarnationis intellexerit.

Sunt

Digitized by Google

17. Sunt nihilominus non leuiter docti quidam, qui quamuis *Aſſiſtentibus* hæc apud mortales officia *ordinariè* non permittant: in grauibus tamen negotijs concedunt: ideoque Gabrielem ex *Aſsiſtentium* claſſe vnum exiſtimant; idcirco quod grauiſsimum beneficium vniuerſo hominum generi conferendum, ſcilicet dominicæ incarnationis, annunciarit. Imò ſunt, qui ex aſsiſtentium ordine non quemuis, ſed omnium velint eſſe ſupremum. hancque ob cauſam eundem credunt dictum *Archangelum* ab Irenæo, lib. 5 contra Hæreſ. ca. 25. *Angelorum principem*, ab Heſichio, hom. 2. de Deipara: *ſummum Angelorum*, à Gregorio, hom. 34. in Euang.

18. Verum quamuis DEVS legibus nullis alligatus ſit: & poſsit per quoſcunque Spiritus, quæcunque officia expedire. ideoque ex Aſſiſtentium numero etiam Gabrielem aliquem aſſumere; ordinis tamen eſt obſeruantiſsimus, & quem ſemel rebus indidit, non facile, niſi forſitan ita neceſsitas cogat, immutat: & bene etiam Dionyſius, li. Cœleſt. Hier. cap. 3 *non eſt alicui fas*, inquit, *operari, niſi quod officij ſui ſanxit diuina inſtitutio.*

19. Illud verò prorſus à vero eſt alienum, quod idem Gabriel omniũ ſupremus dicitur. Nam de Michaele, quod Gabrielem præcedat, dubitare vix licet. Hoc ſiquidẽ colligitur ex Danielis octauo: vbi ille Gabrielem illuminat: quod vtique ſuperioris eſt. Idẽ ibidem notauit Hieronymus: & clarius Rupertus lib. 5. in Apocalip. Pererius lib. 12. in Danielem docet, Theologorum ſententiam eſſe, eundem ex ſupremo ordine infimæ hierarchiæ, qui nominatur Principatus, eſſe, atque adeo primum illius Ordinis. Ad quos accedit conſenſus Eccleſiæ, quæ tam in officio S Michaelis, quàm quotidianis precibus & Litanijs, eundem alijs præfert. In Litanijs primum locum obtinet; in Officio S. Michaelis ſic legitur.

Collaudamus venerantes
Omnes cœli milites.
Sed præcipuè primatem
Cœleſtis exercitus
Michaelem in virtute
Conterentem Zabulum.

20. Hinc iam (vt ad noſtra redeamus) manifeſtum eſt, neceſſe non eſſe, vt ex *Aſsiſtentium* ordine aſſumamus Angelũ, qui DEI in diuinis Apparitionibus perſonam ſuſtineat. Quamuis enim non leuis res ſit DEI perſonam ſuſtinere; quia tamen in miſsionibus Angelorum, non tam ratio habetur aut rerum, quæ perficiuntur per

Ange-

Digitized by Google

Angelos; aut *perſonarum*, quæ exhibentur; quam conditionis ipſorum Angelorum; quæcunque in his inferioribus Angelorum opera adminiſtrantur, per *Apparitores*, ſiue *Miniſtrantes*, perfici credi debet, non *Aſſiſtentes*.

Confirmat hoc egregiè cuius mentionem iam fecimus, Gabriel. *Si* enim *rerum*, quarum nomine Angeli mittuntur, ratio habenda, & maiores ſuperioribus, ſiue *Aſſiſtentibus*; minores inferioribus, ſiue *Miniſtrantibus*, ommittuntur, procul dubio non idem fuiſſet, qui ſupremum Chriſtianæ Religionis Myſterium, Virgini Matri reuelauit Lucæ 1. cum illo, qui, eodem capite, Zachariæ ſignificauit futurum, vt filium acciperet in ſenectute. At vnum eundemque fuiſſe hic Gabrielem, non idem tantum nomen probat, verum etiam affirmant B. Hieronymus, in Danielem, cap. 8. Irenæus, lib. 5. contra Hæreſ. cap. 25. Ambroſ. ſerm. 63. Andræas Hieroſ. homil. de Annunt. 21.

Sic ſi *perſonarum* ratio habenda, quemadmodum alij eſſent, qui aliquem de communi plebe referrent: alij his longe ſuperiores, qui Reges & Principes vir...ita qui Deum, nullus dari poſſet, quod nō tanta diſtantia inter quoſcunque mortales, quanta inter Deum, atque mortalium omnium ſupremum. 22.

Conſtitutum igitur hoc ſit ex *Aſſiſtentium* Claſſe non eſſe Angelos, qui in diuinis *Apparitionibus* ſeruiunt. non eſſe *Seraphinos*, non Cherubinos, non Thronos, non Dominationes: Eſſe ex numero *Apparitorum*, & *Miniſtrantium*, vt diximus. Sed ex *quo horum Ordine*? 23. 24.

Difficilè eſt hoc conſtituere, tum quod varij ſint Apparitorum Ordines, tum quod quæ Deus munia, ſiue officia obiuit, ſi quando mortalibus apparuit, ad diuerſos pertinere videantur. cum nunc de leuibus rebus homines inſtruxerit, quod per Angelos debuiſſe fieri videtur; nunc de grauioribus, in quibus vtitur opera *Archangelorum*; nunc etiam excellentia quædam patrarit, vbi *aliorum ordinum Angeli* operam ſuam locare potuerunt.

Sed tamen quamuis difficilè ſit hic quidquam certi conſtituere, 25. tria tamen probabiliter dici videntur. *Primum* eſt eos, qui *media ſūt Hierarchia*, hic vel nonnūquam vel admodum raro Deo ſeruiuiſſe. Neque enim quidquam in omnibus propemodum diuinis *Apparitionibus* eſt obſeruare, ꝙ ita ad eos, qui ſecundæ ſunt hierarchiæ, pertinet, vt non potius per alios, quam ipſos perfici & adminiſtrari debeat. Miracula in quibus ſeruiunt Deo *Virtutes*, in *Apparitionibus* nulla patrata legimus, ad quæ Angelos concurriſſe dici po-

Digitized by Google

teſt. Sic eximium nullum atq; excellens opus perfectum, vbi Deo ſeruiſſe credi poſſent *Poteſtates*.

26. Vna *Fortaſſis* ex omnibus Apparitio *Poteſtatibus* tribui poſſet: illa videlicet, qua Deus Abrahamo apparuiſſe dicitur, in tribus viris, quorum duo Sodomam profecti, igne diuinitus miſſo, omnia deuaſtarunt. Siquidem opus hoc eiuſdem generis & conditionis videtur fuiſſe cum deuaſtatione *Aegyptica*, atque internecione centum octoginta quinque millium *Aſſyriorum*, qui in vna nocte ceciderunt: quæ vtraque *Poteſtatibus* aſſcribit in Danielem Pererius

27. libro duodecimo.

Secundum eſt, eos, qui ſunt *infima hierarchia*, vt plurimum Deo in Apparitionibus diuinis operam locaſſe. Colligitur hoc, primò quidem ex iam dictis, tum deinde ex iis, quæ in Apparitionibus vel perfecta ſunt, vel accidiſſe leguntur; quæ quidem talia fuerunt, vt per huius Ordinis ſpiritus optimè potuerũt perfici. Vel enim diuina nuncia hic innotuerunt: vel corpora quædam mouenda atq; componenda fuerunt, quibus ſe mortalibus Deus obiecit, quando cum iiſdem egit. Quid vero horum aut ab horum Spirituum officio eſt alienum, aut virtutem eorum, facultatemque excedit?

28. In corpora magna Spirituum cœleſtium, non ſuperiorum tantum Ordinum, verum etiã *inferiorum* eſt poteſtas. Quod à Theologis dici ſolet *ad nutum parere Angelicis Spiritibus materiam corporalē*, omnibus eſt commune. Sic Solertia eandem materiam ſuis vſibus accommodandi, nullis eſt negata. Quid in vtroque genere poſſint boni Spiritus, quod poſſunt peruerſi & nequam?

29. Nuncia verò mortalibus deferre tam iis naturale & proprium, quam aliud quidquid. Ab his nomina habent, quod Angeli atque Archangeli, illorum duo ordines dicantur. Atque horum præcipuam rationem in Diuinis Apparitionibus eſſe habitam, omnes propemodum Apparitiones confirmant, non hæ ſolum Imaginariæ, de quibus iam eſt noſtra diſputatio: verum etiam Intellectuales, de quibus in ſequentibus; & Oculares atque Vocales, de quibus in præcedentibus. Res quia clara eſt, probari pluribus non debet.

30. *Tertium* hinc facilè colligitur eorum, quæ dicenda: illud ſcilicet, vt plurimum *vltimæ huius Hierarchiæ* Spiritus fuiſſe, qui Deo hic ſeruierunt, *Angelos* inquam. Id ex nunciis & rebus, quæ mortalibus innotuerunt, coniicere licet. Siquidem pro rerum, ſiue nunciorũ grauitate ſunt Spiritus, qui nuncia deferunt, grauiora maioriſque momenti commendantur Archangelis; communia, aut minoris momen-

momenti Angelis. At pleraq; quæ Deus apparens reuelauit communia minorisque momenti fuerunt, admodum pauca maioris. Et hæc intelliget, qui & Apparitionum genera, & in singulis generibus singulas species voluerit percurrere.

CAPVT XX.

De terrore atq; trepidatione, languore item animi & ſtupore, qui mortalibus ſæpe in Apparitionibus, nunc Imaginarijs, nunc alijs, allatus eſt. Oſtenditur quod non omnibus communis fuerit.

VARIOS effectus Apparitiones Dei, partim Imaginariæ, 1.
partim aliæ, apud mortales habuerunt. Intelligit hoc, qui
ſingulas, tam has quam illas ſecum repetiuerit, & diſcuſ-
ſerit. *Vnus* verò, nobis eſt examinandus, qui plus difficul-
tatis habet. Hic eſt *terror, trepidatio, & languor animi*, qui ſæpe in Mor-
talibus, quibus Reuelationes factæ ſunt, eſt obſeruatus.

De hoc vero *duo* quæri poſſunt. Vnum eſt: Vtrum *omnes*, quibus 2.
Diuinæ Apparitiones factæ, tremor, ſiue animi languor occuparit:
quod præſenti Capite examinabitur. Alterum, Quæ *cauſæ* horum
affectuum: quod Cap. ſequenti. Nam quod hîc conſtituimus, tan-
quam horum fundamentum, in dubium venire non poteſt, *fuiſſe*,
ſc. *quos hi affectus inuaſerint*. Exempla plurima ſuppeditât Scripturę.

Et primo primum parentem offerre videntur. hic cum vocem 3.
Dei loquentis in paradiſo audiſſet, ad auram, poſt meridiem; pri-
mum abſcondit ſe à facie Domini. Deinde, vbi compulſus compa-
rere coram Domino; fugam ſuam his verbis, terrore plenis, excu-
ſat. *Vocem tuam*, inquit, *Domine audiui in paradiſo, & timui, eò quod nu-
dus eſſem, & abſcondi me.*

Geneſis decimoquinto Capite, factus dicitur ſermo Domini ad 4.
Abraham: & facta ipſi promiſſio, quod DEVS *futurus ipſius protector,
& merces magna nimis*: verum, quod non ſine terrore Abrahami, in-
de colligitur; quod iubeatur nô timere. Sic enim, ad ipſum loquês,
Deus: *Noli timere Abraham.* (quod dicitur) depone, quê concepiſti,
timorem. Eodem Capite, poſtquam Deus promiſſionem ſuam vel
let confirmare: iuſsiſſetque vaccam triennem, & capram trinam, &
arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam diuidi;
per quę ipſe eſſet tranſiturus, dicitur Domino loquente *horror ma-
gnus, & tenebricoſus* inuaſiſſe Abrahamum.

Abrahami ancillæ Agar duplex Apparitio facta. vna Ocularis, 5.

altera Auricularis, ſiue Vocalis. Illa territa non eſt, quemadmodū conſtans eius, & promptus ſermo declarat: in hac turbatam fuiſſe, oratio Angeli, qui audiebatur, non autem videbatur, probat. Ita enim ad eam Angelus de cœlo: *Quid agis Agar?* & mox, quaſi territam volēs ſibi præſentem eſſe, ſubiungit: *Noli timere. Exaudiuit enim Deus vocem pueri, de loco, in quo eſt.* Vide cap. 21. Geneſ.

6. Vidit aliquando Iacob in ſomnis ſcalam: & Dominum eidem innixū: Angelos verò Domini aſcendentes & deſcendentes. Audiuit quoque illud: *Ego ſum Dominus Deus Abraham, patris tui: & Deus Iſaac, Terram in qua dormis, tibi dabo in ſemini eius*; & excitatus à ſomno, dicitur *pauiſſe*, & dixiſſe; *Quam terribilis eſt locus iſte. Non eſt hîc aliud, niſi domus Dei.* Geneſ. 28.

7. De Iſraelitis, à quibus vox Domini loquentis audiebatur, Exod. 20. dicitur, quod *territi, & pauore concuſſi* ſteterūt procul, dicentes: *Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis Dominus; ne fortè moriamur.*

8. Gedeon, Iudicum 5, poſtquam ſacrificium Domino, qui apparuerat, obtuliſſet, & didiciſſet ipſo eius diſceſſu Angelum fuiſſe, quo cum locutus erat, *Heu mi Domine Deus*, inquit, *quia vidi Angelum Domini, facie ad faciem. Dixitq́ue ei Dominus: pax tecum. Ne timeas: non morieris.*

9. Obtulit & ſacrificium Domino (ſiue Angelo, in perſona Domini) Manue, Iudicum 13. cumq́ue aſcenderet flamma altaris in cœlum, Angelus Domini pariter in flamma aſcendit: quod cum vidiſſet Manue, & vxor eius; *proni ceciderunt*, dicitur ibidem, *in terram*: & vltra non apparuit Angelus Domini; moxq́ue Manue ad vxorē ſuam, *Morte*, inquit, *moriemur, quia vidimus Dominum*. Cui reſpondit mulier: *Si Dominus nos vellet occidere, de manibus noſtris holocauſtū, & libamenta non ſuſcepiſſet, nec oſtendiſſet nobis hæc omnia, neque ea quæ ſunt futura, dixiſſet.*

10. Danieli Prophetæ quoque, ex Apparitionibus, & Reuelationibus Angelorum ingens ſæpius accidit terror, & animi deliquium. Capite ſeptimo, poſt admirandum viſum, in quiete, diuinitus obiectum, de quatuor principalium mundi Regnorum, ſub imagine quatuor animalium, ortu & progreſſu; de regno item Chriſti æterno; de extremo iudicio &c. *horruit*, inquit ipſe, *ſpiritus meus: & ego Daniel territus ſum in his: & viſiones capitis mei conturbauerunt me.* Idem Daniel, cap. 8. cum aſſiſtentem ſibi videret Angelum; *Pauens*, inquit, *corrui in faciem meā*: & paulo poſt, *Cum loqueretur*, inquit, *ad me, collapſus*

collapſus ſum,pronus in terram. In extrema eiuſdem Capitis parte ſic dicitur. *Ego Daniel langui,& ægrotaui per tot dies; & ſtupebam de viſione.* Porro Capite 10. vbi Gabriel admirabili ipſi viſus fuit ſpecie,& de rebus grauiſsimis, poſt 20 dierum orationem & ieiunium, eundē inſtruxit, ſic loquitur: *Non remanſit in me fortitudo,ſed ſpecies mea immutata eſt in me: nec habui quidquam virium*, & paulo poſt ad Angelū, *Domine*, inquit, *mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & facies mea immutata eſt in me; ſed & halitus meus intercluditur.*

Nec Ezechiel caruit his terroribus, quando Deus ipſi apparuit. 11. Ad primam enim illam horrendam viſionem, quæ poſt ventum turbinis viſus eſt ſibi videre quatuor animalia, plena oculis; quorum ſimilitudo erat leonis,hominis,bouis & aquilæ,dicitur,capite ſecundo prophetię eiuſdem,*quod ceciderit in faciem.* quod verò propemodum defecerit, probat vox ad ipſum facta, qua iubetur *ſtare ſuper pedes*. Ibidem dicitur, *ingreſſus eſſe in ipſum ſpiritus eius*, quaſi ante in viſione fuiſſet egreſſus.

Abacuc,capite tertio,idem de ſe confitetur,initio quidem capi- 12. tis his verbis: *Domine audiui auditionem tuam,& timui:* in fine vero ſequentibus: *Audiui & conturbatus eſt venter meus, à voce contremuerunt labia mea.Ingrediatur putredo in oſsibus meis, & ſubter me ſcateat, &c.*

Idem expertus Ieremias. Sic enim loquitur,cap.23 *Contritum eſt* 13. *cor meum: contremuerunt omnia oſſa mea,à facie Domini, à facie verborum ſanctorum eius.*

Pro eadem re ſic loquitur, apud Iob (capite quarto) Eliphas: 14. *Cum ſpiritus, me præſente, tranſiret, horruerunt pili mei capitis, & pauor terruit me, & tremor,& omnia oſſa mea perterrita ſunt ; & facies mea immutata eſt in me.* Idem Iob teſtatur,Deum ſolere homines per viſiones nocturnas terrere. ſic enim loquitur, cap. 7. *Terrebis me per ſomnia,& per viſiones horrore concuties.*

Nabuchodonoſor quoque bis in ſomno, diuinis apparitionibus 15. & viſionibus territus fuit: primum,*anno ſecundo regni eius*, inquit Daniel cap. 2. *vidit ſomnium,& territus eſt ſpiritus eius.* Deinde,cap.4. ipſe de ſe in hunc modum: *Ego Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo. Somnium vidi, quod perterruit me, & cogitationes meæ in ſtratu meo & viſiones capitis mei conturbauerunt me.*

Denique ad aſpectum & viſionem Spirituum, atq; Angelorum 16. homines timore concuti ſolitos docet oratio Eſther,ca.15. Hiſtor. eiuſdem. Cum enim ad regem ingreſſa vidiſſet ſolium regni,Regemque indutum veſtibus regijs, auroque fulgentem, & precioſis

 lapidi-

lapidibus terribilemq; aſpectu, *corruit, & in pallorē, colore mutato, ipſum ſuper ancillulam reclinauit caput.* Ad ſe autem reuerſa, ſic ad regē: *Vidi, inquit, te Domine, quaſi Angelum Dei, & conturbatum eſt cor meum, præ timore gloriæ tuæ: Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena eſt gratiarum. Cumq; loqueretur, rurſus corruit, & pene exanimata eſt.*

17. Si ad Noui hiſtorias licet tranſire, etiam noſtrum argumentum illæ confirmant. *Cum ſacerdotio,* inquit Sanctus Lucas capite primo, *fungeretur Zacharias, in ordine vicis ſuæ, ante Deum, ſecundum conſuetudinem ſacerdotij, ſorte exijt, vt incenſum poneret, ingreſſus in templum Domini, & omnis multitudo populi erat orans, foris hora incenſi. Apparuit autem illi Angelus Domini, ſtans à dextris altaris incenſi. Et Zacharias turbatus eſt, videns & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia* &c. ita Lucas.

18. Et cuſtodes ſepulchri Dominici, ſimul cum mulieribus, quæ ad vngendum Dominum venerant, viſione Angelica plurimum ſunt perterriti; ita vt etiam illi dicantur *facti, velut mortui,* cap. 28. Matth. *Erat autem aſpectus Angeli,* vt ibidem dicitur, *velut fulgur, veſtimentum autem eius velut nix.* Cum his coniungo Cornelium Centurionm cohortis, quę dicitur Italica *Hic vidit,* inquit Lucas Actorum decimo, *in viſu manifeſte Angelum Domini introeuntem ad ſe, & dicentem ſibi; Corneli At ille intuens eum, timore correptus, dixit: Quis es Domine?*

19. Sanctus Ioannes Euangeliſta, cum habuit viſionem Angelicam, mox corruit in terram, tanquam mortuus. *Vidi,* inquit Apoca. 1. *ſeptem candelabra aurea, & in media candelabrorum aureorum, ſimilem filio hominis, veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea &c. Et cum vidiſſem eum, cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus, & poſuit dextram ſuam, ſuper me dicens: Noli timere, &c.*

20. Quidam etiam huc referunt Virginem Matrem, quæ ad ſalutationē Angeli Gabrielis *turbata* dicitur: vnde & ad eandem Angelus: *Ne timeas Maria; inueniſti enim gratiam apud Deum.* Verum *turbata* hæc fuit; non, vt alij, *perturbati.* & *turbata* non ad *aſpectum* Angeli, ſed ad *inſolitā ſalutationē.* vnde de eadem B. Lucas, *Cogitabat,* inquit, *qualis eſſet iſta ſalutatio* Hinc eleganter Sanctus Bernardus Homil. 3 *Turbata eſt, ſed non perturbata turbata eſt, & non eſt locuta; ſed cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Quod turbata eſt, verecundia fuit virginalis: quod non perturbata, fortitudinis: quod tacuit & cogitauit prudentiæ.* Quamquam & ad aſpectum Angeli poſſit dici turbata; non quod Angelum conſpexerit tum primum, ſed quod ſub viſibili viri ſpecie conſpexerit tūc, cuius ante ſpirituali colloquio & aſpectu ſæpius fruita fuerat. Hoc

ſenſiſ-

Digitized by Google

ſenſiſſe videtur B. Ambroſ. vnde lib. 1 Offi. cap. 18. *Salutata*, inquit, *ab Angelo tacet: & mota eſt ad introitum eius, quia ad virilis ſexus ſpeciem peregrinam turbatur aſpectus Virginis*. Idem Hiero. ſenſiſſe epi. 7. ad Lętam, vbi ſic loquitur: *Ideo forſitan timore perterrita eſt; quia virum, quē non ſolebat, aſpexit*. Huic rationi fauet lectio græca, quæ habet verbū *vidiſſet*; vbi latina legit, *audiſſet*, ſcilicet, *Quæ cum vidiſſet, turbata eſt*. 21.

Et diuinitus de lapſa voce etiam quidam territi leguntur, in nouo teſtamento. Aſſumpſit aliquando Dominus Petrum & Iacobū, & Ioannem; duxitque eos in montem excelſum ſeorſum. Vbi cum Domino rapto in nubē, vox de nube audiretur, dicens: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacuit: audientes diſcipuli*, inquit S. Matt. c. 17. *ceciderunt in faciem ſuam & timuerunt valde*. Præterea cū B. Paul. ſpirans adhuc minarum & cædis, in diſcipulos Domine, pergeret Damaſcum, vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ieruſalem, audiuit diuinitus vocem dicentis: *Saule Saule, quid me perſequeris? Et tremens ac ſtupens*, inquit, S. Lucas, *dixit: Domine, quid me vis facere?* Sed & viri, qui comitabantur cū eo, *ſtabant*, dicitur ibidem cap. 9. Actu. *ſtupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes*.

Ex dictis conſtat, quod initio Capitis, fundamenti loco poſuimus, Diuinis Apparitionibus, atque Spirituum Viſionibus terrorem, ſtuporem atque trepidationem mortalibus incuti. Conſtat quoque nullum Diuinarum Apparitionum genus eſſe ex quatuor, quod non pro hoc argumento exempla ſuppeditet. *Oculari* ſiue Viſibili territi Gedeon, Iudicum quinto, Manue, Iudicum decimotertio; Zacharias, Lucæ primo; Mulieres, quæ ad vngendum Dominum venerunt, & Dominici ſepulchri cuſtodes, Matth. 28. *Vocali*, Adam, Geneſ. 3. Agar, Geneſ. 21. Iſraelitæ, Exodi 20. *Imaginaria*, Abraham, Gene. 15. Iacob, Geneſ. 28. Daniel atque Nabuchodonoſor, Daniel. 2. 4. 8. &c. *Intellectuali* Ezechiel, cap. 1. Ierem. cap. 23. aliique prophetarum permulti. 22.

Cæterum quamuis Eſther Regina (capite decimoquinto) ſignificet conſpectum atque conuerſationem Spirituum mortales terrere atque turbare: & terrere atque turbare pluribus exemplis, tam noui, quam veteris teſtamenti, oſtenſum ſit: non tamen exiſtimandum eſt ſemper, aut ad Angelorum, aut Dei etiam præſentiam terrorem allatum eſſe: aut omnes Dei Apparitiones mortalibus terribiles fuiſſe, quæ hoc Cap. ſunt demonſtranda. Demonſtrabimus verò breuiſſimè vtriuſque Teſtamenti exemplis. 23.

Primo.

24. Primos parentes ſæpiſſimè cum Deo egiſſe:ipſos Deum,nunc interius nunc exterius loquentem audiuiſſe;res eſt omnium opinione certiſſima:quod verò abſque vllo timore,aut trepidatione, vel etiam animi perturbatione,ſumma familiaritas,quæ ipſos inter,& Deum fuit,perſuadet.Idem confirmat illa ipſorum oratio, qua ad loquentis Dei vocem in fugam conuerſi leguntur,& timuiſſe.Neque enim fugæ ſuæ atque terroris cauſam in Deum conferūt; quaſi vel faciē,vel vocem loquentis nequiuerint ſuſtinere, ſed in ſuam nuditatem. *Timui enim*,inquit Adam,*eo,quod nudus eſſem,& abſcondi me.*

25. Eadem aut non multo minor fuit inter Deū,atq; Noe familiaritas;eadem libertas,quocirca & omnis ab eodem videtur affuiſſe trepidatio,quando cum Deo egit.Facilius hæc credet,qui attendet, quomodo eidem conſilium ſuum,de vniuerſo hominum genere tollendo Deus aperuit:modum conſtruendæ arcæ tradidit; mandata de animalium introductione,eorundemq; conſeruatione dedit:tandemque arcæ incluſit.

26. Abrahamo plurimas Apparitiones diuinitus factas eſſe docuimus lib.1.c.2.quod territus ſit,aut deliquium animi paſſus,non niſi de vna,aut altera poteſt affirmari,illis ſcilicet quæ Geneſ. 15. deſcribuntur;quamquam nec in his,ſi quis diligentius eaſdem excuſſerit,Dei aut vox aut conſpectus,quocunque modo etiam perceptus timorem eidem attulliſſe credi poſſet.Idem de Loth dicere poſſumus.

27. De ancilla Abrahæ,Agar videtur res clarior.Bis illa diuinam Reuelationem habuit; primo iuxta fontem aquæ,in ſolitudine, quæ eſt in via Sur,Geneſ 16.deinde in ſolitudine Berſabee,Gene. 21.In poſteriori,quamuis territa fuerit,quod Angeli vocem non coram,ſed de cælo loquentis audiuerit;in priori tamen, vbi Angelum coram conſpexit, nihil prorſus eſt mota, aut perturbata. Hoc ipſius promptus & conſtans ſermo oſtēdit.Interrogata enim, *vnde veniret,& quo fugeret*;*A facie Dominæ meæ*,inquit,*ego fugio.*

28. Et Moyſes ſæpiſſimè cum Domino egit,& Dominus ipſi locutus facie ad faciem,quomodo loqui cum alijs Prophetis Deus non ſolet:& quamuis etiam admirabiles ipſi Apparitiones factæ,voxque Dei nunc de cælo,nunc de nube,nunc de propitiatorio audiretur, nihil tamen commouebatur Moyſes. ſed neque in prima illa *magna*,vt vocatur,*viſione*, quando rubus ardens , in deſerto, viſus; vox item Dei de rubo audita, vox teſtificantis ſe Deum Abraham,Deum Iſaac,Deum Iacob,quando ad viſionem appropinquare pro-

re prohibitus eſt, niſi ſolutis calceamentis. Solum dicitur, *quod abſconderit faciem ſuam* (paratiſsimus audire vocem Dei) *eo quod non auderet aſpicere contra Dominum.*

Terribiles etiam fuerunt Apparitiones, quas expertus eſt Elias. 29.
Inter omnes illa præcipuè, quæ c. 19. li. 3. Reg deſcribitur, qua ſecūdò monetur ab Angelo, *ſurgere & comedere, quòd grandis ipſi via conſicienda eſſet.* Deinde vbi iter compleuit, interrogatur, *quid ageret, cū, qua latebat, ſpelunca,* iubeturque inde *egredi, & in monte præſtolari aduentum Domini:* Deniq; & Dominum tranſeuntē obſeruauit, & mādata ab eodem grauia, quæ exequeretur, accepit. Omnia verò ſine ipſius perturbatione ſunt peracta: ſolum legitur *vultū operuiſſe pallio.*

Ionas Propheta ſæpius loquētem Deum audiuit, tantumq; abeſt, 30.
vt ad ipſius vocem percullus ſit, vt cum eodē contendiſſe, & potius liberius locutus videri poſsit; arguiſſe etiam Dominū nimiæ clementiæ, iuſtamq; ſuam iram probaſſe. *Afflictus enim afflictione magna,* quando non vidit euerſam, quam euertendam expectabat, ciuitatem; *orauit ad Dominum inquiens: Numquid non hoc eſt verbum meum, cū adhuc eſſem in terra mea? Scio enim, quia tu Deus clemens, &c.* Cùm verò poſt percuſſam hederam, petiuit animæ ſuæ, vt moreretur, dixiſſetque illi Dominus: *Putaſne bene, iraſceris tu ſuper hedera?* Ille, *Bene,* inquit, *iraſcor ego, vſq; ad mortem.* hîc vbi trepidatio?

Plura exempla proferri poſſent: ſed pluribus opus non eſt. hæc 31.
abundè docent, non ſolùm in præſentia Domini, aut Angelorum, terrorem mortalibus neceſſariò afferri: verùm etiam *nullum genus* Apparitionum eſſe, in quo omnino oporteat timorem incuti. Nā neq; omnis *Viſibilis & Ocularis* terruit; vt probāt primi parētes. Neq; omnis Vocalis, vt probat Moyſes. Neq; omnis *Imaginaria;* vt probat Elias. Neq; omnis *Intellectualis;* vt probant plerique prophetarum.

Et hæc quidē ex veteri teſtamento petita ſunt exempla. Nouum 32.
quoq; hic exceptiones ſuggerit, & quidem in *omni genere* Apparitionum, vt vetus. In Apparitione *Viſibili* magnum exemplum eſt B. Virgo: quemadmodum ex ijs, quæ Theſi 20. dicta ſunt, haud obſcurè colligitur. Ad quæ accedit B. Hieronymus, Epiſt. 22. ad Euſtochium his verbis: *Quæ hominē formidabat, cum Angelo loquebatur intrepida.* Quod verò Ocularis Apparitio fuerit, docent Ambroſ. li. 1. Officio ca. 8. Origenes Homil. 4. in Lucam, Petrus Chryſolo. ſermone 140. Auguſtinus ſermone 14. de Natiuitate, &c. Cum B. Virgine coniunxero S. Petrum, de quo ſic Lucas Actuum Apoſt. c. 12. *Cùm producturus eſſet Petrum Herodes; in ipſa nocte erat Petrus dor-*

Digitized by Google

miens, inter duos milites, vinctus catenis duabus; & custodes ante oſtium cuſtodiebant carcerē. Et ecce Angelus Domini aſtitit, & lumen refulſit in habitaculo: percuſſoq; latere Petri, excitauit eum, dicens: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autē Angelus ad eum: Præcingere, & calcea te caligas tuas; Et fecit ſic. Et dixit illi; Circunda tibi veſtimentum tuū, & ſequere me. Et exiens ſequebatur eum: & neſciebat, quia verum eſt, quod fiebat per Angelum. exiſtimabat autem ſe viſum videre. Et quæ ſequuntur.

33. Sic nec ſemper *diuinitus audita vox* terruit. Quando enim coram conferta Iudæorum turba, atq; aliquot Gentilibus, Chriſtus mentem ad cœleſtem Patrem eleuabat, & orabat vt Pater nomen ſuum clarificaret, *vox de cœlo venit*, inquit S. Ioann. ca. 12. *dicens: Et clarificaui & clarificabo.* Quid vero? Terrore percuſſos nullos obſeruamus. *Turba ergo*, inquit Apoſtolus, *quæ ſtabat & audierat; dicebat tonitruum eſſe factum. Alij dicebant: Angelus illi locutus eſt*, &c. Idem de Ioanne Baptiſta ſuſpicari licet: ſcilicet, non commotum fuiſſe, quando Matt. 3. audiuit vocem de cœlo, dicentem: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacui.*

34. Nec in ſomnis factæ Reuelationes, ſiue Apparitiones, quas *Imaginarias* dicimus, ſemper terruerūt. Pluribus id exemplis doceri poteſt. nobis ſufficit Ioſeph ſponſus Virginis Matris, qui aliquoties ab Angelis admonitus; nec tamen vnquam territus legitur, vt patet Matth. 1. & 2. cap. Cui adiungimus tres Magos, qui ab Oriente venerunt cum muneribus, ad adorandum natum Iudæorum Regē; & D. Paulum, qui familiares admodum videtur habuiſſe viſiones Angelorum, nec tamen perturbatus, quemadmodum nec illi, quādo ab Angelo admoniti fuerunt; *vt per aliam viam redirent in regionem ſuam.*

35. Denique nec cum *Intellectualibus*, ſemper coniunctus fuit, in nouo teſtamento, terror. Actuum Apoſtolicorum docet hoc hiſtoria in Petro. *Super hunc enim cecidit mentis exceſſus*, dicitur cap. 10. *viditq; vas quoddam deſcendens de cœlo, velut linteum magnū, quatuor initijs ſubmitti de cœlo in terram; in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ & volatilia cœli. Et facta eſt vox ad eum: Surge Petre, occide, & manduca. Hoc autem factum eſt ter, &c.* Nihil autem commotum eſſe Petrū, ipſius oratio probat. Mox enim ad loquentem ſibi ait: *Abſit Domine, quia nunquam manducaui omne commune & immundum.*

CAPVT

CAPVT XXI.

Quæ cauſæ terroris, trepidationis atque ſtuporis, qui mortalibus allatus, in Diuinis Angelicisq; Apparitionibus; & cur quidam iiſdem territi non fuerint.

CAuſæ trepidationis, ſtuporis atque terroris, qui Mortalibus, in Diuinis Angeliciſque Apparitionibus, allatus eſt, hoc capite explicandæ ſunt, quod præcedenti promiſimus. Et aliæ quidem atque aliæ Apparitiones, alias atque alias cauſas habuerunt Pererius verò in Daniele, tres primas videtur aſſignare. Sic loquitur lib. 21. *Conſternationis*, inquit, *& terroris, qui ex diuiſionibus ſeruis Dei contigit, variæ ſunt cauſæ. Primus enim inuſitatus homini Angelorum aſpectus, præſertim, ſub ſpecie habituq; terribili, meritò terrorem homini incutit. Deinde ſolet idem accidere; cum in eius modi viſionibus denunciantur aliqua iis, quibus viſiones ſiunt, triſtiſſima & acerbiſſima. Adde quod ſic natura eſt comparatum, vt cum quis omnem vim mentis in contemplatione diuinarum rerum intendit atque defixit, pariter quodam modo remittantur & debilitentur inferiores vires hominis, corporali vitæ inſeruientes. Calore enim vitali, ad ſupremas mentis viſiones contracto, & ſanguine ad cor ipſum coacto, neceſſe eſt corpus frigeſcere, & vultum palleſcere; quin etiam nonnunquam & corporis languor, & debilitas, & grauis aliquis morbus contingit.* ita Pererius. 1.

☞ Hæc iam tria quæruntur vtiliter. Primum eſt, An *vera* hæ trepidationis, ſtuporis, atque timoris ſint cauſæ. Alterum, An hæ ſolæ ſint, vel præter has etiam aliæ. Tertium, Quomodo fiat; quod vbi harũ cauſarum nunc vna, nunc plures fuerint, in Diuinis Apparitionibus Angeliciſque viſionibus, nullus tamen aliquando, aut fuerit, aut obſeruatus fuerit, in quibuſdam terror & trepidatio. Hæc hoc capite definiamus. 2.

Quod ad primum attinet, non terroris tantum, ſtuporis & trepidationis, verum etiam deliquij atque languoris animi cauſas dare videtur Pererius: Et terroris quidem atque trepidationis illas duas priores; animi autẽ languoris atq; deliquij tertiã. Vtrũque vt breuiter, ita benedictum à Pererio. 3.

Et vt à poſteriori initium ſumamus; Contemplatione rerum diuinarũ animũ langueſcere, oſtẽdit ratione adiuncta, quia ſcil. accidit attẽtione, intẽtioneq; cogitationes ad res ſpirituales, vt, calor vitalis cõtrahãtur, ſanguis cogatur ad cor, ideoq; fit, vt exterius corp. frigeſcat, vultus palleſcat, morbi accedant. Hinc pulchre B. Greg. 4.

lib. 4. Moral. cap. 30. *Mens humana*, inquit, *dum occulta locutionis aſpiratione tangitur, à ſtatu ſuæ fortitudinis infirmata, ipſo quo abſorbetur deſiderio liquatur: & inde ſe apud ſemetipſam feſſam inuenit.*

5. Addere his, & in horum confirmationem poſſumus, non ſolum corpus aliquando frigeſcere, vultumque paleſcere, ſed mortem quoque mortalibus afferri poſſe, quemadmodũ & allatam eſſe ex ſimilibus cauſis docent exempla eorum, quorum quidam *mœrore*, alij *gaudio*, alij pudore extincti ſunt. Nos aliquot adijcimus.

6. *Mœrore* extinctus eſt Publius Rutilius: quoniam, vt habet Plinius lib. 7. cap. 36. mox vt intellexit fratrem in conſulatus petitione repulſam paſſum, expirauit. Heli quoque Iudæorum Pontifex & Iudex, vt ſacræ teſtantur literæ, 1. Reg. 4. accepto triſti nuncio de clade, qua Palæſtini hoſtes, capta arca, occiſiſque ipſius filijs Iudaicum exercitum affecerant, magno ſubitoque mœrore oppreſſus, cùm à regio ſolio ſupinus caderet, effracta ceruice ſtatim perijt. Sic triſtitia obiiſſe Ariſtotelem, quod phyſicam rationem, ob quam Euripus ſepties die ac nocte reciprocaret, aſſequi non valeret, ſcripſit Iuſtinus Martyr, in ſua Parænesi; & Nazianzenus, oratione prima in Iulianum.

7. *Præ gaudio* multos puſillanimes exſpiraſſe variis authorum monumentis eſt proditum. Hoc modo Polycritam, nobilem è Naxo inſula fœminam extinctam eſſe, refert Ariſtoteles. Poſtquam enim Diognito & Erichthonio perſuaſiſſet, vt Naxi obſidionem ſoluerẽt, ab exercitu in vrbẽ reuertens, vbi publico honore & lætitia excipitur, patriæque *Liberatrix* appellatur, repente mortua concidit. Diogoras item Rhodius, vt habet Gellius, lib. 3. cap. 15. qui tres filios adoleſcentes habuit; vnum pugilẽ, alterum pancratiaſtem, tertium luctatorem: eoſque omnes eodem Olympiæ die vincere & coronari vidit: cumque eum tres filij amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis ſuauiarentur, & cum populus gratulabundus flores vndique in eum iaceret, ibi in ſtadio inſpectante populo, in oculis & manibus filiorum animam efflauit.

8. Etiam literis mandatum, *pudore* quoſdam eſſe extinctos. Plinius namq; ſuperius citatus, Diodorum quendam Dialecticæ profeſſorem quod luſoriam quæſtionem, à Stilbone propoſitam non protinus diſſoluere potuerat, mortuum eſſe teſtatur. Simile quid Homero accidit. Nam cùm in Io inſula ad litus ſedens, piſcatores rogâſſet, num quid haberent, illi verò hoc ænigmate reſpondiſſent: *Quæcunq; cepimus, reliquimus: quæ non cepimus, habemus*: ſũmi ingenij vir, quod

quod horum dictorum perplexitatem explicare nequiret, pudore confectus diem obiit. Ita Plutarchus in vita Homeri.

Atque hæc quidem de *languore* animi. Terroris verò, ſtuporis, atque trepidationis duas cauſas aſsignat Pererius. Altera ex parte *perſone*, quæ apparet, ſumitur; altera ex parte *rei*, quæ in Apparitionibus reuelatur. Illa terret maximè, ſi ſub terribili ſpecie conſpiciatur: hæc, ſi triſtia atque acerba contineat. Et hoc bene à Pererio: nō ſolum, quia hic omnium ſenſus & conſenſus; verùm etiam quia expreſſa vtriuſque exempla ſuperius allata ſunt, & ratio nos, vt ita credamus, cogit. 9.

Terribili forma territus fuiſſe videtur Daniel. Sic enim loquitur cap. 10. ad Angelum: *Domine in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & facies mea mutata eſt in me.* Et ita omnino videtur ſe res habere, Terribilis enim Angeli fuit forma forma: *videbatur enim vir veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo & corpus eius quaſi cryſolithus: & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi eius, vt lampas ardens: & brachia eius & quæ deorſum ſunt vſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis: & vox ſermonum eius, & vox multitudinis.* Eadem forma terruit Ioannem Euāgeliſtā: *Vidi*, inquit, cap. 1 *ſept ē candelabra aurea: & in medio candelabrorum aureorum, ſimilem filio hominis, veſtitum podere; & præcinctum ad mamillas zona aurea. Caput autem, & capilli eius erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix: & oculi eius tanquam flamma ignis: & pedes eius ſimiles aurichalco, ſicut in camino ardenti: & vox eius tanquam vox aquarū multarum: & habebat in dextra eius ſtellas ſeptem: & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius, ſicut ſol lucet in virtute ſua.* 10.

Res triſtis atque acerba commouit Danielem, quando in viſione Capitis octaui, & noni, intellexit extremam & funeſtam calamitatem populo Hebræorum euenturam; vt qui ob peccata ſua regno & ſacerdotio in omne tempus eſſet priuandus, perpetuoque exilio, & miſerrima ſeruitute, per omnem terrarum orbem, mulctandus. Simile malum effecit, *vt conturbaretur venter* Abacuc, cap. 3. *vt contremuerint omnia oſſa Ieremiæ*, Ierem. 23. & in ſomno *perturbatus* dicitur Nabuchodonoſor, quia ad ſe pertinere ſuſpicabatur malum, quod ſomnianti occurrebat. Sic viſio dura facta eſt Iſaiæ cap. 21. & *Propterea*, inquit, *repleti ſunt lumbi mei dolore; anguſtia poſſedit me, ſicut anguſtia parturientis: corrui cùm audirem: conturbatus ſum, cùm viderem. Emarcuit cor meum; tenebræ ſtupefecerunt me.* 11.

Veruntamen non ſolæ iam aſſignatæ cauſæ terrorem attulerūt in Diuinis Angelicisque Apparitionibus. Atque hoc *ſecundo loco* dicit 12.

dictum probatur verò ſequentibus exemplis. Ad vocem loquẽtis Dei trepidauit Adam, vt dictum eſt Theſi 3. ſed tamen nondum adhuc terribilis Dei vultus, viſus, nec triſte adhuc nuncium allatũ. *Horror* magnus & tenebricoſus inuaſit Abrahamum, Geneſ. 15. ſed ad viſam, per ſomnium, vaccam, capram, arietem, turturẽ, columbam, diuiſas. Et Iacob Patriarcha pauit, Geneſ. 28. nec tamen aliquid aut audiuit triſte, aut vidit terribile: ſed ſolum Angelos aſcendentes & deſcendentes ſchalam. Idem dixero de Agar ancilla Abraham; quæ quidem nihil vidit, vocem autem ſuo ſe nomine cõpellantem audiuit & tamen obſtupuit: Geneſ. 21. Et Iſraelitæ ſunt *perturbati*, Exod. 20. ſolo tonitru audito, quod aduentum Domini antecedat. Sic clamat Gedeon: *Heu mihi quia vidi Angelum Domini*, Iudic. 5. & Manue, *Morte moriemur*, loquitur vxori, *quia vidi Dominum* Iudic. 13. quod verò nec res triſtis ipſos turbarit, aut Spiritus terribilis vultus, inde eſt clarum, quod præſentiſſimi ſibi fuerint, quãdo cum præſentibus ſibi loquebantur ſpiritibus; & eos tum ſolum *trepidatio* inuaſerit, quando Spiritus diſparuerunt, ſed nec Daniel ſemper aut triſtia audiuit, aut vultum Angeli conſpexit terribilem, quando facies eius præ timore immutata eſt; Maieſtas atque magnitudo rerum, quæ offerebantur, ſæpe in ſtuporem rapuit; quemadmodum & Ezechielem. Denique vt finem faciam, Eliphas apud Iob, nec Spiritum viderat, nec vllam eius vocem audierat, dicit tamen *pilos capitis ſui horruiſſe*, cum, ſe præſente, Spiritus tranſitũ ſuum proderet &c. Iob. c. 4.

13. Quia igitur non ſolæ illæ cauſæ fuerunt, quibus terror, aut ſtupor, aut trepidatio in Diuinis Apparitionibus, Angelicíſque viſionibus allatus eſt, quas ſuperius recenſuimus: vniuerſas, quantum coniectura conſequi poſſumus, aſſignemus. Exiſtimo vero omnes ad *quatuor* primas reuocari poſſe. Nam vel ex *perſonis*, quæ apparent, terror accidit: vel ex rebus quæ reuelantur, & in Apparitionibus innoteſcunt: vel ex *hominum* parte, qui Apparitiones, vel Reuelationes habent; vel ex Apparitionis *forma*. quemadmodum enim hæc omnia in Apparitionibus inueniuntur: ita ex his omnibus dicti motus aliquando excitantur.

14. Perſona, ſeu Spiritus, qui apparet, duobus modis terrere ſolet, vt bene indicauit Pererius. Vnus eſt, ſi aſpectus eius ſit inſolitus & inuſitat⁹, alter ſi terribilis. Pro terribili ſũt exẽpla data Danielis atque Ioãnis Euãgeliſtæ. Pro inſolito & inuſitato, B. Virginis, quam turbatam quidam exiſtimant, non tam conſpectu, quam inſolito

con-

conſpectu Angeli. Nam ante ſæpius putant habuiſſe Reuelationes & Apparitiones Angelorum Imaginarias: Ocularem autem atque Viſibilem tum primum, cum *turbata* dicitur, Lucæ 1.

Res quæ Apparitionum quaſi materia ſunt, etiam terrent & perturbant: primum quidem *triſtes & acerba*, vt probant exempla ſuperius data, Theſi 11. deinde etiam *magna & graues*; quamuis non triſtes; vt procul dubio pleræque fuerunt, quæ Danielem conturbarunt, atq; Euangeliſtam Ioannem: quædam etiam hoc ipſo turbant, & terrorem afferunt, quod *inſolita ſunt*; *& quidnam ſint, aut ſignificent*, lateat mortales; quomodo expauit ad viſionem aſcendentium, & per ſchalam deſcendentium Angelorum Iacob: quædam denique propterea, quod neſcio quæ *ſpectra mortalium oculis* offerant; vt animalia illa Ezechielis, eorum forma, ſpecies, motus. 15.

Ex parte *hominum*, quibus vel Spiritus apparent, vel Reuelationes fiunt, quatuor modis accidit terror & trepidatio. *primo* ob malam ipſorum conſcientiam: *deinde* ex naturali, & quaſi ingenita naturæ infirmitate, qua plerique horrent quoſuis Spiritus. *tertio* ex perſuaſione, qua credunt ſibi moriendum, ſi Deum vel Angelum videant. quarto ex opinione, qua cenſent indignum eſſe, vt mortales cum immortalibus diuiniſque mentibus conuerſentur. Primus modus locum habuit in Adam atque Eua, qui ad loquentis Domini vocem territi ſunt, vrgente ipſos peccati conſcientia. Idē locū habuit apud cuſtodes ſepulchri Dominici; qui quamuis viri, plus tamen, quā mulieres, percuſſi: *facti enim ſunt veluti mortui*, quod de mulieribus non dicitur, vt quos non, vt illos, conſcientia peccati arguebat. Ob ſecundum territus Eliphas, Iob. 4. Sed & mulieres piæ, quorum iam meminimus. Apoſtoli vero in primis hoc confirmant. hi enim timore perterriti, cum Dominum viderent, nunc ſuper mare ambulantem, Marc. 6. nūc clauſis ianuis ad ſe intrantem, Ioan 20. quod putarent ſe Spiritum & phantaſma videre. Tertius modus locum habuit etiam in Manue atq; Gedeone, perſuaſio vero hæc ex Domini oratione profecta videtur, qua ſic ad Moyſen Dominus Exod. 33. *Non videbit me homo & viuet.* quo fit, vt ante prolatam ſententiam quidem Dominum, nec tamen trepidauerint, aut ſibi moriendū exiſtimauerint. Pro quarto modo eſt, quod docet B Gregorius, homi. 8. in Ezechielem, *hominem comparatum Deo penitus deficere propterea, quod ex diuina Viſione ſuam agnoſcat ignorantiam, infirmitatem, atque vilitatem*; Hinc bene Arethas in 11. Apocal. *Mo-* 16.

ru, in-

ris, inquit, *eſt ſanctis Prophetis, vt cùm viſionem intuentur, obſtupeſcant ob vehementem abiectionem conditionis humanæ; videntes quãtum diuina humanis ſint meliora, eaq; præcellant & excedant.* Confirmant hoc exempla Abrahæ, Moyſis, Iſaiæ, Ieremiæ. primus, quanto familiarius cũ DEO loquitur, tanto ſubmiſsius de ſe ſentit. *Loquar*, inquit Gen. 18. *ad Dominum, cùm ſim puluis & cinis.* Secundus, quamuis eſſet omni ſapientia Ægyptiorum eruditus, ſe tamen fatetur eſſe impeditioris linguæ tactum ex colloquio Dei. *Domine*, inquit Exod. 4. *non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius. Ex quo enim locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris & tardioris ſum linguæ.* Tertius ad inſignem illam, capitis 6. viſionem eleuatus clamat, *ſe virum eſſe linguæ impeditioris.* Quartus loquente ad ipſum Domino, *A, a, a,* inquit, *Domine, neſcio loqui, quia puer ego ſum.*

17. *Forma, ſiue modus* Apparitionis, qui terret, in duobus maximè Apparitionum generibus accidit: *Ocularibus* & *Vocalibus*. Ibi contingit terreri, ſi ſpecies aliqua ſpiritus ſubitò appareat, & quo modo apparuerit, aut vnde venerit, ignoretur; hoc modo ad conſpectum Angeli territus eſt Zacharias. hîc, ſi vel grãdior vox audiatur, quæ audientium aures percellat; vel vox audiatur, & quis eius author, ſiue vnde oriatur, nõ ſciatur: poſteriori modo turbata eſt Agar, ad vocem diuinitus miſſam; Gene. 21. quæ tamen nihil mouebatur, quando cum præſente Angelo loquebatur, Geneſ. 16. priori Iſraelitæ, quando, vt loquitur Moyſes, Exod. 20. *audiebant voces & lampades, & ſonitum buccinæ, montemq; fumantem, &c.*

18. Atque hæ ferè *præcipuæ* cauſæ terroris, trepidationis, atque languoris animi. Et nunc quidem vna illarum hæc effecit; nunc illarum plures. Illa ipſa, quæ protulimus, hoc confirmant exempla. Præter has ſunt quædam, quaſi *accidentariæ*; quæ cum his coniunctę terrorem plerumque augent. Hæ ferè ſunt: *locus, tempus,* & *perſona,* quæ Apparitiones Reuelationesque habet, *conditio.*

19. Ex *locis* ſolitaria, & vbi aut nulli, aut pauci præſentes, terrorẽ augent. Quemadmodum plurium ſocietas animum confirmat, vt vel non timeat, vel minus timeat; ita ſolitudo timorẽ excitat. Hinc eſt quod pleroſque, quos territos & perculſos Spirituum viſione legimus, ſolos fuiſſe deprehendamus.

20. Ex *temporibus* intempeſta nox ad terrorem ciendum eſt accommodatior: alioquin per ſe apta huic negotio; vnde & mali Spiritus, quibus propoſitum eſt, vt mortalibus terrorem incutiant, noctem præ alio tempore deligunt.

Hominum

Hominum non eadem omnium eſt conditio. quidam ſunt conſtantioris atq; firmioris animi; quidam tenerioris & infirmioris. Illos difficilius terreri nemo dubitat; quemadmodum & hos citius. Quocirca, ſi quæ cauſæ terrorem incutiunt, apud hos reperiantur, terrorem illæ procul dubio & citius excitabunt, & augebunt. 21.

Sed *extremum* demus. Aſſignemus cauſas, cur quidam *territi non fuerint*, quamuis etiam, quæ alios in Apparitionibus terruerunt, rationes magnæ & iuſtæ affuerint. Ego verò has nunc in *conſuetudinẽ*, quam quidam cum Deo cœleſtibuſque Spiritibus habuerunt, referrem: nunc in hominum præſentium *frequentiam*; nunc in cogitationes *præcedentes*: nunc in ingenium *durius*; nunc in *deſiderium* ſiue ſtudium rem quampiam cognoſcẽdi: nunc in *compoſitum*, & paratum, ad diuinas Reuelationes percipiendas, animum: nunc in *opinionem*, qua quæ vera eſt, non pro vera habetur Apparitio. 22.

Cõſuetudo atq; familiaritas videtur fuiſſe ratio, cur plerique initio conditi mundi, diuinis Apparitionibus territi non fuerint; in quorum numero ſunt primi parentes, ipſorum filij & nepotes. Abraham quoque, eiuſdemque vxor atq; ancilla. Coniungunt quidam cum his ex nouo Teſtamento B. Virginem vnà cum ſponſo Ioſepho. Hic locum habet, quod dicitur: *Aſſuetis non fit paſſio.* 23.

Præſentia multorum forſitan effecit cur minus territi legantur illi, qui de cœlo audiuerunt vocem illam; *Et clarificaui, & clarificabo iterum*, Ioan. 12. Neque enim leuis illa vox fuit, & minimè terribilis: cùm quidam cum tonitru illam comparârint: & hoc nomine etiã potuerit terrere, quod audiretur, & author eius ignoraretur. Quemadmodum ſolitudo terrorem facilè incutit; ita aliorum præſentia animum addit, & terrorem excludit. 24.

Ingenium, etiam in quibuſdam durius eſt & agreſtius, qui nec grauiſſimis rebus commouẽtur. hoc fortè arcebat terrorem Ionæ. Neque enim alias videtur fuiſſe poſſibile; vt ad tam nouam, magnã, horrendam Reuelationem Propheta non ſit commotus; imò cum Deo quaſi diſputationem ſuſceperit, iuſtiſſimam ſuam iram exiſtimauerit. 25.

Præcedens cogitatio eius, quod à reuelante Deo & Spiritu ſuggeritur, etiam terrorem adimit, præſertim ſi non peregrina, ſed viſitata forma Spiritus appareat. Quocirca mirum non eſt, ſi non motus legatur Ioſeph in ſomno, dũ Angelũ nunc audit monentem, ne coniugem dimittat; nunc fugam, nunc reditum conſulentem. In his cogitationibus totus erat vir ſanctus. Eædem cogitationes videntur prohibuiſſe terrorem in tribus Magis, quando ab Ange- 27.

Digitized by Google

lo moniti ſunt redire in regionem ſuam per viam aliam.

27. Sciendi deſiderium & ſtudium quemadmodum hominem ad ardua impellit, ita facit, vt rebus arduis & terribilibus non moueatur. Fortaſſis hoc effecit, vt Moyſes in prima illa, quam habuit, magna viſione, de qua Theſ. 28 præced. Cap. intrepidus permanſerit.

28. Eadem videtur eſſe ratio compoſiti ad Dei reuelationes percipiendas *animi*; quamuis hic non tantum eſt deſiderium rerum ſciendarum, verùm etiam confirmatus quaſi animus ad viſionem, magno ſtudio capiendam. Quapropter vt improuiſa terrent, ita hic præuiſa terrori aditum præcludunt. Hæc ratio videtur locum habuiſſe in Elia, 3. Reg. 19. quando aduentum Domini præſtolabatur; & eodem tranſeunte motus non eſt, quamuis etiam tranſitus eſſet admodum admirabilis. Habuiſſe locum in Samuele, quando admõitus ab Heli, vt ſi vocetur quartò, dicat, Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus, 1. Reg. 3. Similiter habuiſſe locum in Ioanne Baptiſta: qui quamuis videret cœlos apertos, atque inde deſcendentem Spiritum ſanctum, in ſpecie columbæ: audiret etiam diuinitus lapſam vocem, territus tamen ne quaquam eſt, quia, vt ipſe loquitur de ſe, *qui miſit eum baptizare in aqua, ille iam ante dixerat: Super quem videris ſpiritum deſcendentem, & manentem ſuper eum, hic eſt, qui baptizat in Spiritu ſancto.*

29. *Opinio* etiam, qua, quæ reuera eſt Apparitio, pro Apparitione nõ habetur, terrorem adimit. Nec hoc mirum. Quid enim non facit opinio? vt timorem incutit, ſi vſitata res pro inuſitata habeatur; ita adimit, ſi inuſitata habeatur pro vſitata. Hinc eſt quòd ſanctiſſimus Petrus perculſus non ſit, quando & lumen vidit in carcere, & ab Angelo excitatus iubetur ſe induere, & præcedentem ſequi. *Neſciebat enim*, inquit S. Lucas, *quia verum eſt, quod per Angelum fiebat.* Act. 12. fortè & hæc cauſa fuit, cur idem Petrus nihil trepidauit, quando Act. 10. vidit in linteo vaſe omnis generis animalia &c. Et hactenus de terrore, trepidatione, languore animi, quem Apparitiones quandoque afferunt.

Finis libri tertij, qui eſt de Apparitione Dei Imaginaria.

Digitized by Google

LIBER QVARTVS

DE DIVINA, SIVE DEI IN VETERI TESTAMENTO APPARITIONE ET LOCVTIONE INTELLECTVALI.

CAPVT I.

In quo propria ratio Apparitionis Intellectualis explicatur.

QVARTVM genus Diuinarum Apparitionum, illarum eſt, quas *Intellectuales* dicimus; ſic dictarũ, quòd in his in intellectum hominis ſe Deus inſinuet; ibi appareat, & mentis ſuæ ſecreta manifeſtet. 1.

Hæ *Apparitionis* nomen commune habent cum alijs tribus: quemadmodum & *Locutionis*, & *Reuelationis*; quia vt in illis, ita his, Deus quodam modo apparet, quodam modo loquitur, quodam modo ſecreta ſua reuelat; ſed vox *Intellectualis* ipſos ab alijs diſtinguit. Illæ non intellectu præcipuè, vt hę, perficiuntur: ſed Deus vel ſub externa forma ſe exhibet viſui; vel externa voce auditui: vel imaginationem hominis occupat. 2.

Hinc fit, vt Intellectualis in ſui ratione quædam *excludat*, aut certè non neceſſariò poſtulet, quæ in alijs ſunt neceſſaria: quædam omnino *requirat*, ac poſtulet. Excludit operationes duorum ſenſuũ exteriorum, viſus atque auditus; & vnius interioris, imaginationis ſcilicet: quoniam hæ aliarum ſunt Apparitionum: requirit operationem intellectus; vt ſine qua ipſa nequit eſſe: quemadmodum & ab ipſa ab *intellectu* nomen habet. 3.

Hinc quoque facilis coniectura ſumitur de Apparitionibus Diuinis, vtrum ad hanc claſſem, vel aliam aliquam debeant referri. Etenim ſi Deus ſub humana forma ſe exterius exhibeat: ſi hominibus voce externa loquatur: ſi per ſomnium inſinuet ſe: quamuis poſt hęc etiam mens hominis ab ipſo occupetur; & in intellectu incipiant eſſe, quæ prius fuerunt in ſenſu: ad *Intellectualem* Apparitionem illa referri non debet: quòd nõ ſolius, aut certè *prima* hîc intellectus ſit occupatio. 4.

Neceſſe verò non eſt, vt ſub aliqua *forma*, per intellectum, Deus in hac Apparitione conſpiciatur; quemadmodum ideas hominum plerumq; cõcipimus, quos nobis præſentes, vel loquẽtes fingimus. Quamuis enim hoc fieri poſſit; & factũ fuerit aliquando, in ijs, qui 5.

 corpo-

CAPVT II.

Dari aliquam Intellectualem Dei Apparitionem, Locutionem, ſiue Reuelationem, & conuenienter dari docetur.

DARI aliquam Intellectualem DEI Apparitionem ſiue Locutionem, communis eſt omnium Sanctorum Patrũ ſententia. Illam B. Auguſtinus, libro 16. de Ciuitate Dei, capite 6 his verbis complexus eſt: *Veritas*, inquit, *incommutabilis, aut per ſeipſam loquitur ineffabiliter irrationalis creaturæ mentibus; aut per mutabilem creaturam loquitur, ſiue ſpiritualibus imaginibus ſpiritui noſtro, ſiue corporalibus vocibus noſtri corporis ſenſibus*. Priori membro noſtram Intellectualem indigitat Locutionem: poſteriori duplicem, Imaginariam & Vocalem. 1.

Sententia hæc vana non eſt, nec ſola Sanctorum nititur auctoritate, & ſententia. Clariſsimum eius exemplum deprehenditur in Spiritibus cœleſtibus, non ijs ſolùm, qui cum corporibus nullam ſocietatem habent, verùm etiam ijs, qui corpora ſemel deſeruerũt, & olim illa in communi omnium hominũ à mortuis reſurrectione ſunt reſumptura. Omnibus his immutabilis Dei veritas iam per ſeipſam loquitur, loqueturq; in omnem æternitatem: omnibus his ſeſe exhibet, exhibebitque in omnem æternitatem. 2.

Sed & *exempla* huius plura Sacræ Scripturæ commemorant. Pluribus locis inſinuatur Deus loquutus, atque apparuiſſe, & cùm certum ſit ſub externa ſpecie viſum non eſſe; & viua voce loqui non auditum: præſumatur quoque aut credatur per imaginationem ſecreta ſua non reuelaſſe; colligitur haud obſcurè Intellectuali Apparitione, atq; Locutione mortalibus affuiſſe, cum ijs egiſſe. Modum hunc cum prophetis obſeruauit perſæpe. Nos eius aliquot exempla proferimus. 3.

Nouit Sanctiſsimus Paulus, hominem, qui, *in tertium cælum raptus, audiuit* (vtique à Deo) *arcana verba, quæ non licet homini loqui*; quemadmodum ipſe teſtatur, 2. Corint. 12. verùm, quomodo audiuit? an voce externa loquentem Deum? an per imaginationem inſuſurrantem hæc arcana? an ſub externa, quæ in hominum oculos incurreret, forma dicentem? At dubitat Apoſtolus; *Utrum in corpore fuerit, an extra corpus*. Scio & viſum eſſe à Paulo CHRISTVM, & ab eodem auditum, quando, vt ad carceres raperet Chriſtianos, Damaſcum, ſpirans minarum & cædis, tendebat; nunc etiam Chriſtum in ſomno ipſi apparuiſſe; at quando *arcana quæ loqui non licet*, 4.

audiuit;nihil horum fuit. Exemplũ hoc refert Toſtatus,3.Reg.c.6.q.2.

5. Alterum ibidem refert de Eliſæo Propheta. Hiſtoria deſcribitur 4.Reg.c.3. Tres Reges, Rex ſcilicet Iſrael, Rex Iuda, Rex Edom, cõtra Regem Moabitarum pugnaturi, cùm penuria aquæ laborarẽt in deſerto Idumeæ, & de volũtate Dei interrogaretur Eliſæus, *Adducite ad me*, inquit, *Pſalten. Cumq́; caneret Pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini, & ait: Hæc dicit Dominus; facite alueum torrentis huius foſſas & foſſas. Hæc enim dicit Dominus: Non videbitis ventum, neq́; pluuiam, & alueus iſte replebitur aquis, & bibetis vos, & familia veſtra, & iumenta veſtra. Parumq́; eſt hoc in cõſpectu Domini: inſuper tradet etiam Moab in manus veſtras. Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electã: & vniuerſum lignum fructiferum ſuccidetis, cũctoſq́; fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus.* Locutus Eliſæo hæc Deus, non ſomno occupato, aut in imaginatione: teſte Toſtato; nõ viua & externa voce, non ſpectabili forma. Locutus igitur eſt, vt B. Auguſt. loquitur *menti ineffabiliter.*

6. Per eandem Intellectualem Locutionem idem Propheta intellexit, quæ reuelauit Ioas Regi Iſrael, 4. Reg.13. Cùm enim æger iã, & morti vicinus inuiſeretur, iubet ipſum afferre arcum & ſagittas. his allatis dixit ad Regem: *Pone manũ tuam ſuper arcum. Et cùm poſuiſſet ille manũ ſuam, ſuperpoſuit Eliſæus manus ſuas manibus Regis, & ait: Aperi feneſtram Orientalem. Cumq́; apruiſſet, dixit Eliſæus; Iace ſagittam. Et iecit. Et ait Eliſæus: Sagitta ſalutis Domini: & ſagitta ſalutis contra Syriam: percutieſq́; Syriam in Aphec, donec conſumas eam. Et ait: Tolle ſagittas. Qui cùm tuliſſet, rurſus dixit ei: percute iaculo terrã. Et cùm percuſſiſſet tribus vicibus, & ſtetiſſet, iratus eſt vir Dei contra eũ, & ait: Si percuſſiſſet quinquies, aut ſexies, aut ſepties, percuſſiſſes Syriã vſque ad conſumationem: nunc autem tribus vicibus percuties eam.* Futura hæc, quæ certiſsimè Propheta prodixit, non niſi reuelante Deo cognouit. Et vt hoc certum, ita haud dubium, quin per Intellectualem Locutionem.

7. Per eandem intellexit Nathan Propheta, quòd Dauidi indicauit, *tranſlatum ſcilicet fuiſſe ipſius peccatum*, quando ille, corde compũctus, & pœnitentia ductus, in hanc vocem erupit: *Peccaui Domine*. 2. Reg. 12. Sed tamen, quia blaſphemare feciſſet inimicos nomen Domini, priuandum filio, quem Vxor Vriæ ipſi pepererat. Quamuis .n. alio modo, Propheta hęc, quàm Intellectuali Locutione potuit cognouiſſe, intellectuali tamen intellexiſſe probant & loci & tẽporis cõditio, quibus dicta à Prophetis fuerunt.

8. Cùm Ezechias ęgrotaret, miſſus ad ipſum eſt Iſaias Phopheta, cũ diuino mãdato, quo pręſens mors indicebatur. Quomodo Dei mã

datum,

Digitized by Google

datū Prophetæ innotuerit, nō laboro, hac, ſcil. vel illa locutione.
Verū quæ Ezechiæ longiorē vitam cum lachrymis precanti, idem
Propheta mox, ex Domini ſentētia, reſpōdit; ſcilicet *exauditā eſſe ip-
ſius orationē à Deo: & ad dies vitæ præteritos, quindecim annos adiectos: fore
etiā, vt poſt triduū templū aſcenderet, & præterea liberandū de manu Aſſyri
orū;* hæc omnia per Intellectualē Locutionē percepit. Vide 4 R. 20.
Ioſaphat, Iudæ Rex, in extrema neceſſitate cōſtitutus, cū, præſēte 9.
vniuerſo populo ſupplex Deū in atrio domus Domini precaretur,
auxiliūq; aduerſus ingruētes hoſtes poſtularet, factus eſt ſpiritus
Dōi in medio turbæ ſuper *Iahaziel*, filiū Zachariæ, 2. Para. 20. iiſque
ex Domini ſententia in hæc verba prorupit: *Attendite omnis Iuda, &
qui habitatis in Ieruſalem, Et tu rex Ioſaphat: hæc dicit Dominus vobis: No-
lite timere, nec paueatis hāc multitudinē. Nō eſt. n. veſtra pugna, ſed Dei, cras
deſcendetis cōtra eos. Aſcenſuri n. ſunt per cliuū nomine Sis, & inuenietis il-
los, in ſummitate torrētis, qui eſt cōtra ſolitudinē Ieruel. Nō eritis vos, qui
dimicabitis: ſed tantummodo confidenter ſtate: & videbitis auxiliū Domini
ſuper vos. O Iuda & Ieruſalē, nolite timere, nec paueatis: cras egredimini cō-
tra eos, & Dominus erit vobiſcū.* Hæc Iahaziel. Sed vnde? Ex ore Dōi,
Hæc, inquit, *dicit Dominus*. ſed quo modo? An ſub ſpectabili ſpecie ipſi
exhibitus? Nihil minus. An externa voce audiuit loquentē? erat in *me-
dio turbæ* nō ſolus audiſſet, ſed nec ipſius tūc voce fuiſſet opus; cùm
vna Domini & ſuffeciſſet, & præſtitiſſet. An in ſōno, imaginariaq;
auditione percipit? At vigilabat cū vniuerſo cœtu. *In ſe*, igitur, *in in* 10.
teriore mente Dominum audiuit loquentem.

Eodem modo Deum loquentē audiuit Moyſes, quando primū
quidem cognouit mūdi creationē, & quo modo idē mundus, partim
diſtinctus, partim etiam fuit ornatus: deinde plurima, quæ de pri-
mis humani generis authoribus, primiſque Patriarchis, literis cō-
ſignauit, & poſteritati tradidit. Eodē modo inſtitutus Daniel, quā-
do iniquum iudicium reuocauit, Danie. 13. & caſtiſſimā Suſannā à
morte liberauit. Deniq;, vt multa paucis concludā, familiariſſimus
hic agēdi modus fuit Deo, apud Prophetas, teſte Toſtato. qui etiā
Tō. 1. q 2. ſuper cap. 11. putat *generalis regulæ* loco habere poſſe, vt in
telligatur ſēper Scriptura loqui de Apparitione, ſiue locutione Dei
Intellectuali, quotieſcūq; à Prophetis dicitur: *Hæc dicit Dominus*.

Admodū verò conueniēter Deus quartū hoc Apparitionis & lo- 11.
cutionis genus admiſit; ſiue eius ratio petatur ex *Dei* loquentis & ap
parentis; ſiue ex *hominum*, quibus loquitur & apparet, conditione;
ſiue etiam ex *rebus* ipſis, de quibus aliquando homines, per Deum,
inſtrui potuerunt, atque debuerunt.

Deus

Digitized by Google

12. *Deus* Spiritus eſt & omnis corporis expers.quemadmodũ norũt omnes,& ſi quandoque ſub corporea conſpicitur forma; & quandoque voces ſenſibiles edere percipitur;ſi quandoque per corporeas rerum ſpecies ſe inſinuat;peregrinum quaſi quid aſſumit, & aliquid alienum à ſe præſtat. Tunc ſe, vt ita dicam, & ſuis vtitur, quando ſine hiſce ſenſibilibus rebus ſeſe hominem mentibus communicat,iiſdem illabitur,iiſdem quæ vult reuelat.

13. Et *hominum* non ea conditio eſt, vt niſi rebus corporeis interuenientibus,mente percipere non poſſint quidquam.Quamuis enim dum mortale hoc corpus circumferunt,& propriis naturæ viribus agunt,diuinitus non adiuti,opera ſenſuum,& interiorum, & exteriorum,in rerum cognitionem veniant:nihil tamẽ prohibet,quin, ſi diuinitus iuuentur,etiam abſque ſenſuum horum ſubſidio, de rebus diuinis inſtrui,& inſtruentes ſe percipere valeant.

14. *Rerum* etiam quædam ſunt,quæ ſub ſenſum non cadunt;quarum propriè ſimulachra,per quæ intellectu capiantur,non ſunt:de quibus tamen non vtiliter ſolúm,verùm etiam neceſſariò homines inſtituuntur. Quid verò prohibet de his ipſos à Deo inſtrui,pro rerum ipſarum conditione,abſque ſimulachris,quæ vel viſu,vel auditu accipiuntur,vel in imaginatione ſuas habent ſedes.

CAPVT III.

Explicantur varia Intellectualis Apparitionis,ſiue Locutionis Dei,Diuiſiones;& omnibus vna præfertur.

1. VAriæ poſſunt dari Intellectualium Dei Apparitionum, ſiue Locutionum *Diuiſiones*. Poſſunt enim diſtingui, vel ratione *obiectorum*,de quibus diuinitus mortales inſtruuntur:vel ratione *perſonarum*, quæ per ſe apparent,& loquuntur:vel ratione *temporis*,quo accidunt:vel ratione *modorum*, quibus vti cõtingit:vel ratione *hominum*,quibus fit Reuelatio:vel ratione *mediorum*,quorum eſt vſus:vel deniq; *forma* Apparitionis, ſiue Locutionis.

2. *Obiectorum* ratione non malè diſtinguuntur dupliciter.Nam vel hæc ſunt talia,ad quæ alioquin naturalis ratio poteſt pertingere, quamuis hîc diuinitus reuelentur;*naturalia* dicere poſſumus: vel ingenij humani viribus ſunt ſuperiora;non malè dixerimus *transnaturalia*.Et vtraque velpoſſunt eſſe rerum præſentium,vel præteritarum,vel futurarum.Cũ enim eadem,hic quæ reuelantur,materia ſint

teria ſint Prophetiæ; quemadmodum Prophetia ratione *obiecti* diſtinguitur bifariam; ita Dei hæ Apparitiones atque Locutiones.

Ratione *perſonarum*, quæ loquuntur, ſimiliter bipartitò diſtinguuntur. Vel enim Deus immediatè, *per ſe*, hîc apparet, & loquitur: 3.
vel *Angeli*, in perſona Dei. Vtrumq; fieri poſſe dubitat nemo. Vtrúque fieri factumq; eſſe, poſtea docebitur. Quamuis verò Angeli, & apparere, & loqui hîc aliquando inueniantur, Deus tamen bene dicitur apparere & loqui; quia Angeli Dei vices ſuſtinent, & perſonã agunt, vt aliâs probatum eſt.

Si *Temporis*, in hiſce Apparitionibus & Locutionibus, aliqua ratio habenda eſt, dicentur fortè aliquæ fieri in vigilia, aliç in ſomno. 4.
Rurſus, & melius, aliæ interdiu, aliæ de nocte, quibuſdam enim Deus in clara luce locutus eſt, quibuſdam nocte; & alijs horum vigilantibus, alijs dormientibus.

Perſonæ, quibus Deus hîc ſe, ſuaq; reuelat, *præcipuè* ſunt duplices: 5.
Prophetæ, ſcil. & Sacerdotes. Hos idcirco diſtinguimus, quod non eandem Deus cum vtriſq; ſeruet rationem. Præcipuas verò has eſſe dicimus, quod quamuis etiam alijs, rarius tamen, ſua ijs Deus reuelare ſolitus ſit, in lege Veteri.

Modus, quo fiũt, duplex eſt: Vel enim homo extra ſe quaſi rapitur: 6.
vel ſibi relinquitur. Hinc doctiſsimus Toſtatus duplicẽ diſtinguit Intellectualem Apparitionem ſeu Locutionẽ, q. 2 ſuper 9. c. 3 Reg. *Quartus, inquit, modus, quo Deus apparet & loquitur, eſt per immutationẽ intellectus: ſcilicet, quod Deus eleuet intellectum alicuius ad intelligendum aliquid ſupernaturaliter, quod aliter intelligere nõ poterat. Et iſtud fit dupliciter: aliquando cum ecſtaſi & raptu; ſicut fuit in B. Paulo 2. Cor 12 aliquando ſine ecſtaſi; & ſic fuit in Eliſæo, & multis alijs Prophetis*. ita Toſtatus.

Ratione *mediorum*, pro ſpeciebus intellectualibus, quarũ in Locutionibus his atq; Apparitionibus vſus eſt, diſtingui poſſunt ipſæ. 7.
Neq; enim vna, ſed duplex eſt harũ ſpecierum conditio. Quædã de nouo infunduntur, cùm Reuelatio accidit; quædã prius habentur, ſed nouum vſum hîc accipiunt; per hoc, quòd diuina virtute ad ſupernaturalem cognitionem eleuantur, & applicantur. vide Francisc. Suarez Tom. 3. in 3. par. D. Thom. Diſp. 9 ſect 2.

Denique, ſi *forma* Apparitionis ratio habenda, poteſt diſtingui Intellectualis Reuelatio, vt alia ſit, quæ ſine concurſu phantaſmatũ 9.
& phantaſiæ perficitur: alia, quæ fit cum eorundem concurſu. Hæc naturalior eſt, & modo homini magis accõmodato fit: illa rarior: &, vt loquitur Suarez, valde extraordinaria, nec accõmodato ani-

attendit? v.g quid agat? quod intelligat? vbi agat? quomodo agat? Curioſius forſitan hæc quærũtur: veruntamen non fruſtra, propter ſanctiſſimum *Paulum*, qui in Ecſtaſin raptus, ita diuinis rebus immerſus eſt; vt vtrum mens in corpore fuerit, an à corpore ſeparata, ignorârit. Quid igitur ad hoc dicimus? quod plerumque ſolis diuinis rebus incumbat animus. Poteſt nihilominus ſimul ad ſe, ſuoſque actus attendere, ſi ita velit, & non nimium à Deo occupetur.

16. Vtrum quoque hanc abſtractionem mentis, de qua loquimur, res, quæ à Deo reuelantur, poſtulent; an pro Dei ſolùm voluntate, non rerum grauitate ipſa accidat, difficile eſt definire. Scimus quoſdam, in Raptu, de rebus grauiſſimis eſſe inſtructos, quemadmodum ſe inſtructum ſignificat Apoſtolus de iis, *quæ non licet homini loqui*: ſed tamen res adeò graues non fuiſſe videntur, quas in Ecſtaſi ſe percepiſſe inſinuat Ezechiel.

17. Quocirca hoc rectè videtur poſſe dici, *plerumque* pro Dei voluntate homines in Ecſtaſin rapi: qui cur id fieri velit iuſtas cauſas habere poteſt, quas ſi mortales coniectura conſequi poſſunt, certè non poſſunt intelligere.

18. Deinde & illud rectè videtur dici, grauiſſima maximaq; myſteria admodum *conuenienter* in Ecſtaſi proponi, & intelligi. Cũ enim myſteria hæc ſub ſenſum nullum cadant, & ſolo intellectu percipiantur; & à mente, ſiue ſolo diuino ſpiritu efferantur; conuenit, vt à mente ſibi tantùm relictâ, & ab omnibus aliis functionibus expedita (quemadmodum eſt mens in Ecſtaſi poſita) percipiãtur.

19. Sed tamen, vt conuenienter hæc in Ecſtaſi reuelantur; ita *neceſſe* non eſt reuelẽtur in Ecſtaſi. Nullum eſt myſterium veræ ſynceræque religionis, de quo mens à Deo inſtrui nequeat, & quòd ipſa quoque non valeat percipere, quamuis etiam à functionibus ſenſibilibus abſtracta non fuerit. Hoc quàm verè dicatur; intelligitur, quando poſt reſurrectionem illam communem mortuorum, mẽs noſtra corpori vnita, Deo vno, trinoq; feliciſſimè perfruetur.

20. Quocirca non ſatis probatur, quod docet Toſtatus, in 2. Paral. quæſt. 18. in cap. 1. & quæſt. 10. Reſolutionum libri, Ecſtaſin propter *neceßitatem tantum* accidere: tum videlicet, quando intellectui offertur res intelligenda talis, quam non poſſit percipere, niſi *totum ſe ad illam transferat, totum ſe in illa occupet*. Rurſus, quod ibidem dicit, per Ecſtaſin non intelligi, *niſi clare diuinam eſſentiam*. Rurſus, paruos Prophetas non eſſe raptos in Ecſtaſin, quod Deum *clarè non viderint*; magnos raptos eſſe, *quod viderint*.

Qu

Quæ igitur pro Dei voluntate hominibus in Ecſtaſi diuinitùs innoteſcunt, illa *ſic* innoteſcere velle ob duas præcipuè cauſas Devs videri poteſt. altera ex parte ſumitur eorum, quibus hæc reuelantur; altera eorum, in quorum gratiam reuelantur. In illis prioribus Ecſtaſis attentionis eſt cauſa, quam Deus maximè requirit: in poſterioribus his reuerentiæ; vt intelligant maximè ſibi commendata eſſe oportere, quæ ſingulariori hoc modo Devs ipſis per ſuos vult eſſe reuelata, & commendata. 20.

CAPVT V.

De Apparitione ſiue Locutione Dei intellectuali facta ſine Ecſtaſi, cuius exactè ratio & conditio explicatur.

1. Ex deſcriptione Apparitionis illius, & Locutionis, quæ in Ecſtaſi contingit, non eſt difficile intelligere conditionem eius, quæ fit *extra Ecſtaſin.* quocirca hîc multis haud opus.

2. Duo in Ecſtatica diximus eſſe neceſſaria: abſtractionem mentis à functionibus externis; & occupationem eiuſdem in rebus diuinitus reuelatis. Poſterius quemadmodum non diſcernit intellectionem *hanc* ab Ecſtatica; ita neque Locutionem ſiue Apparitionem: propterea, quòd pro ratione intellectionis diſtinguatur Locutio & Apparitio Intellectualis: Prius diſtinguit.

3. Quia verò ex poſteriori diſtinctio non petenda, fit, vt quando Devs, citra Ecſtaſin, in hominum mentes ſe inſinuat, & cordibus mortalium tantùm loquitur, ita tota mens ijs, quæ reuelantur, attendat; quemadmodum attendit tota, quando extra ſe homo rapi dicitur, & in Ecſtaſi conſtitutus, diuinis inhæret.

4. Abſtractione autem non ita differt; vt *hîc* credi debeat corpus ipſam deſerere, quod in Ecſtatica illa fieri negauimus (quemadmodum ibi animus à corpore non auellitur; ita neque hîc ſeparatur) ſed quòd non neceſſe ſit hîc functionibus vitalibus, maximeq; potentiarum ſeſitiuarum, deſtitui, quibus deſtituitur in Ecſtatica.

5. Non *hîc* ſuſpenduntur actiones *potentiarum vitalium*, nutritiuæ ſcilicet, & reliquarum, quæ nobis cum ijs, quæ vegetantur, ſunt communes, vt ob id non *hîc*, quemadmodum in Ecſtatica intellectione, homines pro mortuis habeantur. Verè viuunt, quemadmodum & ibi. verè etiam percipiuntur viuere, quod ibi non item.

Non

Digitized by Google

Itaq; naturalis mentis noſtræ,ſeu intellectus,agendi modus in
4. Ecſtaſi interturbatur.Poſtulat ille in ſui ſubſidium,operam ſenſuũ,
partim exteriorum,partim interiorum:in Ecſtaſi hi nihil iuuant,
nihil promouent:ipſum intellectum & mentem ſibi relinquunt:
hæc verò nõ minus,quàm ſi extra corpus poſita eſſet, operationes
ſuas perficit.

5. Veruntamen ad Ecſtaſin hæc abſtractio non ſufficit. Poſſunt enim nihil ad intellectionem conferre ſenſus tam exteriores,quàm interiores:& tamen nondum in Ecſtaſi cõſtitutus dici homo;quẽadmodum & nihil conferunt in altera illa intellectuali locutione, quam Ecſtaticæ oppoſuimus,neceſſe præterea eſt,vt prorſus à ſuis functionibus vacent ſenſus;vt nullus ſenſus ſit ſenſuum.

6. An animales quoque operationes in Ecſtaſi conquieſcunt? Cõquieſcere ſentit Toſtatus in c.3.lib.4 Reg.q.12. At S. Thom. putat hoc ad Raptum ſiue Ecſtaſin non requiri. *Vires*,inquit, *animæ vegetabilis nõ operantur ex intentione animæ,ſicut vires ſenſitiuæ,ſed per modum naturæ: & ideo non requiritur ad Raptum ab iis abſtractio,ſicut à potentiis ſenſitiuis ,per quarum operationes minueretur intentio animæ circa intellectiuam cognitionem*. Ita in ſol.ad 3,q,175.a.5.22.& Suarez Tõ. 2. diſp. 26.29.ſect.2.Sed profectò ſi non prorſus,vt valle videtur Toſtatus, tolluntur, vehementer infirmantur.

7. Porrò propter hanc mentis abſtractionẽ fit,vt homo in Ecſtaſi cõſtitutus,dicatur nec proſperis rebus,quæ exterius afferuntur ſenſibus,affici;nec difficilibus,aut ſenſui contrariis cruciari: dicatur à mortuo non differre. Et profectò,ſi ſenſuum hic iudicium conſulere velis,viuere non facile dixeris.Sed & ipſi,qui rapiuntur, cùm ad ſe redeunt,ignorant,fuerintne in corpore, quo tempore rapti fuerunt,an extra corpus:quemadmodum & Apoſtolus raptus ad tertium cœlum,ignorabat,vtrum ſimul cum corpore raptus fuiſſet,an,ſine corpore,mens ſola.

8. Et quemadmodum à mortuis non differre videntur, quamuis differant,rapti:ita non videntur differre à dormientibus,& ſomno captis,quamuis & ab his reuera differant.Hoc conuenire videntur, quod vtrobique ſenſuum quoddam ſit ligamen:differre, quod in ſomno ſuæ operationes relinquantur potentiis naturalibus, imò illæ perficiantur;in Ecſtaſi hæ vehementer impediantur : vt ob id non malè doceat doctiſſimus Toſtatus,q 400.in 13.c.Gen. quãtum ad hoc,ſomnum eſſe vtilem,& ad corporum facere conſeruationem,adeoq; intentum eſſe à natura;Ecſtaſin officere corporibus,& cum natura quodam modo pugnare.

9. Quocirca fit,vt etiam hæc abſtractio longè differat ab illa,in qua rapi

Digitized by Google

rapi videntur Magi atque malefici: quamuis cum illa quandam habeat ſimilitudinem. Refert Toſtatus, ſuper 13 cap. Geneſ. q 354 ſuo tempore fuiſſe lamiam, quæ affirmaret ſe varias terras peragraturam breuiſſimo tempore, ſi vellet. cumque eidem non crederetur, vt verbis fidem faceret vnxiſſe ſe, & illicò corruiſſe in terram, veluti mortuam; ita, vt admotum ignem nõ ſenſerit. poſtmodum ad ſe reuerſam narraſſe mirabilia ſe vidiſſe, feciſſe. Similia, exempla plura habet Bodinus de Dæmonomachia lib 2 cap. 5. Ab hac abſtractione, noſtra differt. quoniã quãuis ibi ſenſibus exterioribus quidam quaſi compedes iniecti ſint, & à ſuis functionibus ipſi impediantur: in interiores tamen (phantaſiam loquor) maxima fiebat impreſsio. in Ecſtaſi noſtra, & exteriores & interiores ſenſus ſunt ſuſpenſi.

10. Hinc eſt, quod in Ecſtaſi mens, ſiue animus hominis, duo tantum habeat officia: alterum eſt, quod det viuere, *in actu primo*, vt in ſcholis loquuntur: alterum, quod totus ad intellectus operationes attendat, & reliquarum potentiarum, ex Toſtati ſententia, nullam curam ſuſtineat.

11. Hinc item eſt, vt ſecundũm eundem, vna tantùm ſit vitalis operatio in iis, qui Ecſtaſin patiuntur; illa ſcilicet, quæ partis eſt rationalis, & intellectum complectitur atque voluntatem, cæteris omnibus potentiis ab officio, functionibusque ſuſpenſis.

12. Et quia vitalis hæc in Ecſtaſi eſt operatio, non ipſe Deo tantum tribuenda eſt. Mens verè eius principium eſt, & quidem actuum principium intrinſecum. Quidquid hic Dei eſt, extrinſecum eſt, & ipſe loquens ſiue illuminans: & lumen quo mentem illuminat: & res, quas menti obiicit, & reuelãt.

13. Totum igitur ligamen potentiarum ſenſibilium fit, vt alterum, quod in Ecſtaſi diximus eſſe neceſſarium, felicius peragatur: hoc eſt, reuelationi rerum diuinarum mens atque intellectus, totus incumbat, iis totum ſe tradat. Quemadmodum enim vires naturales perficiuntur dum animus tantum ipſis intentus, ab operationibus mentis vacat: (vt in dormientibus eſt clarum) ita perficitur intellectus in ſuis, dum mens ab animalibus eſt libera.

14. Abſtractus igitur ab aliis functionibus animus aurẽ Deo loquẽti commodiſſimè præbet: loquentem in ſe, & ſibi audit: audita in memoriam recolligit, expendit, ruminat; & quo modo hæc vel ſibi, vel aliis, pro Dei voluntate accommodare debeat, tanto melius intelligit; quanto in paucioribus occupatur.

15. Dum verò diuinis Locutionibus aures præbet, an quoq; ad *alia* atten-

niæ vnita corpori paſſibili,ideoq; ex ſingulari priuilegio conceditur tantum.

9. Apparitiones ſiue Locutiones Dei has Intellectuales, modis dictis,commodè diſtingui,ex ſe clarum eſt. Exempla partium omnium S.literæ ſuggerunt.In ſingulis nobis ſufficeerit ſubminiſtraſſe vnum. De *rebus*,ad quas naturali ſua induſtria potuit homo peruenire,inſtructus Ahias Propheta,3 Reg.14 quando cæcutiens intellexit eſſe vxoré Ieroboā,quæ pro vxore Ieroboam agnoſci noluit.de *tranſnaturalibus* Eliſæus,Nathan atque Moyſes. Eliſæus quidem de *futuris*;quando Ioas Regi,3.Re.13 prædixit fore; vt hoſtem ſuū ſuperet, Nathan de *præſentibus*;quando dimiſſum ſignificauit peccatū, delictum agnoſcenti, Dauidi;2.Reg 12. Moyſes de *præteritis*; quando de conditione vniuerſi,quā initio lib.Geneſ.deſcripſit, inſtructus eſt.Omnes verò hi in vigilia inſtituti ſunt.In ſomno alios aliquot inſtructos eſſe non dubitabit,qui,quibus per ſomnium Deus ſua reuelare ſoleat,velit repetere. Quibus autem in ſomno ſe exhibuit Deus & locutus eſt,iis nocte potuit fuiſſe locutus: quamuis id omnino neceſſe non eſt.Quidquid ſit, facile cognoſcitur,ſi temporis ratio aliqua hic habenda.Locutionem ſiue Apparitionem in tellectualem,aliam dici poſſe *nocturnam*,aliam *diurnam*.

10. Sic *ſine Ecſtaſi* Locutionem hanc accidere,ex iam dictis argumentis,ſi nō omnibus,certè pluribus manifeſtum eſt.an quoque in veteri lege *Ecſtaſin* aliqui paſſi,fortè difficultatem habet.potuiſſe nemo negat:ſed & de quibuſdā videtur res certa. De Baalā id teſtatur.Toſta.q.400. in 13.c.Gen.de Ezechiele D.Tho. q. 175.a. 1. in 22.adductus authoritate ipſiuſmet Ezech.ſic c.8. loquentis: *Spiritus me eleuauit inter cælum & terram;& adduxit in Ieruſalem in viſione Dei.*

11. Nec errare faciè dixerim eos,qui Adamū,primū parentē,in *Ecſtaſi* intellexiſſe volunt,quando à ſomno excitatus,mulieré quam coram ſe vidit,dixit *carnem eſſe de carne ſua,& os ex oſſibus ſuis*.Neque enim idcirco de *carne ſua* vocauit ſuiſq; *oſſibus*; quòd eiuſdem eſſent ſpeciei illa cū ſuis ſed quia reuera de ſuis,ſciebat eſſe ſūpta. quocirca optime dixit: *vocabitur virago,quia de viro ſūpta* eſt.Certè *Ecſtaſin* hic interueniſſe,& ſoporé pro ecſtaſi poſitū eſſe, haud infirmis rationibus oſtendit Toſtatus,q.355.in 12. Geneſ.

12. Duplicium quoq; *perſonarum* meminerunt S.literæ *Prophetæ* per ſe ſibi ipſis dant teſtimonium Omnium propemodū hæc vox: *Hæc dicit Dominus. Sacerdotibus* teſtimonium. dat partim Deus, qui per hos ſuā volūtaté vult populum intelligere,Mal.2.partim popul⁹ & Reges;

Reges;qui in dubiis rebus de diuina voluntate per Sacerdotes in-
ſtituebantur:Cum Prophetis coniungo genus *fœmininum*.ex hoc 7
Prophetiſſas aſſerunt Hebræi:Mariã ſororẽ Moyſi,Deboram,An-
nã matrẽ Samuelis,Abigail,mulierẽ quæ locuta eſt ad Ioab dicens:
*Qui interrogant,interrogent in Abela.*Odolã vxorẽ Sallũ,& vxorẽ Iſaię,
de quibus vide Toſtatũ,in 1.Reg.T.2.q.12 ſuper c.25.Vtrũ omnib.
his locutus ſit *Deus*,Intellectualiſq; ipſis Apparitio facta,dici faci-
lè non poteſt,de Odola vix dubium eſt.Vide 4.Reg.cap.22.

Deniq; in his Reuelationibus nũc *nouas ſpecies* eſſe cõmunicatas, 13.
atq; nulla à *phantaſmatibus* ſubſidia interueniſſe dubiũ non eſt. Et
res poteſt doceri ex iis,quæ de ſcientia Chriſti infuſa traduntur à
Theol.ad q.10.S.Tho.in 3.p.tũ etiã ex maieſtate atq; magnitudine
rerũ,quæ hîc ſæpius ſunt reuelatæ:nũc verò priorum ſiue habitarũ
nouum vſum fuiſſe,atque phantaſmata cum phantaſia ad Intelle-
ctionem concurriſſe,tam eſt certum,quàm quod certiſſimum.
Hæc de *diuiſionibus* Intellectualis Apparitionis,& Locutionis breui- 14.
ter.Vna nobis ꝓſequẽda eſt,& exactius diſcutiẽda:illa;quæ ex *mo-
do* ſupta eſt;tũ quia receptior eſt,tũ quia plus,quã aliæ habet diffi-
cultatis,tũ etiã,ꝗ ex hac,quid de aliis iudicandũ,facilè colligatur.

CAPVT IV.

De Apparitione & Locutione Dei Intellectuali,quæ hominib.in Ecſtaſi accidit.

AD Ecſtaſin duo videntur requiri,teſte Toſtato,3.Reg. 1.
q 18.ſuper c.13.vnum eſt,vt res quædã homini diuinitus
reuelentur:alterum,vt à ſuis operationibus ceſſent po-
tẽtię ſenſitiuæ.Si vel diuinitus nihil reueletur:vel reue-
letur quidẽ aliquid;potentiæ tamẽ ſenſitiuæ ſuas operationes reti-
neant,rapi non dicetur in Ecſtaſin homo.Hinc Dionyſ.Areopag.
Ecſtaſin vocat *abſtractionem mentis à corpore ad cæleſtia contemplanda.*

Vtrũ verò *ſimul* vtrumq; concurrat;an vnum altero prius; & ꝗ 2.
quo;difficulter dixeris.Veriſimile eſt nũc mentẽ prius circa rem,
quæ obiicitur,occupari,ac vehemẽtia cogitationis paulatim à cor-
pore abſtrahi:nũc prius abſtrahi à corpore,& poſtmodũ,totã me-
ditationi diuinarũ rerũ tradi:nũc ſimul abſtrahi,& ſimul occupari.

A corpore porrò mens *abſtrahi*,nõ ita dicitur,quaſi corpus ad
tẽpus relinquat;atq; alio loco ſit ipſa,alio loco corpus;vt docere vi- 3.
detur Bod n'1.2 c.4.de Dæmõ Nõ hæc Ecſtaſis eſſet,ſed mors cor-
poris;nec,niſi maximo miraculo,rurſus corpori mẽs coniungere-
tur.Abſtrahi dicitur,quia operationes quaſdã ſine vllo corporis
adminiculo exercet.

Digitized by Google

6. Non ſuſpenduntur actiones *potentiarum ſenſitiuarum interiorum:* memoriæ intelligo, imaginationis, & ſenſus communis. Poteſt homo, dum in ſe loquentem Deum audit, de diuinis rebus inſtitui, ſecundùm mentem: & ſuæ poſſunt his ſenſitiuis viribus, eodem tempore, eſſe operationes.

7. Non ſuſpenduntur *exteriorum ſenſuum* officia. Qui DEVM interius loquentem audit, & videt; poteſt exterius loquentem audire, & videre hominem. quid quod *hîc* neceſſe ſit hominem dolorem ſentire, ſi, quod ſenſibus repugnet, ipſoſque lædat, ipſi adhibeatur; quamuis etiam mens cum Deo occupatiſsima ſit.

8. Sic neceſſe non eſt, *hîc*, virium illarum, quas *Motiuas* Philoſophi vocant, actiones ſuſpendi. Quemadmodum ſedere homo poteſt, & tacita mẽte Dei ſermones percipere: ita poteſt inambulans, & iter cõficiens. Deniq; poſſunt & *Appetitiua*, vt dicũtur, potẽtiæ ſuis officijs fungi, Deo cum hominis mente occupato. Et hoc quidẽ de illo appetitu certum eſt, quem *Rationalem* dicimus; qui ita cum occupationibus mentis cohæret, vt fructum ſemper ex illis aliquẽ percipiat: De alio autem, qui in *Iraſcibilem* diuiditur & *Concupiſcibilem*, res non minus eſt certa: cùm illius operationes ſenſum nunc externum, nunc internum ſequantur, quem vtrumque cum hac Locutione atque Apparitione conſiſtere poſſe diximus.

9. Veruntamen cùm Deum *extra Ecſtaſin* homo loquentem audit, ipſiuſque verba percipit; quædam etiam eſt abſtractio, ſiue diſtractio, huic intellectioni propria. Qualis verò? Talis, qua mens nullum neceſſarium ſubſidium à corpore, ſiue corporeis operationibus accipit, ad ea, quæ diuinitus reuelantur, intelligenda.

10. Ad intellectionem hanc nihil iuuat vis imaginandi; nihil ſenſuũ exteriorum, qualiũ qualium, exercitia. Omnis occupatio hîc mẽtis eſt: ſola mentis eſt. videat oculus, quę velit, audiat auris, quæ lubet; & monſtra & ſimulachra omnis generis formet imaginatio: ad mẽtis operationem hîc nihil faciunt omnia.

11. Nec hoc mirum. Quando enim ſenſus ſiue exteriores, ſiue interiores intellectioni ſeruiunt; prima ipſorum eſt occupatio; poſtrema mentis & intellectus. ipſique rem, quam neceſſe eſt ad intellectum venire, quibuſdam quaſi, vt ita dicã, modis diſponunt prius, atque aptant; quàm ad intellectus officinã admittatur. An in ſpirituali, ſiue intellectuali Dei Locutione, primã impreſsionem Deus facit in intellectum, & cum vnico intellectu occupatur tantum.

12. Quocirca intellectio hæc quodam modo contraria eſt noſtræ natura-

naturali,atque vſitatæ,de qua plurima Phyſici. In naturali atque vſitata,gradibus quibuſdam ad ipſam venitur. Incurrit v g. primū res in ſenſus exteriores: Deinde ſpecies ſui tranſmittit ad imaginationem; ex his intellectus,quem vocamus *agens* alias abſtrahit, & illi,qui poſsibilis dicitur, affert,fitque intellectio. In hac noſtra Intellectuali non,hi gradus,prima & vltima,atque tota,eſt intellectus occupatio. 13.

Habet igitur ſe intellectio,ſiue auditio,qua Deus hic loquens auditur,eo propemodum modo,ad potentias ſenſitiuas,quibus alioquin intellectioni ſeruire conuenit;quemadmodum ad eaſdem ſe habent potentiæ vegetatiuæ. Nam vt hæ operationes ſuas in humano corpore perſequuntur,& à ſenſibus ſubſidij habent nihil:ita intellectus hic ſuis inſiſtit,abſque vllo ſenſuū miniſterio; quāuis cum intellectus atque vegetantium potentiarum functionibus ſenſuum ſimul operationes concurrant,vel concurrere poſsint. 14.

Porro,quamuis,vt dictum eſt,cum hac intellectione poſſint aliarum potentiarum exercitia conſiſtere,dubium tamen non eſt, quin ipſarum vires langueſcant,& infirmentur. Quemadmodum *pluribus intentus,minor eſt ad ſingula ſenſus*;ita animus diuinarum rerum contemplationi inhærens,minus ad aliarum potentiarum opera attendit.

Et langueſcere veriſimile eſt,omnium aliarum potentiarū vires;minuſque perfectè operationes ſuas exercere:ſed tamen in primis illas,quas conſtat magis ex *anima intentione*. vt s. Thom. loquitur, *operari*:cuius generis ſunt illæ ſentientis animæ, non vegetantis hæ non tam ex *anima intentione*;quam *officio natura* operationes ſuas exequuntur. 15.

CAPVT VI.

De varijs perſonis,quibus Deus ſecundum intellectum apparuit, & locutus eſt,ſed præcipuè duobus generibus.

DE *potentia* nobis hic quæſtio non eſt;ſed de *facto*. Non quærimus,quibus Deus ſecundum intellectum tantum, *potuit* ſe communicare,& apparere:ſed quibus *apparuit*,& quibus cum egit,atque locutus eſt. Veruntamen,quia nec illud ſine fructu quæri poteſt,hoc quoque loco,cum altero, expediendum eſt:breuiſsimè,pro ratione inſtituti. 1.

2. Quid igitur de *potentia*? Reſpondemus verbo: *Nullus hominum genuiſſe*, cui Deus ſecundùm intellectũ apparere non potuerit: nõ potuerit loqui, & de diuinis rebus inſtruere. Nulla ex *parte Dei* hic eſt difficultas, nulla ex *parte humani intellectus*, qui loquentem audit atque inſtruitur: nulla ex *parte rerum*, de quibus à Deo humanus intellectus informatur.

3. Deo non minus difficile eſt, ſapientem atque inſipientem illuminare: ſenem prouectæque ætatis, atque puerum aut iuuenem: virum atque mulierem: probum atque improbum. *In ditione eius cuncta ſunt poſita*, Eſther, 13 *Potens eſt, etiam de lapidibus excitare filios Abrahæ*, Matth. 3 *Omnipotens eſt ſermo Dei*, Sap. 8. *Dixit, & facta ſunt; mãdauit & creata ſunt omnia*, Pſalm. 32. *Etiam corda Regum in manu eius sũt*, Prou. 21. Cui vult, ad cor loquitur.

4. Et quamuis *intellectus* omnium hominum non eædem vires: id tamen non tam ex intellectus, quàm virium ipſi ſeruientium defectu accidit. *At* vt hic Deum loquentem audiat, nullarum inferiorum potentiarum opera indiget Deus; per ſe, intellectum accedit; per ſe ſua communicat conſilia.

5. *Res* quoque, de quibus Deus homines, in hiſce Apparitionibus, inſtruit; nullæ tales ſunt, vt ipſorum ingenium ſuperent, & ab ipſo percipi nequeant; ſi modò Deus ſuo auxilio deeſſe nolit; quemadmodum deeſt nunquam. Quid maius atque excellentius diuina eſſentia? quis verò intellectus, qui eius, per Dei gratiam, non capax?

6. *Poteſt* igitur Deus *omni* hominum generi apparere: omnium corda ingredi: cum omnibus loqui. *Poſſunt* omnes Deum loquentem audire. Quid quòd & *ex omni genere loquentem aliqui audierunt*? ſapientes & nulla ſapientia clari? prouectæ ætatis, & qui ætate ſunt infirma? viri atque fœminæ? fideles atque infideles? Docemus rẽ certam ſubiectis exemplis.

Non *paruæ eruditionis* fuit Apoſtolus Paulus; eruditus, vt de ſe teſtatur; Act. 22. *ſecus pedes Gamalielis, iuxta veritatem paternæ legis*; & vt
7. ad Gal. c. 1. ſcribit, *proficiens ſuper omnes coætaneos ſuos: & quamuis imperitus ſermone; ſed tamen non ſcientia*; vt loquitur, 2. Corinth. 11. & hic loquentem audiuit Deum, *quæ non licet homini loqui*. Eundem loquentem audierunt plurim Prophetarum, quorum aliqui arabãt *in iugis boum duodecim*; vt Eliſæus: aliqui *ruborum mora diſtringebant*; vt Amos paſtor, & ruſticus: alii non melioris conditionis.

8. *Prouectæ ætatis* fuerunt iam dicti. At loquentem Deum audiuit

quoque

quoque Daniel *puer*. Cùm enim, vt dicitur, Daniel. 13. *duceretur ad mortem Suſanna, ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel, qui exclamans voce magna, Mundus, inquit, ego ſum à ſanguine huius, &c.* Danielem vincit infantia Ioannes Baptiſta; qui in vtero materno adhuc concluſus *exultare præ gaudio* nõ potuit, ad Virginis Matris aduentum, niſi loquentem in ſe Deum prius audiuiſſet. pro Ioanne ſunt plurimi Patres, quos citat Suarez in 3. partem D. Thomæ Tom. 2. diſp. 3. ſect. 7.

Et probi, vt putamus, fuère omnes, quos iam retulimus, ætate atque ſapientia diſtinctos. Pro *improbis* ſit Balaam, filius Beor, ariolus, Num. 22. Dæmonum ſocius, iiſque ſacrificia offerens, quemadmodum docet Toſtatus, Tom. 2. Num. q. 3. ſuper ca. 22. 9.

Nec *ſexus* rationem habuit DEVS, virorum mentibus ſeſe exhibuit, iiſque ſecreta ſua reuelauit. Reuelauit quoque aliquibus de *ſexu fœmineo*; ex quo ſuperius, cum Hebræis, ſeptẽ produximus, de quarum aliquibus (ſi nõ de omnibus) dubium non eſt, quin & ipſæ Deum loquentem interius audierint. Omitto Sibyllas, quarum Erithræa carmen reliquit, cuius initiales literæ faciũt hanc ſentẽtiã: Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator, crux. & cõcluditur hoc diſticho: 10.

Vnus & æternus Deus eſt ſeruator, & idem
Chriſtus pro nobis paſſus, quem carmina ſignant.

Legi poſſunt hæc in Oratione Conſtantini Magni, ad Sanctorũ cœtum; quæ habetur apud Euſebium, poſt vitam Conſtantini.

Quid quod nec *profeſſionis, ſiue religionis* rationem habuiſſe videatur Deus? & non fidelibus tantùm, verùm etiam *infidelibus* apparuerit? locutus ſit? Et hîc nobis poſſunt fortè ſeruire Balaam, atque Erithræa Sibylla; vt nihil de alijs dicam, quarum teſtimonia citant Iuſtinus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Lactantius, Auguſtinus, &c. 11.

Conuenienter verò Deus *neminem* hîc excluſit. Nam vel Apparitiones, atque Locutiones has voluit profuiſſe illis, quibus fiebant: vel non illis, ſed alijs, quos per hos, quibus ipſe loquebatur, voluit inſtitui. Vtrobiq; conueniebat nulla haberetur ratio perſonæ, nulla integritatis, ætatis, ſexus, conditionis, profeſſionis. Cupit Deus omnibus prodeſſe; omnes ad agnitionem veritatis venire; omnes ſaluos fieri. Nec certis hominibus indiget, dum per alios aliquos inſtruit. Qui per aſinam brutum animal inſtruxit Balaam; per quoſcunq;, cuiuſcũq; etiam ſint cõditionis, poteſt inſtituere quoſcũq;. 12.

Cæterũ, quamuis varia hominum genera diſtinxerimus, quorũ 13.

 menti-

Digitized by Google

mentibus Deus ſe, atque ſua obtulit: Omnia tamen ad *duas claſſes* reuocari poſſe, non incongrue, videntur. & in alia quidem *priuati* conſtituentur; in alia *publici*. Priuatos dicimus, quibus ſe, ſuaque Deus, propter priuatum ipſorum bonum, exhibuit. Publicos, quibus propter bonum, vel publicum, vel certè aliorũ. Quocirca hi diuinas Reuelationes idcirco accipiunt, vt eaſdem alijs ſignificent; illi, quamuis alijs ſignificare poſsint, hoc fine tamen à Deo iiſdem non communicantur.

14. Ex publici non *vnius* fuerunt generis omnes. Alij fuerunt *Sacerdotes*; alij *Prophetæ*. Illi certo ritu atque conſecratione, diuino cultui fuerunt deputati: hi à communi populo vix alio, quam ſola prophetandi facultate, diſtincti. Veruntamen & hos Sacerdotes, etiam aliquando *Prophetas* vocari, quemadmodum & omnes priuatos homines, quibus Deus loquitur, docet non malè Toſtatus, in Exod. Tom. 1. q. 16. ſuper c. 4. & pluribus locis.

CAPVT VII.

De Locutione, ſiue Reuelatione Dei Intellectuali, Sacerdotibus in veteri Teſtamento facta.

1. MAGNA Sacerdotum, in veteri Teſtamento, fuit *multitudo*, &, ſi Ioſepho, lib. 7. Antiq. cap. 11. fides habenda, illa aliquando numerum exceſsit *centum, & viginti millium*. Hęc de tribu Leui fuit, & ab Aaron, per duos eſſe filios. Eleazarum & Ithamar, eſt propagata: à Dauide verò, cum iam templũ eſſet ædificatum, in 24. claſſes diſtributa (1. Para. cap. 24.) & ſedecim quidem conſtituebant filij Eleazar, octo verò filij Ithamar. Omnes hi ad diuina myſteria peragenda nati: quamuis illa, niſi conſecrati adminiſtrarent.

2. Vnus erat in horum numero, poteſtate, & authoritate omnibus maior; qui nunc *Pontifex*, nunc *Sacerdos magnus*, nunc *ſummus Sacerdos*, nunc *Sacerdos maximus*, nunc *Princeps Sacerdotum* dicebatur, quẽadmodum notauit Toſtatus, Tom. 1. q. 26. in Matthæum. Hic, vt quædam communia cum alijs habuit; ita quædam propria: quemadmodum & hoc, quod ad *diuinum colloquium* admittebatur.

3. *Communia* ipſi, cum cæteris, fuerunt *quatuor*: quę Toſtatus colligit, in 18. cap. Num. quæ ſ. immolatio, ſcilicet, ſacrificiorum; quæ fiebat, extra Tabernaculum, in altari holocauſtorum: oblatio panum propoſitionis, ſuper menſam; quæ fiebat in exteriori parte Taber-

Tabernaculi, ad latus eius ſeptentrionale: Exod. 26. compoſitio lucernarum, in candelabro; quæ in eadem Tabernaculi parte fiebat, ad latus meridianum, cōtra menſam propoſitionis: Exod. 26. & oblatio thymiamatis; quæ quotidie fiebat, in altari aureo; quod erat ante Sancta Sanctorum, Exod. 30. Quatuor his addimus oblationem vaccæ rufæ, Num. 19. & expiationem leproſorum, Leuit. 13. & 14.

Proprium habuit, quod intraret in Sancta Sanctorum, ad aſpergēdum ſanguinem hirci: quod quidē ſemel in anno fiebat, in die expiationis, quæ erat decima menſis Septembris: Leuit. 16 Proprium & illud, quod ipſi Deus loqueretur; per ipſum populo reſponſa daret. 4

Porro non vno, ſed *duobus modis* ipſi Deus loquebatur; quandoq; *externa* voce; quemadmodum & plerunque Moyſi: quandoque voce *interna*, quę mente tantum concipiebatur, quemadmodum perſæpe Prophetis. De priori ſuperius plura dicta ſūt, lib. 2. De poſteriori quatuor explicanda; hæc ſcilicet: An omnino his aliquando Spiritualis, ſiue intellectualis Locutio facta. deinde, Quo loco facta. tertio, Quibus temporibus. quarto, Quomodo ad Deum audiendum ipſos comparatos eſſe oportebat. 5

Principio Locutionem diuinam, ſiue Reuelationem aliquando *ipſis factā eſſe* ex duobus videmur poſſe conijcere. Primum ex eo, q; in aliorum præſentia dei voluntatem aliquādo ſoli intellexerint, eandemque alijs *mox* indicauerint: tum deinde ex eo, quod plerūque inſtituti ſint per Vrim & Thummim, quod vt viua voce fieri potuit; ita & oratione, quæ mentis tantum aures pulſaret; quemadmodum viri docti tradunt, & nos inſinuauimus lib. 2. 6.

Locus præcipuus, vbi Sacerdotibus Deus loquebatur, erat Tabernaculum. Pulchre ſane ſcilicet hic & loquenti Deo, & ei, cui Deus loquebatur, & rei de qua ſermo habebatur, conueniebat. facit huc, quod Exod. 25. dicitur: *Præcipiam, & loquar ad te, ſupra propitiatorium & de medio duorum Cherubim, qui erunt ſuper arca Teſtimonij.* Hinc & Saul, conſulturus Dominum per Abiam Prophetam, 1 Reg. 14. iuſſit applicari arcam, quæ erat in Tabernaculo. 7.

Veruntamen non ita *determinatus* erat hic locus, quin & alio, cōſultus Deus, reſponſa daret; modo Ephod induti eſſent, Docet hoc Toſtatus, quæſt. 26. in 1. Reg. 14. Atque idem (ſcribens ſuper cap. 23. Exod. quæſt. 28.) probat ex ca. 23 Reg. 1. vbi Dauid, in Ceila conſtitutus (vbi nec arca, nec Tabernaculum erat) per Abiathar 8.

Itaq; naturalis mentis noſtræ, ſeu intellectus, agendi modus in
4. Ecſtaſi interturbatur. Poſtulat ille in ſui ſubſidium, operam ſenſuū,
partim exteriorum, partim interiorum: in Ecſtaſi hi nihil iuuant,
nihil promouent: ipſum intellectum & mentem ſibi relinquunt:
hæc verò nō minus, quàm ſi extra corpus poſita eſſet, operationes
ſuas perficit.

Veruntamen ad Ecſtaſin hæc abſtractio non ſufficit. Poſſunt e-
5. nim nihil ad intellectionem conferre ſenſus tam exteriores, quàm
interiores: & tamen nondum in Ecſtaſi cōſtitutus dici homo; quē-
admodum & nihil conferunt in altera illa intellectuali locutione,
quam Ecſtaticæ oppoſuimus, neceſſe præterea eſt, vt prorſus à ſuis
functionibus vacent ſenſus; vt nullus ſenſus ſit ſenſuum.

An animales quoque operationes in Ecſtaſi conquieſcunt? Cō-
6. quieſcere ſentit Toſtatus in c. 3. lib. 4 Reg. q. 12. At S. Thom. putat
hoc ad Raptum ſiue Ecſtaſin non requiri. *Vires*, inquit, *animæ vege-
tabilis nō operantur ex intentione animæ, ſicut vires ſenſitiuæ, ſed per modum
naturæ: & ideo non requiritur ad Raptum ab iis abſtractio, ſicut à potentiis
ſenſitiuis, per quarum operationes minueretur intentio animæ circa intelle-
ctiuam cognitionem.* Ita in ſol. ad 3. q. 175. a. 5. 22. & Suarez Tō. 2. diſp.
26. 29. ſect. 2. Sed profectò ſi non prorſus, vt velle videtur Toſtatus,
tolluntur, vehementer infirmantur.

7. Porrò propter hanc mentis abſtractionē fit, vt homo in Ecſtaſi
cōſtitutus, dicatur nec proſperis rebus, quæ exterius afferuntur ſen-
ſibus, affici; nec difficilibus, aut ſenſui contrariis cruciari: dicatur à
mortuo non differre. Et profectò, ſi ſenſuum hic iudicium conſu-
lere velis, viuere non facile dixeris. Sed & ipſi, qui rapiuntur, cūm
ad ſe redeunt, ignorant, fuerintne in corpore, quo tempore rapti
fuerunt, an extra corpus: quemadmodum & Apoſtolus raptus ad
tertium cœlum, ignorabat, vtrum ſimul cum corpore raptus fuiſ-
ſet, an, ſine corpore, mens ſola.

8. Et quemadmodum à mortuis non differre videntur, quamuis
differant, rapti: ita non videntur differre à dormientibus, & ſomno
captis, quamuis & ab his reuera differant. Hoc conuenire videntur,
quod vtrobique ſenſuum quoddam ſit ligamen: differre, quod in
ſomno ſuæ operationes relinquantur potentiis naturalibus, imò
illæ perficiantur; in Ecſtaſi hæ vehementer impediantur: vt ob
id non malè doceat doctiſſimus Toſtatus, q. 400. in 13. c. Gen. quā-
tum ad hoc, ſomnum eſſe vtilem, & ad corporum facere conſerua-
tionem, adeoq; intentum eſſe à natura; Ecſtaſin officere corpori-
bus, & cum natura quodam modo pugnare.

9. Quocirca fit, vt etiam hæc abſtractio longè differat ab illa, in qua
rapi

Digitized by Google

rapi videntur Magi atque malefici: quamuis cum illa quandam habeat ſimilitudinem. Refert Toſtatus, ſuper 13 cap. Geneſ. q. 354. ſuo tempore fuiſſe lamiam, quæ affirmaret ſe varias terras peragraturam breuiſſimo tempore, ſi vellet. cumque eidem non crederetur, vt verbis fidem faceret vnxiſſe ſe, & illicò corruiſſe in terram, veluti mortuam; ita, vt admotum ignem nō ſenſerit. poſtmodum ad ſe reuerſam narraſſe mirabilia ſe vidiſſe, feciſſe. Similia, exempla plura habet Bodinus de Dæmonomachia lib 2 cap. 5. Ab hac abſtractione, noſtra differt. quoniā quāuis ibi ſenſibus exterioribus quidam quaſi compedes iniecti ſint, & à ſuis functionibus ipſi impediantur: in interioribus tamen (phantaſiam loquor) maxima fiebat impreſsio. in ecſtaſi noſtra, & exteriores & interiores ſenſus ſunt ſuſpenſi.

Hinc eſt, quod in ecſtaſi mens, ſiue animus hominis, duo tantum habeat officia: alterum eſt, quod det viuere *in actu primo*, vt in ſcholis loquuntur: alterum, quod totus ad intellectus operationes attendat, & reliquarum potentiarum, ex Toſtati ſententia, nullam curam ſuſtineat. 10.

Hinc item eſt, vt ſecundùm eundem, vna tantùm ſit vitalis operatio in iis, qui ecſtaſin patiuntur; illa ſcilicet, quæ partis eſt rationalis, & intellectum complectitur atque voluntatem, cæteris omnibus potentiis ab officio, functionibuſque ſuſpenſis. 11.

Et quia vitalis hæc in ecſtaſi eſt operatio, non ipſe Deo tantum tribuenda eſt. Mens verè eius principium eſt, & quidem actuum principium intrinſecum. Quidquid hic Dei eſt, extrinſecum eſt, & ipſe loquens ſiue illuminans: & lumen quo mentem illuminat: & res, quas menti obiicit, & reuelat. 12.

Totum igitur ligamen potentiarum ſenſibilium fit, vt alterum, quod in ecſtaſi diximus eſſe neceſſarium, felicius peragatur: hoc eſt, reuelationi rerum diuinarum mens atque intellectus, totus incumbat, iis totum ſe tradat. Quemadmodum enim vires naturales perficiuntur dum animus tantum ipſis intentus, ab operationibus mentis vacat (vt in dormientibus eſt clarum) ita perficitur intellectus in ſuis, dum mens ab animalibus eſt libera. 13.

Abſtractus igitur ab aliis functionibus animus aurē Deo loquēti commodiſſimè præbet: loquentem in ſe, & ſibi audit: audita in memoriam recolligit, expendit, ruminat: & quo modo hæc vel ſibi, vel aliis, pro Dei voluntate accommodare debeat, tanto melius intelligit; quanto in paucioribus occupatur. 14.

Dum verò diuinis Locutionibus aures præbet, an quoq; ad *alia* 15.

Digitized by Google

Reges;qui in dubiis rebus de diuina voluntate per Sacerdotes inſtituebantur:Cum Prophetis coniungo genus *fœmininum*. ex hoc 7.
Propheti ſſas aſſerunt Hebræi: Mariã ſororẽ Moyſi, Deboram, Annã matrẽ Samuelis, Abigail, mulierẽ quæ locuta eſt ad Ioab dicens: *Qui interrogant, interrogent in Abela.* Odolã vxorẽ Sallũ,& vxorẽ Iſaiæ, de quibus vide Toſtatũ, in 1.Reg.T.2.q.12 ſuper c.25. Vtrũ omnib. his locutus ſit Deus, Intellectualiſq; ipſis Apparitio facta, dici facilè non poteſt, de Odola vix dubium eſt. Vide 4.Reg.cap.22.

Deniq; in his Reuelationibus nũc *nouas ſpecies* eſſe cõmunicatas, 13.
atq; nulla à *phantaſmatibus* ſubſidia interueniſſe dubiũ non eſt. Et res poteſt doceri ex iis, quæ de ſcientia Chriſti infuſa traduntur à Theol. ad q.10. S.Tho. in 3.p. tũ etiã ex maieſtate atq; magnitudine rerũ, quæ hîc ſæpius ſunt reuelatæ: nũc verò priorum ſiue habitarũ nouum vſum fuiſſe, atque phantaſmata cum phantaſia ad Intellectionem concurriſſe, tam eſt certum, quàm quod certiſſimum.

Hæc de *diuiſionibus* Intellectualis Apparitionis, & Locutionis breuiter. 14.
Vna nobis ꝓſequẽda eſt, & exactius diſcutiẽda: illa; quæ ex *modo* ſũpta eſt; tũ quia receptior eſt, tũ quia plus, quã aliæ habet difficultatis, tũ etiã, ꝙ ex hac, quid de aliis iudicandũ, facilè colligatur.

CAPVT IV.

De Apparitione & Locutione Dei Intellectuali, quæ hominib. in Ecſtaſi accidit.

AD Ecſtaſin duo videntur requiri, teſte Toſtato, 3. Reg. 1.
q 18. ſuper c.13. vnum eſt, vt res quædã homini diuinitus reuelentur: alterum, vt à ſuis operationibus ceſſent potẽtiæ ſenſitiuæ. Si vel diuinitus nihil reueletur: vel reueletur quidẽ aliquid; potentiæ tamẽ ſenſitiuæ ſuas operationes retineant, rapi non dicetur in Ecſtaſin homo. Hinc Dionyſ. Areopag. *Ecſtaſin* vocat *abſtractionem mentis à corpore ad cœleſtia contemplanda.*

Vtrũ verò *ſimul* vtrumq; concurrat; an vnum altero prius; & ꝙ 2.
quo; difficulter dixeris. Veriſimile eſt nũc mentẽ prius circa rem, quæ obiicitur, occupari, ac vehemẽtia cogitationis paulatim à corpore abſtrahi: nũc prius abſtrahi à corpore, & poſtmodũ, totã meditationi diuinarũ rerũ tradi: nũc ſimul abſtrahi, & ſimul occupari.

A corpore porrò mens *abſtrahi*, nõ ita dicitur, quaſi corpus ad
tẽpus relinquat; atq; alio loco ſit ipſa, alio loco corpus; vt docere vi 3.
detur Bodin' l.2 c.4. de Dæmõ. Nõ hæc Ecſtaſis eſſet, ſed mors corporis; nec, niſi maximo miraculo, rurſus corpori mẽs coniungeretur. Abſtrahi dicitur, quia operationes quaſdã ſine vllo corporis adminiculo exercet.

6. Non ſuſpenduntur actiones *potentiarum ſenſitiuarum interiorum:* memoriæ intelligo, imaginationis, & ſenſus communis. Poteſt homo, dum in ſe loquentem Deum audit, de diuinis rebus inſtitui, ſecundùm mentem: & ſuæ poſſunt his ſenſitiuis viribus, eodem tempore, eſſe operationes.

7. Non ſuſpenduntur *exteriorum ſenſuum* officia. Qui DEVM interius loquentem audit, & videt; poteſt exterius loquentem audire, & videre hominem. quid quod *hîc* neceſſe ſit hominem dolorem ſentire, ſi, quod ſenſibus repugnet, ipſoſque lædat, ipſi adhibeatur; quamuis etiam mens cum Deo occupatiſsima ſit.

8. Sic neceſſe non eſt, *hîc,* virium illarum, quas *Motiuas* Philoſophi vocant, actiones ſuſpendi. Quemadmodum ſedere homo poteſt, & tacita mẽte Dei ſermones percipere: ita poteſt inambulans, & iter cõficiens. Deniq; poſſunt & *Appetitiua*, vt dicũtur, potẽtiæ ſuis officijs fungi, Deo cum hominis mente occupato. Et hoc quidẽ de illo appetitu certum eſt, quem *Rationalem* dicimus; qui ita cum occupationibus mentis cohæret, vt fructum ſemper ex illis aliquẽ percipiat. De alio autem, qui in *Iraſcibilem* diuiditur & *Concupiſcibilem*, res non minus eſt certa: cùm illius operationes ſenſum nunc externum, nunc internum ſequantur, quem vtrumque cum hac Locutione atque Apparitione conſiſtere poſſe diximus.

9. Veruntamen cùm Deum *extra Ecſtaſin* homo loquentem audit, ipſiuſque verba percipit; quædam etiam eſt abſtractio, ſiue diſtractio, huic intellectioni propria. Qualis verò? Talis, qua mens nullum neceſſarium ſubſidium à corpore, ſiue corporeis operationibus accipit, ad ea, quæ diuinitus reuelantur, intelligenda.

10. Ad intellectionem hanc nihil iuuat vis imaginandi; nihil ſenſuũ exteriorum, qualiũ qualium, exercitia. Omnis occupatio hîc mẽtis eſt: ſola mentis eſt. videat oculus, quę velit, audiat auris, quæ lubet; & monſtra & ſimulachra omnis generis formet imaginatio: ad mẽtis operationem hîc nihil faciunt omnia.

11. Nec hoc mirum. Quando enim ſenſus ſiue exteriores, ſiue interiores intellectioni ſeruiunt; prima ipſorum eſt occupatio; poſtrema mentis & intellectus. ipſique rem, quam neceſſe eſt ad intellectum venire, quibuſdam quaſi, vt ita dicã, modis diſponunt prius, atque aptant; quàm ad intellectus officinã admittatur. An in ſpirituali, ſiue intellectuali Dei Locutione, primã impreſsionem Deus facit in intellectum, & cum vnico intellectu occupatur tantum.

12. Quocirca intellectio hæc quodam modo contraria eſt noſtræ natura-

naturali, atque vſitatæ, de qua plurima Phyſici. In naturali atque vſitata, gradibus quibuſdam ad ipſam venitur. Incurrit v. g. primò res in ſenſus exteriores: Deinde ſpecies ſui tranſmittit ad imaginationem; ex his intellectus, quem vocamus *agens* alias abſtrahit, & illi, qui poſsibilis dicitur, affert, fitque intellectio. In hac noſtra Intellectuali non, hi gradus. prima & vltima, atque tota, eſt intellectus occupatio. 13.

Habet igitur ſe intellectio, ſiue auditio, qua Deus hic loquens auditur, eo propemodum modo, ad potentias ſenſitiuas, quibus alioquin intellectioni ſeruire conuenit; quemadmodum ad eaſdem ſe habent potentiæ vegetatiuæ. Nam vt hæ operationes ſuas in humano corpore perſequuntur, & à ſenſibus ſubſidij habent nihil: ita intellectus hic ſuis inſiſtit, abſque vllo ſenſuũ miniſterio; quãuis cum intellectus atque vegetantium potentiarum functionibus ſenſuum ſimul operationes concurrant, vel concurrere poſsint. 14.

Porro, quamuis, vt dictum eſt, cum hac intellectione poſſint aliarum potentiarum exercitia conſiſtere, dubium tamen non eſt, quin ipſarum vires langueſcant, & infirmentur. Quemadmodum *pluribus intentus, minor eſt ad ſingula ſenſus*; ita animus diuinarum rerum contemplationi inhærens, minus ad aliarum potentiarum opera attendit.

Et langueſcere veriſimile eſt, omnium aliarum potentiarũ vires; minuſque perfectè operationes ſuas exercere: ſed tamen in primis illas, quas conſtat magis ex *animæ intentione*. vt s. Thom. loquitur, *operari*: cuius generis ſunt illæ ſentientis animæ, non vegetantis hæ non tam ex *animæ intentione*; quam *officio naturæ* operationes ſuas exequuntur. 15.

CAPVT VI.

De varijs perſonis, quibus Deus ſecundum intellectum apparuit, & locutus eſt, ſed præcipuè duobus generibus.

DE *potentia* nobis hic quæſtio non eſt; ſed de *facto*. Non 1. quærimus, quibus Deus ſecundum intellectum tantum, *potuit* ſe communicare, & apparere: ſed quibus *apparuit*, & quibus cum egit, atque locutus eſt. Veruntamen, quia nec illud ſine fructu quæri poteſt, hoc quoque loco, cum altero, expediendum eſt: breuiſsimè, pro ratione inſtituti.

2. Quid igitur de *potentia*? Reſpondemus verbo: *Nullum hominum genus eſſe*, cui Deus ſecundùm intellectū apparere non potuerit; nō potuerit loqui, & de diuinis rebus inſtruere. Nulla ex *parte Dei* hic eſt difficultas, nulla ex *parte humani intellectus*, qui loquentem audit atque inſtruitur: nulla ex *parte rerum*, de quibus à Deo humanus intellectus informatur.

3. Deo non minus difficile eſt, ſapientem atque inſipientem illuminare: ſenem prouectæque ætatis, atque puerum aut iuuenem: virum atque mulierem: probum atque improbum. *In ditione eius cuncta ſunt poſita*, Eſther, 13 *Potens eſt, etiam de lapidibus excitare filios Abrahæ*, Matth. 3 *Omnipotens eſt ſermo Dei*, Sap. 8. *Dixit, & facta ſunt; mādauit & creata ſunt omnia*, pſalm. 32. *Etiam corda Regum in manu eius sūt*, Prou. 21. Cui vult, ad cor loquitur.

4. Et quamuis *intellectus* omnium hominum non eædem vires: id tamen non tam ex intellectus, quàm virium ipſi ſeruientium defectu accidit. *At* vt hic Deum loquentem audiat, nullarum inferiorum potentiarum opera indiget Deus; per ſe, intellectum accedit; per ſe ſua communicat conſilia.

5. *Res* quoque, de quibus Deus homines, in hiſce Apparitionibus, inſtruit; nullæ tales ſunt, vt ipſorum ingenium ſuperent, & ab ipſo percipi nequeant; ſi modò Deus ſuo auxilio deeſſe nolit; quemadmodum deeſt nunquam. Quid maius atque excellentius diuina eſſentia? quis verò intellectus, qui eius, per Dei gratiam, non capax?

6. *Poteſt* igitur Deus *omni* hominum generi apparere: omnium corda ingredi: cum omnibus loqui. *Poſſunt* omnes Deum loquentem audire. Quid quòd & *ex omni genere loquentem aliqui audierunt*? ſapientes & nulla ſapientia clari? prouectæ ætatis, & qui ætate ſunt infirma? viri atque fœminæ? fideles atque infideles? Docemus rē certam ſubiectis exemplis.

Non *paruæ eruditionis* fuit Apoſtolus Paulus; eruditus, vt de ſe te-
7. ſtatur, Act. 22. *ſecus pedes Gamalielis, iuxta veritatem paternæ legis*; & vt ad Gal. c. 1. ſcribit, *proficiens ſuper omnes coætaneos ſuos: & quamuis imperitus ſermone: ſed tamen non ſcientia*; vt loquitur, 2. Corinth. 11. & hic loquentem audiuit Deum, *quæ non licet homini loqui*. Eundem loquentem audierunt plurim Prophetarum, quorum aliqui arabāt *in iugis boum duodecim*; vt Eliſæus: aliqui *ruborum mora diſtringebant*; vt Amos paſtor, & ruſticus: alii non melioris conditionis.

Prouectæ ætatis fuerunt iam dicti. At loquentem Deum audiuit
8.

quoque

quoque Daniel *puer*. Cùm enim, vt dicitur, Daniel. 13. *duceretur ad mortem Suſanna, ſuſcitauit Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel, qui exclamans voce magna, Mundus, inquit, ego ſum à ſanguine huius, &c.* Danielem vincit infantia Ioannes Baptiſta; qui in vtero materno adhuc concluſus *exultare præ gaudio* nõ potuit, ad Virginis Matris aduentum, niſi loquentem in ſe Deum prius audiuiſſet. pro Ioanne ſunt plurimi Patres, quos citat Suarez in 3. partem D. Thomæ Tom. 2. diſp. 3. ſect. 7.

Et *probi*, vt putamus, fuère omnes, quos iam retulimus, ætate at- 9.
que ſapientia diſtinctos. Pro *improbis* ſit Balaam, filius Beor, ariolus, Num. 22. Dæmonum ſocius, ijſque ſacrificia offerens, quemadmodum docet Toſtatus, Tom. 2. Num. q. 3. ſuper ca. 22.

Nec *ſexus* rationem habuit DEVS, virorum mentibus ſeſe exhi- 10.
buit, ijſque ſecreta ſua reuelauit. Reuelauit quoque aliquibus de *ſexu fœmineo*; ex quo ſuperius, cum Hebræis, ſeptẽ produximus, de quarum aliquibus (ſi nõ de omnibus) dubium non eſt, quin & ipſæ Deum loquentem interius audierint. Omitto Sibyllas, quarum Erithræa carmen reliquit, cuius initiales literæ faciũt hanc ſentẽtiã: Ieſus Chriſtus Dei filius Saluator, crux. & cõcluditur hoc diſticho:

Vnus & æternus Deus eſt ſeruator, & idem
Chriſtus pro nobis paſſus, quem carmina ſignant.

Legi poſſunt hæc in Oratione Conſtantini Magni, ad Sanctorũ cœtum; quæ habetur apud Euſebium, poſt vitam conſtantini.

Quid quod nec *profeſſionis, ſiue religionis* rationem habuiſſe videa- 11.
tur Deus? & non fidelibus tantùm, verùm etiam *infidelibus* apparuerit? locutus ſit? Et hîc nobis poſſunt fortè ſeruire Balaam, atque Erithræa Sibylla; vt nihil de alijs dicam, quarum teſtimonia citant Iuſtinus, Athenagoras, Clemens Alexandrinus, Lactantius, Auguſtinus, &c.

Conuenienter verò Deus *neminem* hîc excluſit. Nam vel Apparitio- 12.
nes, atque Locutiones has voluit profuiſſe illis, quibus fiebant: vel non illis, ſed alijs, quos per hos, quibus ipſe loquebatur, voluit inſtitui. Vtrobiq; conueniebat nulla haberetur ratio perſonæ, nulla integritatis, ætatis, ſexus, conditionis, profeſsionis. Cupit Deus omnibus prodeſſe; omnes ad agnitionem veritatis venire; omnes ſaluos fieri. Nec certis hominibus indiget, dum per alios aliquos inſtruit. Qui per aſinam brutum animal inſtruxit Balaam; per quoſcunq;, cuiuſcũq; etiam ſint cõditionis, poteſt inſtituere quoſcũq;.

Cæterũ, quamuis varia hominum genera diſtinxerimus, quorũ 13.

mentibus Deus ſe, atque ſua obtulit: Omnia tamen ad *duas claſſes* reuocari poſſe, non incongrue, videntur. & in alia quidem *priuati* conſtituentur; in alia *publici*. Priuatos dicimus, quibus ſe, ſuaque Deus, propter priuatum ipſorum bonum, exhibuit. Publicos, quibus propter bonum, vel publicum, vel certè aliorũ. Quocirca hi diuinas Reuelationes idcirco accipiunt, vt eaſdem alijs ſignificent; illi, quamuis alijs ſignificare poſsint, hoc fine tamen à Deo iiſdem non communicantur.

14. *Ex publici* non *vnius* fuerunt generis omnes. Alij fuerunt *Sacerdotes*; alij *Prophetæ*. Illi certo ritu atque conſecratione, diuino cultui fuerunt deputati: hi à communi populo vix alio, quam ſola prophetandi facultate, diſtincti. Veruntamen & hos Sacerdotes, etiam aliquando *Prophetas* vocari, quemadmodum & omnes priuatos homines, quibus Deus loquitur, docet non malè Toſtatus, in Exod. Tom. 1. q. 16. ſuper c. 4. & pluribus locis.

CAPVT VII.

De Locutione, ſiue Reuelatione Dei Intellectuali, Sacerdotibus in veteri Teſtamento facta.

1. MAGNA Sacerdotum, in veteri Teſtamento, fuit *multitudo*, & ſi Ioſepho, lib. 7. Antiq. cap. 11. fides habenda, illa aliquando numerum excesſit *centum, & viginti millium*. Hęc de tribu Leui fuit, & ab Aaron, per duos eſſe filios, Eleazarum & Ithamar, eſt propagata: à Dauide verò, cum iam templũ eſſet ædificatum, in 24. claſſes diſtributa (1. Para. cap. 24.) & ſedecim quidem conſtituebant filij Eleazar, octo verò filij Ithamar. Omnes hi ad diuina myſteria peragenda nati: quamuis illa, niſi conſecrati adminiſtrarent.

2. Vnus erat in horum numero, poteſtate, & authoritate omnibus maior; qui nunc *Pontifex*, nunc *Sacerdos magnus*, nunc *ſummus Sacerdos*, nunc *Sacerdos maximus*, nunc *Princeps Sacerdotum* dicebatur, quẽadmodum notauit Toſtatus, Tom. 1. q. 26. in Matthæum. Hic, vt quædam communia cum alijs habuit; ita quædam propria: quemadmodum & hoc, quod ad *diuinum colloquium* admittebatur.

3. *Communia* ipſi, cum cæteris, fuerunt *quatuor*: quę Toſtatus colligit, in 18. cap. Num. quæ 3. immolatio, ſcilicet, ſacrificiorum; quæ fiebat, extra Tabernaculum, in altari holocauſtorum: oblatio panum propoſitionis, ſuper menſam; quæ fiebat in exteriori parte

Digitized by Google

Tabernaculi, ad latus eius ſeptentrionale: Exod. 26. compoſitio lucernarum, in candelabro; quæ in eadem Tabernaculi parte fiebat, ad latus meridianum, cõtra menſam propoſitionis: Exod. 26. & oblatio thymiamatis; quæ quotidie fiebat, in altari aureo; quod erat ante Sancta Sanctorum, Exod. 30. Quatuor his addimus oblationem vaccæ rufæ, Num. 19. & expiationem leproſorum, Leuit. 13. & 14.

Proprium habuit, quod intraret in Sancta Sanctorum, ad aſpergẽdum ſanguinem hirci: quod quidẽ ſemel in anno fiebat, in die expiationis, quæ erat decima menſis Septembris: Leuit. 16 Proprium & illud, quod ipſi Deus loqueretur; per ipſum populo reſponſa daret. 4.

Porro non vno, ſed *duobus modis* ipſi Deus loquebatur, quandoq; *externa* voce; quemadmodum & plerunque Moyſi: quandoque voce *interna*, quę mente tantum concipiebatur, quemadmodum perſæpe Prophetis. De priori ſuperius plura dicta ſũt, lib. 2. De poſteriori quatuor explicanda; hæc ſcilicet: An omnino his aliquando Spiritualis, ſiue intellectualis Locutio facta. deinde, Quo loco facta. tertio, Quibus temporibus. quarto, Quomodo ad Deum audiendum ipſos comparatos eſſe oportebat. 5.

Principio Locutionem diuinam, ſiue Reuelationem aliquando *ipſis factã eſſe* ex duobus videmur poſſe conijcere. Primum ex eo, q in aliorum præſentia Dei voluntatem aliquãdo ſoli intellexerint, eandemque alijs *mox* indicauerint: tum deinde ex eo, quod plerũque inſtituti ſint per Vrim & Thummim, quod vt viua voce fieri potuit; ita & oratione, quæ mentis tantum aures pulſaret; quemadmodum viri docti tradunt, & nos inſinuauimus. lib. 2. 6.

Locus præcipuus, vbi Sacerdotibus Deus loquebatur, erat Tabernaculum. Pulchre ſane ſcilicet, hic & loquenti Deo, & ei, cui Deus loquebatur, & rei de qua ſermo habebatur, conueniebat. facit huc, quod Exod. 25. dicitur: *Præcipiam, & loquar ad te, ſupra propitiatorium & de medio duorum Cherubim, qui erunt ſuper arca Teſtimonij*. Hinc & Saul, conſulturus Dominum per Abiam Prophetam, 1. Reg. 14. iuſſit applicari arcam, quæ erat in Tabernaculo. 7.

Veruntamen non ita *determinatus* erat hic locus, quin & alio, cõſultus Deus, reſponſa daret; modo Ephod induti eſſent. Docet hoc Toſtatus, quæſt. 26. in 1. Reg. 14. Atque idem (ſcribens ſuper cap. 23. Exod. quæſt. 28.) probat ex ca. 23 Reg. 1. vbi Dauid, in Ceila conſtitutus (vbi nec arca, nec Tabernaculum erat) per Abiathar 8.

Sacerdotem, diuinitus inſtitutum, intellexit, ſibi fugam capeſſendam; ſi manus Saul velit effugere. Probat idem in ſeptimo Iudicũ, deſcribens Ephod, quod Gedeon fecit: in quo fornicatus eſt omnis Iſrael.

9. Sic in Tabernaculo *duplex* poteſt diſtingui locus. Vnus ipſa Sancta Sanctorum: alter, alius quicunque ab hoc diſtinctus. Nam & in Sanctorum Sanctis, coram arca, Deum conſultum eſſe, & reſponſa dediſſe non malè docet Toſtatus, quæſtione 11. ſuper 14. primi Regum.

10. *Omni verò tempore* conſultus Deus reſponſa dabat: ſiue extra Tabernaculum conſuleretur; ſiue in Tabernaculo. ſed tamen in Tabernaculo, niſi res vrgeret aliud, *certis temporibus* & rogabatur, & reſponſa dabat: ijs ſcilicet, quibus Sacerdotes illud, pro conſuetudine, ingrediebantur. Ingrediebantur verò, vt notauit Ioſephus, lib. 6. de bello Iudaico, cap. 6. non quotidie, ſed ſabbatis tantùm, & calendis & diebus feſtis. Atque his *ordinariè* Deus conſulebatur: his reſpondebat. in Sanctis autem Sanctorum ſemel in anno: quemadmodum & ſemel, in anno, illa licebat ingredi, vt patet Leuitic. 16. Hebr. 9.

11. *Præparatio* Sacerdotum, ad diuinum reſponſum, neceſſaria; partim in *munditia* conſiſtebat: partim in *corporis afflictione*: partim in *mentis exercitio*: partim in *decenti legeq́, diuinitus præſcripto habitu*. Mũditia externa erat. Ad afflictionem corporis pertinebat ieiunium: ad mentis exercitium oratio: ad habitum, præter alias veſtes, Ephod.

12. *Externa*, inquam, *munditia* requirebatur: lotio, videlicet, manuũ atque pedum, in labio æneo, quod ante altare holocauſtorum conſtitutũ erat. Hanc enim, vt neceſſe erat præmitti, antequam ad ſacra miniſteria accederent; ita antequam intrarent Tabernaculum, Deum conſulturi. vide Toſtatum Tom. 1. in Exodum, quæſt. 20. ſuper caput 28. & quæſt. 9. ſuper cap. 40.

13. Præter hanc, ſuſpicor neceſſariam fuiſſe aliam quandam munditiam: continentiam ſcilicet, omnem, quæ pollutione carnis potuit violari. Cùm enim poſteriore hanc in ſe deſiderari intelligeret Matthias, quidã Sacerdos, Chriſti tempore, in die expiationis Tabernaculum intrare auſus non fuit; quemadmodũ, poſt Ioſephum, habet Toſtatus. 1. Paralipom. quæſt. 16. ſuper cap. 9. & Leuit. ſuper cap. 21. quæſt. 20.

14. *Interna* munditia, & vitæ integritas neceſſaria non erat, poterat

hic

hic ſeruire populo, qui peruerſis erat moribus. Sed tamē hāc Deo gratam fuiſſe, & ſacerdotibus conuenientiſsimam inſinuat lotio exterior.

In *oratione* & Deo res, qua conſulebatur, proponebatur; &, vt 15.
reſponſum daret, rogabatur. Patet id, primo Reg. 22. exemplo Dauidis Vtrumque præſtabant Sacerdotes. quamuis aliqui rem putent propoſitam ab iis, qui reſponſa exſpectabant (vt notat Toſtatus, quæſt. 31. in 14. Cap. 1. Regum) reſponſum verò ſemper acceptum à Sacerdotibus.

Conuenienter verò *oratio* adhibebatur: quia à Deo hic benefici- 16.
um & exſpectabatur, & accipiebatur: ad quod obtinendum, ſi quid promouet, promouet oratio: præſentiſſimum, ad Deum flectendum, & quiduis impetrandum præſidium.

Orationis ala *ieiunium* eſt. Citius ad cœlos mens tranſuolat, quā- 17.
do ieiunio carnis petulantia frangitur. Neque enim pinguis, & plenus venter generat ſenſum tenuem, qui in oratione plurimum valet. Sed & ieiunij, per ſe, vires magnæ, ad Dei nobis miſericordiam beneuolentiamque conciliandam.

Cum ieiunio coniungo *abſtinentiam à vino*: quod prohibitum e- 18.
rat ſacris operaturis, Leuit. 10. *Vinum*, loquitur Dominus Aaroni, *& omne quod inebriare poteſt, non bibetis; tu, & filij tui, quando intrabitis in Tabernaculum teſtimonij, ne moriamini, quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras.* Coniungo & *continentiam* actus coniugalis; quemadmodum probat Toſtatus, Tom. 2. in Matthæum q. 238. ſuper c. 5. & confirmat Capit. Connubia, 32. q. 2.

Ephod hic Sacerdotibus non quiuis ſeruiebat; ſed certus tantùm: 19.
ille, ſcilicet, qui ſummo Sacerdoti fuit proprius: non alter lineus, qui ad ſimilitudinem Ephod Pontificis fuit factus: quo vtebantur, non ſolùm ſacerdotes & Leuitæ; verùm etiam Laici, ſi quando diuino cultui, quouis modo, deſeruiebant. De poſteriori hoc intelligitur quod legitur, 1. Reg. 2. *Samuel autē miniſtrabat ante faciem Domini, puer: amictus Ephod lineo.* & illud, cap. 22. *Irruit in Sacerdotes, & trucidauit, in illa die, octoginta quinque viros, veſtitos Ephod lineo:* & illud 2. Re. 5. *Dauid amictus erat Ephod lineo.* De priori illo, proprio Pōtificis nos ſuperius, li. 2. cū de Vrim & Thummim. Hic multo erat ille lineo præſtantior: ſiquidem auro cōſtabat, hyacintho, purpura coccoq; bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito: lapidibus duobus onychinis, & in aliis, qui *Rationale* ornabant. Vide Riberam, li. 2. de Sacerdotio c. 10.

Ephod:

Digitized by Google

20. Ephod hoc non ornatus tantum cauſa vtebantur Sacerdotes; verum etiam, vt ex ipſo diuinum reſponſum haberent, aſſumebāt. ſiquidem in ipſo Vrim erant, & Thummim, per quæ de diuina voluntate certiores fiebant Sacerdotes; & ſine quibus diuinum reſpōſum fruſtra expectabatur, teſte Toſtato in 1. Regum. Hinc eſt, vt in Sacris literis per Vrim & Thummim, reſpōſa dicantur accepta, quæ per ſacerdotes habebantur. Exempli cauſa duo, vel tria loca afferimus. Numerorum 27. iubetur Ioſue, ſucceſſor Moyſis, ſiſti coram Eleazaro Sacerdote, & omni multitudine. Deinde ſequitur, *Pro hoc, ſi quid agendum erit, Eleazar Sacerdos conſulet Dominum*. Vbi textus Hebręus habet; *& Interrogauit illi* (h. e. pro illo) *in iudicio Vrim*. quaſi dicat: cum aliquid erit agendum, Pontifex conſulet Dominū per Vrim. Chaldæus ad idem alludit: *vt conſulat*, inquit, *pro eo, in iudicio Illuminationis coram Domino*. Rurſus, 1. Regum 28 dicitur: *conſuluitq; Dominū, & nō reſpōdit ei, neque per ſomnia, neq; per ſacerdotes, neque per Prophetas*. Vbi nos habemus *per Sacerdotes*, in Hebræo eſt, *per Vrim*: & LXX. legunt, *in manifeſtiis, ſiue manifeſtantibus*, quod nomen Vrim ſignificat. Rurſus Eſdræ 2. ſic legitur: *Hi quæſierunt Scripturam genealogiæ ſuæ, non inuenerunt. & dixit Atherſata ijs, vt non comederent de Sanctis Sanctorum, donec ſurgeret Sacerdos doctus & perfectus*. In Hebræo habetur; *donec ſurgeret Sacerdos Leurim vel Thummim*, id eſt, ad Vrim & Thummim; quod LXX. vertunt, ad *Illuminationes & perfectiones*. Vide Riberam, lib. 3. cap. 12.

21. Hinc colligitur extra Tabernaculum Ephod huius vſum fuiſſe; propterea quod non ſolum in Tabernaculo, quemadmodum ſuperius diximus, Theſ 8. verum etiam extra Tabernaculum conſtitutus Sacerdos, de diuino reſponſo fieret certior.

22. Colligitur præterea, *fornicationem*, quam populus Iſraeliticus dicitur *commiſiſſe Ephodi* Iudicum capite 8. non illam eſſe, quod extra diuinum Tabernaculum illo ſit vſus, quemadmodum B. Aug. ſenſiſſe quæſt. 41. in lib Iudicum teſtatur Gregorius de Valentia, in 22. D. Thomæ, diſp. 6. de Idolo quæſt. 11. puncto 1. fol. 932. quoniam etiam extra Tabernaculum, ſine crimine, vſus erat Ephod: ſed dicitur *fornicatus* populus: quia vel vere adorauit Ephod, tanquam idolum, admiratus eius pulchritudinem, ſplendorem & formam (quoniam teſte B. Auguſtino ibidem erat ex auro contextus, ita; vt erectius inſtar idoli ſtaret) vel quia Ephod, vſus eſt in cultu falſorum Deorum, quemadmodum colligitur ex cap. 8. Iudicum.

Digitized by Google

CAPVT VIII.

De Locutione ſiue Reuelatione Dei Intellectuali, Prophetis olim facta in veteri Teſtamento.

PROPHETIS Deum, per intellectus immutationem, *locutum & apparuiſſe*, res doctorum virorum conſenſione eſt clariſsima: & multo manifeſtior, quam quod, hoc modo, locutus ſit ſummis illis, veteris legis, Sacerdotibus. His ſi quidem videri poteſt ſæpius locutus viua externaq; voce; Prophetis ſæpius, aut ſemper, voce internaq; quæ mentis non corporis aures pulſaret, vt ob id, cum huius Apparitionis exemplum proferret Toſtatus, non immerito Eliſeum, alioſque Prophetas produxerit, quemadmodum clarum eſt, lib. 1. cap. 2. 1.

Magna eſt inter vtramq; Apparitionē ſiue Locutionem *affinitas*: magna quoq; *differentia*. Affinitas ferè in *rebus ipſis*, quæ reuelantur, cernitur: *viâ, intelligēdi; & vitæ conditione. Differentia, in perſonarum qualitate; loco, vbi Reuelatio fit; diſpoſitione*, quæ alia in hac eſt, alia in illa; modoque loquendi. 2.

In omnibus rebus dubijs patebat Sacerdotibus acceſſus ad Deum, eiuſque ſententiam poterant exſpectare, non in difficilibus ſolum, & arduis; verum etiam facilioribus, quæ momenti multum nō habebant. Et de *Omnibus* rebus diuinitus inſtituebantur Prophetæ. De magnis, difficilibuſque dubium nō eſt; pro paruis eſt primum Samuel, qui intellexit perditas aſinas parentis Saul; & Saul eaſdem ſollicitate quærere, 2. Reg 9. Deinde Abias Silonites, qui cæcutiēs cognouit vxorem eſſe Ieroboam, quæ ad ſe mutato habitu ingrediebatur, 3. Reg. 14. De vtroque docet Scriptura, quod in *quibuſuis* negotijs ad eos populus confluxerit; de veriſsimo reſponſo, quod diuinitus illi accipiebant, certus. 3.

Via intelligendi etiam, apud vtroſque eadem. Hoc nomen Intellectualis Locutionis inſinuat. Vtriſque non per ſomnum, aut imaginationem: non per externam vocem hīc Deus reſpondebat: nec ſub ſpectabili forma ſe exhibebat: ad mentem tantum, interna voce loquebatur. 4.

At quemadmodum neceſſe non erat, vt integra eſſet, & inculpata *vita* Sacerdotum, qui Deum loquentem audirent: ita neceſſe non erat, vt crimine vacarent Prophetæ, vt illi, ita hi corruptis moribus eſſe poterant. Hinc quidem à regno cœlorum excluduntur, 5.

Digitized by Google

qui prophetiæ dono claruerũt: illi ſcilicet, qui in extremo iudicio ſic ad Deum: *Nonne in nomine tuo prophetauimus, & Dæmonia eiecimus?* Matth. 6.

6. Differentia, quæ ex *perſonis* ſumitur, ferè præcipua eſt. Sacerdotes, quibus Deus loquebatur, de tribu *Leui* ſolum erant. Neque hi omnes Deum conſulebant; ſed ex omnibus ille tantum, qui *Summus* dicebatur: at non vna tribus Leui Prophetas miniſtrabat. Ex quacunque tribu Deo placitum erat, eoſdem ipſe ſibi deligebat. Oſee fuit de tribu Iſachar. Ioel de tribu Ruben. Amos de tribu Sabulon. Micheas de tribu Ephraim. Nahum & Sophonias de tribu Simeon. Daniel de tribu Iuda. Ieremias de tribu Leui, quemadmodum & Ezechiel.

7. Præterea nõ ex tribu ſolum Leui oportebat eſſe Sacerdotes, quibus Deus loquebatur: nec tantum in rebus diuinis bene inſtructos; oportebat quoque eſſe *Summos* Sacerdotes: oportebat ſacris eſſe initiatos, & conſecratione ſacra, ad diuina miniſteria deſtinatos, quis hæc in prophetis requirat? De vno Eliſæo legitur 3. Regũ. 19. quod vnctus ſit, quamquam per hanc vnctionem non in Sacerdotum ordinem eſt aſcitus.

8. Et *vnus* vno eodemq́ue tempore erat Sacerdos, cui Deus loquebatur: quia non niſi vnus Summus Sacerdos: at non vnus vno eodemque tempore Propheta. Eodem tempore prophetarunt Ieremias atque Ezechiel: eodem Ioel, Amos, Abdias, Ionas & Micheas, &c.

9. Et quemadmodum neceſſarium non erat; vt Sacerdotes eſſent Prophetæ; eſſent ſacris initiati; eſſent in lege bene inſtituti: ita neq; neceſſe erat, vt *virilis* eſſent ſexus; cuius omnino oportebat eſſe Sacerdotes. In Prophetarum ordine poſſunt eſſe mulieres, quemadmodum fuiſſe dictum eſt, ca. 3. Th. 10.

10. Et *Pueri* poſſunt eſſe Prophetæ; veruntamen nõ Sacerdotes ſummi. Puer dicitur Daniel; quando ſpiritu Prophetiæ fuit inſtructus. Et S. Ioannes Baptiſta in vtero matris adhuc exiſtens, ſi non verbis, certè rebus ipſis egit Prophetam, ſibique Deum locutum eſſe probauit: quemadmodum Num. Tom. 1. docet Toſtatus, quæſt. 39. ſuper cap. 11.

11. *Alijs* quoque *locis* Deus apparebat, & loquebatur Prophetis; alijs Sacerdotibus. Sacerdotibus plerunque in Tabernaculo, ſiue templo. Extra hæc loca rarius. Prophetis in Tabernaculo atque templo rariſsimè: frequentiſsime locis alijs: vbi occaſio ſe offerebat, & ijs ſuo ſpiritu Deus adeſſet.

Quo-

Quocirca non probatur eorum ſententia, qui Septuaginta illos 12
Prophetas (qui Num. 11. *de ſpiritu Moyſi* dicuntur accepiſſe,) docent Deum conſuluiſſe, atque ab eodem reſpõſa accepiſſe, vel intra ſancta ſanctorum, vel in Tabernaculo, quo Moyſi ſeruiebat, vel ex Propitiatorio, vel ex oſtio ſanctuarij, quando illud nubes occupabat. Nullus ipſis certus locus fuit: vbiuis locorum Deum conſulebant, vbiuis diuinum reſponſum capiebant. docet hoc Toſtatus, q. 61. ſuper, 11. Num.

De Moyſe alia ratio fuit. Illi & ſancta ſanctorum patebant, & 13
Tabernaculum, & Propitiatorium & oſtium Sanctuarij, & quiuis locus alius. Quid mirum? Non Propheta ſolum erat: erat quoque Sacerdos. *Aaron & Moyſes*, inquit Dauid Pſalmo nonageſimo octauo, *in Sacerdotibus eius*. Et quia Propheta, quiuis locus: quia Sacerdos, locꝰ ſacer. quamuis & ſingulari priuilegio illi Sancta Sanctorum patebant etiam præ ſummis Sacerdotibus, quoties illa ingredi vellet, & hoc Toſtatus ſuprà.

Præterea non neceſſe erat Prophetas ea *Præparatione* ad Deum 14.
loquentem audiendum accedere, quanta oportebat accedere Sacerdotes. Nullum ipſis ieiunium fuit ſuſcipiẽdum; nulla oratio orẽ mittenda; nullus ſingularis habitus aſſumendus; non manus prius aut pedes lauandi. Ratio in prõptu eſt. quoniam ſæpiſſimè eos ſpiritus Domini, nihil minus cogitantes, inuadebat, occupabat, de variis rebus inſtruebat.

Atque vt hæc neceſſaria non erant, quando Deus ipſos præueniebat: ita horum quædam vtiliter aſſumebantur, quando ipſi diuinum 15.
reſponſum exſpectaturi, Deum conſulebant. Neque enim eodem modo ſemper Deus ad Prophetas ſeſe habebat. Aliquando ipſos ſua voce, & oratione præueniebat: aliquando rogatus prius, & præmentus reſpondebat, hîc, quia à Sacerdotibus non differebant, cum Sacerdotibus vtiliter ieiunium, atque orationem aſſumebant. Vide Toſtatum quæſtione decimatertia in 3. cap. quarti Regum.

Sunt pro hac re clara in Scripturis exempla. Orationem cum ieiunio adhibuit Ieremias (cap. 42. Ieremiæ) quando poſt mortem 16.
Godoliæ, nomine Iudæorum, qui in Iudæa poſt captiuitatem Babylonicam remanſerant, ex Deo quæſiuit, vtrum in Aegyptum eſſent deſcenſuri; quidq; ipſis euenturum. Et Daniel tribus hebdomadib. panem deſiderabilẽ non comedit, & ab omnibus deliciis abſtinuit,

 oratio-

orationique fuit intentus,quando cupiebat intelligere captiuitatis Babylonicæ finem,vt habetur,cap.9 & 10.Danielis.

Sed tamen Ephod Prophetarum nullus potuit induere,illũ ſci.
17. qui proprius fuit ſummi Sacerdotis:alium,lineum illum, vt potuerũt ſine crimine aſſumere cum laicis:ita ſine crimine relinquere, quod hunc aſſumpſerint aliquãdo,(quamuis aliquando habuerint) vix creditur:quod illum nunquam,certum.

18. *Modus loquendi* Dei cum Prophetis,plurimum differt ab eo,quẽ obſeruauit cũ Sacerdotibus.Sacerdotibus loquebatur,vt ita dicã, per Ephod Vrim & Thummim:vnde & *Ephod applicare* iubebantur,ſi quando diuinam ſententiam expeterent. At externa res nulla erat,cum qua,aut in qua,aut per quam Deum loquentẽ perciperent Prophetæ:in ſe loquentem tantum audiebant.

Rurſus nõ *comparabatur mens* Sacerdotum ad Deum audiendũ:
19 cõparabatur aliquando Prophetarum. Eliſæus enim reſponſurus, ex Dei ſententia,tribus Regibus,penuria aquæ laborantibus,Plaltẽ prius audire voluit,qui animum eius ad ſe quaſi reuocaret: atque deinde,vt Scriptura loquitur,*facta eſt ſuper eũ manus Domini*, Regibuſque reſpondit:4.Reg.13. Vide Toſtat.q.3.ſuper c.3.quarti Reg.

Præterea,Sacerdotes videntur plerunque à Deo *mox* inſtituti,vt
20. ſua negotia ipſi propoſuerunt: Prophetæ diutius aliquando diuinam ſententiam exſpectarunt. Exſpectauit quatuor diebus Ieremias(cap 42.)antequam ad quæſtionem Iudæorum de deſcenſu in Aegyptum,reſponſum à Deo acciperet.Et Daniel poſt trium hebdomadarum ieiunium,primum factus eſt certior de fine captiuitatis Babylonicæ.

21. Et Sacerdotes inſtituebantur *poſtquam* difficultates ſuas & res, quas cognoſcere cupiebant,Deo propoſuiſſent: ſiquidem poſt orationem à Deo factam inſtituebantur:Prophetæ aliquando diuinum reſponſum exſpectabant:aliquando etiam de variis rebus inſtituebantur,de quibus nulla præceſsiſſet cogitatio. Exſpectabat, diuinum reſponſum Eliſæus & Ieremias.Ille 4.Reg.3.cum à Regibus Iuda,& Iſrael,& Amon interrogaretur de aqua:hic(Ierem.42.) quando quarta die,poſt quam interrogatus,reſpondit Iudæis,num in Aegyptum ipſis deſcendendum.De rebus,quarum nec cogitationem prius habuiſſẽt,docebãtur Samuel,& Abias Silonitas. Siquidẽ Samuel vno die ante,quã ad ſe veniret Saul & de aſinabus patris ſui quæreret,id cognouit,1.Reg.9 & Abias quod ad ſe ingreſſura eſſet vxor Ieroboã,4.Reg.3.Idẽ frequentiſſimè accidiſſe Eliſæo inde cir-

clarũ eſt;quod 4.Reg.4.miratus dicatur ad ſe venire Sunamitidẽ; & cauſam,cur venerit,prius à Deo non intellexerit.

Notat quoque Toſtatus q 13 in 3..cap.4.Regum,*tardius*,ſi ſecre- 22.
tò peterent;citius,ſi publicè,Prophetas diuinã ſententiam accepiſſe:quemadmodum & tardius in aliis ipſorum deſiderio ſatisfecit, ſi quid priuatim peterent;citius,ſi quid publicè. *Elias*,inquit, *ſuſcitauit puerum mulieris Sareptanæ in occulto:& neceſſe fuit ter orare, ter ſuper puerum prius incumbere.* 1.Reg.17.Petiuit idem in occulte,à Deo pluuiam:& neceſſe fuit ſæpius ad orationem reuerti.3. Regum 18. Verum,quando coram populi multitudine copioſa, petijt ignem de cœlo deſcendere ſuper ſacrificium;ad primam orationem ille deſcendit.3.Regum 18.Idem ignis ad primam eius vocem deſcẽdit ſuper quinquaginta viros quos miſerat Rex Ochozias, 4. Regum 1.Similia habet de Eliſæo; qui mox voti factus eſt compos;quando petijt aquas ſanari;4.Reg.2.multiplicari oleum,4.Regum4.mundari Naaman,4 Reg.5.quia ſcilicet publica hæc erant, at quando in ſecreto debuit ſanare filium mulieris Sunamitidis; bis orabat,& per cœnaculũ deãbulat, 4 .Reg 4.ſic Daniel interrogatus publicè à Nabuchodonoſor,mox ſomnium exponit,& interpretationem;Daniel.2.at quando ſecretò inquirit tempus libertatis à captiuitate,quæ ipſos premebat,trium ſeptimanarum fatigatur ieiunio.cap. 10.

Cauſam huius addit Toſtatus.*Citius*,inquit,*ſatisfit, ſi publicè quid*
rogent,aut petant:tum vt Dei potentia innoteſcat;ne tempore,ad res perfi- 23.
ciendas,aut conſilio,ad prudenter reſpondendum indigere videatur . tum etiam,vt oſtenderet,quo loco ſuos miniſtros habeat;eo,ſcilicet;vt ipſorum votis ſatisfacere ſit paratiſſimus,& promptiſſimus.Tardius verò, ſi quid priuatim rogent aut petant;vt,ſcilicet,hac ratione eos in officio contineat;& nullam occaſionem ſuperbiendi.ſed de ſe humiliter ſentiendi,præbeat.

CAPVT. IX.

De Reuelatione,& Locutione Dei,Intellectuali,priuatis olim hominibus facta.

QVI, quæ hactenus de Dei Locutione ſpirituali Sacerdotibus & Prophetis facta,ſunt dicta,probè perſpexerit, facile intelliget,quæ ad *priuatam*,illam,priuatis hominibus factam pertinent. Vix hæc ab illa differt alio , quam *fine*:

Digitized by Google

propterea, quod quæ in priuata reuelantur, in priuatum præcipuè, & proprium hominum bonum, quibus Deus loquitur, cedant: quæ in publica, Prophetis & Sacerdotibus, ad multorum commune, aut certè aliorum, commodum referantur.

2. Quocirca fit, vt illa Reuelatio, qua Deus, vel Prophetis, vel Sacerdotibus, nunc rogatus, nunc vltrò locutus eſt, *priuata* quodammodo dici poſſit: cum & fructum ex illa ij perceperint, quibus ſua ſecreta Deus reuelauit: & quæ alioquin eſt priuata, publica dici poſſit; eius, ſcilicet, voluntate, cui reuelatio facta eſt; ſi, quæ ipſe à Deo didicit, in aliorum faciat peruenire notitiam.

3. Verum tamen quoniam non ex voluntate eorum, quibus Deus loquitur; ſed Dei, qui loquitur, Reuelationes hac diſtinguimus: & aliud Deo in priuata (priuatum videlicet & proprium eius, cui Deus loquitur, bonum) aliud in publica; (cõmune, inquam, aut aliorum bonum) propoſitum eſt, priuatam meritò à publica diſtinguimus.

4. Hæc autem ex *fine* differentia aliam ſuggerit; quæ ex *re, materia atq; obiecto* ſumitur Locutionis diuinæ. Quoniam enim bonum proprium, & priuatum, in priuata, propoſitum eſt; hinc omnis ſermo in hac eſt de iis rebus, quibus bonum hoc fouetur. In publica verò, quia commune atque aliorum quæritur, illæ res ibidem tractantur, quæ illud poſſunt promouere.

5. Ad bonum autem cuiuſque *priuatum*, duplicis generis res pertinent: aliæ in cognitione conſiſtunt, aliæ in operatione. Ad priores pertinēt. v, g. creatio mundi, & quæ cum illa ſunt coniuncta. Ad poſteriores, occupatio in vnius alicuius virtutis ſtudio. De vtriſque contingit priuatos homines inſtitui.

6. At res, de quibus à Deo inſtruuntur Sacerdotes & Prophetæ, ad diuinum ferè omnes cultum pertinent & religionem; ad bellum cũ hoſtibus ſuſcipiendum: ad pacem ineundam: ad Rempub. gerendam, conſeruandam, ornandam, &c. Quod ſi per hos priuata etiã quædam cognoſcuntur, rarius id accidit, eoq; ferè fine, vt, qui Prophetas, atque Sacerdotes conſulunt, de veritate grauiorum rerum, de quibus ſententiam dicunt, non ambigant.

7. Hoc ferè *diſcrimen* inter publicam priuatamque Locutionem. Sed tamen ita hanc ab illa diſtingui credimus; vt ſimul exiſtimemus *conuenire* in pluribus, & maximè cum illa, quæ Prophetis ſolet fieri, quod in reliquo Capite breuiſſimè oſtenditur:

8. Conueniunt igitur primùm: quod vt prophetica ad *certum genus* perſonarum aſtricta non fuit; ita neque hæc priuata. Nullum genus homi

hominum, nullam ætatem, nullum ſexum, ab hac excluſeris. Patuit Deus apparere, ſuaque reuelare gentibus, Iudæis: viris, fœminis, adultis, iuuenibus: doctis, indoctis.

Conueniunt deinde *loco*. Neq; enim certus fuit definituſq; locus 9.
vbi diuina oracula percipere, & Deũ loquentem audire oportebat. Quemadmodum vbique Deus, ita vbique poterat loqui, vbique audiri, non ſacris tantum & cultis locis, verum etiam profanis & incultis. Quid quod his fortè commodius, quam illis? probat hoc quod dicitur, Oſee 2. *Ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor, &c.*

Conueniunt quoque *tempore*. Vt prophetica ad certum tempus 10.
aſtricta non fuit; ita neque hæc priuata. quamuis hæc propheticam videatur anteuertiſſe, & vſum, poſt illam, apud multos retinuiſſe. Dubium non eſt, quin primis illis parentibus multa Deus reuelauerit, de ſe, de ſuo, quod condiderat, opere, de myſterijs religionis, de rebus futuris, &c. Dubium quoque nullum; quin poſtquam prophetæ in veteri lege deſierunt (vt deſijſſe dubium nullum) de magnis rebus inſtructi ſint diuinitus multi.

Præterea, conueniunt, quod externis *rebus nullis* erat neceſſe, per 11.
quæ, ſiue coram quibus, Deus homines erudiret, atque informaret: quemadmodum ſacerdotibus aſſumendus ephod; ſi Deum ſibi loquentem, & reſponſa dantem audire voluiſſent. clam ſe Deus hîc, in mentem inſinuabat, tam priuatorum hominum, quã Prophetarum: clam loquebatur. audiebatur, intelligebatur.

Et *præparati* hîc, ferè erant audientium animi: ſicuti & tunc, a 12.
pud Prophetas, quando à Deo non perueniebantur ſed ipſi diuinum reſponſum exſpectabant: præparati verò, ſi non ieiunio, atq; oratione; certè ſtudio placendi Deo, diuinamque voluntatem exequendi.

Quid, quod in priuata noſtra maior animi præparatio affuiſſe 13.
videtur? & apti magis ad Deum audiendum plerumque fuerint, qui priuatim, vt ita dicam, cum Deo egerunt; quam plurimi, aut Sacerdotes, aut Prophetæ? Huius id argumentum eſt, quod integritas probitaſque vitæ Deo occaſionem præbuiſſe videatur, vt familiarius cum quibuſdam ageret; & ſe ſuaque ipſis communicaret, qui iam ſe totos Deo, diuiniſque obſequijs mancipaſſent.

Hinc eſt, quod Sanctorum, & Dei amicorum loco, etiã nũc habe- 14.
antur; quibus Deus Reuelationibus ſuis, Locutionibuſque diuinis adeſt, & quas olim factas ſcimus, vix alijs, quam ſanctis hominibus factas.

Digitized by Google

ctas credamus. Ad hos pertinere exiſtimamus, quod dicitur: *Cum ſimplicibus ſermonicatio eius*, Prouerb. 3. & illud, Ioan. 14. *Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit: & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus.*

15. Denique & hoc cum Prophetis, his, quibus priuata Reuelatio facta, commune videtur fuiſſe, quod à Deo aliquando fuerint *præuenti*: loquentemque in ſe prius audiuerint, quam, vt audire poſſent, precati ſint, aut potuerint ſuſpicari. Cum enim magni beneficij loco hæc diuina ſermocinatio habeatur; & Deus etiam non rogatus bene de ſe meritis ſua beneficia offerre ſoleat; omnino quoſdam de rebus magnis inſtituiſſe credi poteſt; qui tantum abeſt, vt diuinum colloquium expetierint, vt etiam ſe eodem indignos iudicarint.

CAPVT X.

Quomodo fiat Intellectualis Dei Reuelatio, Locutio ſiue Apparitio; & maxime, quomodo Deus loquatur.

1. MODVM, quo fiat Dei Intellectualis Reuelatio, ſiue Locutio, vix intelligunt, qui ſenſuum iudicium, in rebus omnibus, ſequuntur: propterea, quod cum Deum ſpiritū credant, & animam carere carnibus atque oſsibus; nec in DEO linguam inueniant, quæ loquatur; nec in anima aures, quibus loquentis vox percipiatur.

2. Qui res ponderant mentis acumine, atque ratione; quamuis nec Dei linguam videant, nec animæ aures; Deum tamen loqui animæ: & animam loquentem Deum audire, alia quadam, altiori, ratione, quam qualis nobis cum brutis eſt communis, intelligunt. Quid enim, qui finxit aures, non audiet? Pſal. 93.

Difficilis nihilominus eſt explicatū hic *modus*: tum, quod quamuis ratio ſenſus iudicium ſuperet, & plus, quam ſenſus, percipiat; miniſterio tamen ſenſuum in ſua operatione, vt plurimum, vtatur: tum etiam, quod inter viros ingenio atque doctrina excellentes, non ita conueniat, quonam modo Deus ſe ſuaque hominibus reuelet. Nos, quantum ingenio & induſtria aſſequimur, explicamus, & quomodo Deus *loquatur*; & quomodo loquentem Deum *homines audiant*: prius illud hoc Capite; poſterius ſequenti.

4. Vt igitur prius illud intelligatur, meminiſſe oportet *Locutionem* Dei, qua hominibus loquitur, aliquid habere, præter *ſimplicem* locutio-

Digitized by Google

[illegible], quo alioqui ſpiritus ſpiritibus loqui dicuntur. quoniam ita Deus menti loquitur, vt ſimul lumen quoddam, quo mens quæ dicuntur facilius clariuſque percipiat, afferat. Vnde & *Illuminatio* dicitur Dei locutio: & mens, quando Dei vocem percipit, non tantum loquentem Deum audire; ſed etiam ab eodem *illuminari*. 5.

Neque enim idem eſt Illuminatio & Locutio. plus illud in ſui ratione includit (quamuis etiam omnis, qui loquitur, lumen quoddam auditori attento dicatur afferre.) Quapropter fit, vt non omnes ſpiritus, qui loqui poſſunt, poſsint etiam alios illuminare. Loqui poſſunt pares paribus: inferiores ſuperioribus: ſuperiores quoque inferioribus: at *ordinariè* illuminare non poſſunt inferiores ſuperiores, ſed hi inferiores.

Ex *duobus* igitur Locutio Dei innoteſcit: communi ſcilicet ratione *Locutionis*, & propria conditione *Illuminationis*. *Prius* illud omnibus Spiritibus eſt commune; poſterius Deo conuenit comparatione ad creaturas omnes rationales: & ſuperioribus Spiritibus cōparatione ad inferiores. 6.

Et *rationem Locutionis* alij, atque alii, in alio, atque alio conſtituunt. 7.
Nos cum S. Thoma. quæſt. 106 art. 1. 1. part. per hoc Spiritum cum Spiritu, Deum cum mente loqui exiſtimamus, quod propria volūtate cogitationes, atque conceptus ſuos ordinet loquens ad illum, cui eoſdem volet innoteſcere & perſpectū eſſe (quamquam ſi propriè loquaris, Locutio non ſit ipſe voluntatis actus ordinantis conceptum ad alterum; ſed magis ipſe cōceptus, ex imperio voluntatis, ordinatus ad alterum. Neque enim actio voluntatis, ſed intellectus eſt Locutio:)

Sed & hic loquentis conceptus, præter hoc, quod Locutio etiam 8.
ſpiritum ſiue mentem, cui loqui contingit, ad audiendum excitat: non ſecus, atque in rebus corporeis, per locutionem externam & res, quæ dicitur, in audientis notitiam peruenit, atque audiens ad audiendum prouocatur. Quemadmodum hic nullo alio opus eſt ſigno, quo auditor excitatur: ita in interna locutione nullo alio, præter conceptum ipſum.

Duo igitur officia conceptus loquentis, quaſi, ſuſtinet. alterum 9.
eſt, quod auditorem excitat: alterum, quod loquentis mentem aperit. prius illud auditorem quodammodo præparat ad audiendum: poſterius præparatum inſtruit. Vtrumque actionem quandam importat. quemadmodum Caietanus docet, q. 171. a. 1. ad 1. in 22. qui etiam prius, in hac diuina Locutione (de qua noſter ſermo) vocat

diuinam inſpirationem(melius dixeris,forſitan, excitationem) poſterius *diuinam reuelationem*.

10. Duobus his,duo ex parte audientis reſpondent: quæ quemadmodum illa actionem,ita hæc paſſionem important.priori actioni reſpondet,vt idem Caietanus vocat,*eleuatio*;ſiue intentio ad percipienda diuina:poſteriori *reuelatorum* perceptio: & quemadmodum prioribus illis Locutio;ita his Auditio perficitur. Verùm de Auditione poſtea:Atque hæc de Locutione breuiter.alia ad ſcholas magis pertinent.

11. *Illuminatio* Locutioni *lumen* quoddam addit;idque non in loquẽte,ſed audiente:qui propter hoc & *illuminari* dicitur, & illuſtrari à loquẽte.Sed *quale hoc lumen*,quod audientis menti affertur? ſpecies ué eſt noua rei,quæ reuelatur?an ipſa veritais, quã mens concipit, notitia?aut luminis naturalis,quod menti congenitum eſt, quoddam augmentum?aut præter hæc aliud quippiam?& quid illud?

12. Difficulter quid *horum* ſit dixeris.Non erraueris,ſi horum nihil admiſeris; maximè,ſi de illo illuminationis genere,quod ad Angelos pertinet,loquaris.

13. Non neceſſe eſt, in hoc *nouæ ſpecies* intellectui alicuius ſpiritus conferantur ab eo,qui illuminare alium dicitur. Illuminant ſuperiores Angeli illos,qui ſunt ordinum inferiorum;& quidem de rebus grauiſſimis:nec tamen rerum,de quibus illuminant,conferunt ſpecies,quid quòd nec conferre valeant?

14. Nec *notitiam* veritati in audiente hîc efficit loquens Spiritus illuminando.Notitia,qua res,de quibus inferior illuminatur, cognoſcuntur,non opus illuminantis,ſed illuminati eſt Spiritus.ab ipſo,quemadmodum omnes *immanẽtes*,vt vocamus,actiones;ita notitia,qua res diuinas percipit,producitur; ab illuminante ſolùm, vt intelligere incipiat,adeoque intelligat excitatur.

15. Sic nec lumen hoc *naturalis luminis* perfectioniſque mentis quoddam actuarium eſt. Illuminari mẽs optimè dici poteſt,atque adeò illuminatur ſæpiſſimè,quando nulla ad priorem perfectionem fit acceſſio. Sed neque Spirituum,qui illuminare dicuntur, eæ ſut vires,vt naturalem intellectus aliorum perfectionem augere valeant.

16. *Modus* igitur illuminandi Angelorum in hoc conſiſtit: quod quemadmodum doctor oſtendens diſcipulo veritatem, à ſe clariori atque perfectiori modo cognitam,eamque ad captum diſcipuli.

Digitized by Google

ſcipuli explicans, dicitur corroborare, atque illuminare diſcipuli intellectum, ad eandem veritatem rectè intelligẽdam: ita Spiritus ſuperior manifeſtans inferiori veritatem aliquam, à ſe clare cognitam, accommodatè ad ſui ingenij vires, ſpecieſque rerum, quas habet, intellectum inferioris dicitur confortare, & illuminare.

Atque hic, quem expoſuimus, illuminandi modus, Angelis conuenit. Ex hoc quomodo *Deus*, vel nobis, vel etiam Angelis, cum intellectus quadam illuminatione loqui dicendus eſt, intelligemus. Et hoc quidem modo Deum illuminare poſſe; vt, ſcilicet, nec ſpecies rerum, quæ reuelantur, afferat, nec nouum aliquod lumen infundat, dubium nullum eſt. Quidni Deus poſsit, quod poteſt Angelus? 17.

Sed & hoc modo loquitur quandoque DEVS hominibus. Huius illud argumentum eſt: quod non per ſe; ſed per Angelos, aliquando, loquatur. *Diuinas Reuelationes*, inquit Dionyſius, capito quarto Cœleſt. Hierarch. *glorioſi Patres noſtri adepti ſunt per medias cæleſtes virtutes.* At vero Angeli, cum nec lumen externum menti valeant afferre: nec ſpecies communicare, aut notitiam veritatis in nobis efficere; non alio modo loqui, noſque illuminare dicendus eſt DEVS, quàm quo ſibi mutuo loquuntur, atque ſe illuminant Angeli. 18.

Præter hunc, quem diximus, alium illuminandi modum habet DEVS, *ſibi proprium*, illo multò ſuperiorem. hoc duplici ratione mentes hominum in diuinis rebus perſpiciendis iuuantur: & nunc quidem ex parte rerum, quæ intelliguntur: nunc verò ex parte potentiæ, ſiue virtutis, qua intelligunt. Ex parte rerum; quia illarum *ſpecies*, atque ſimulachra diuinitus communicantur. Ex parte potentiæ; quia ipſi *lumen* quoddam diuinitus additur. 19.

Vtrumque præſtare *ſolius Dei* eſt opus. Non ea vel Angelorum, vel alicuius mortalium vis eſt, atque poteſtas; vt vel *ſpecies* rerum intelligendarum poſsit communicare; vel naturali mentis lumini, *diuinius* aliquod ſuperaddere. Docet hoc cum doctiſsimo Thoma doctiſsimus Cardinalis Caietanus, ad artic. 2. quæſtione 172. 22. 20.

Vtrumq; etiam aliquãdo *fieri* neceſſe eſt. Et de *ſpeciebus* res eſt extra controuerſiam. quia ſæpiſsimè de diuinis tranſnaturalibuſq; rebus diuinitus inſtituuntur mortales, quas, niſi ipſarum ſpeciebus atque ſimulachris intellectus prius informetur, impoſsibile 21.

eſt capere. Et quia ad has, tanquam res ordinis altioris, percipiendas, naturale intellectus lumen nequaquam ſufficit; oportet, vt ſuperaddito quodam, & quod diuinoris ſit ordinis, *lumine* iuuetur: vt hac ratione proportio quædam ſit inter res, quæ intelliguntur, atque intellectum, qui intelligit: & intellectus per lumen altioris ordinis, ad quendam, quaſi, digniorem ſtatum eleuetur; in quo conſtitutus, res altioris ordinis percipiat.

22. *Lumen* hoc non mentis quædam permanens, atque *conſiſtens eſt qualitas*, qualis, verbi gratia, eſt lumen gloriæ in beatis; quo, in cœlo, diuinas Reuelationes percipiunt: aut fidei, in viatoribus; quo reuelatis à Deo, & per Eccleſiam propoſitis aſſentimur: ſed veluti *quædam tranſiens paſſio*, qua mens, dum Reuelationibus diuinis inhæret, afficitur. vt, ob id, non incongruè, à S. Thoma, 22. quæ. 171. a. 2. comparetur cum lumine ſolis, aut ignis non illo, quod in ipſis conſiſtit; ſed, quod eſt in aere: quod aeris quædã affectio eſt, moxque ſubtracto ſole euaneſcit.

23. Quo fit, vt lumen hoc non *ſemper* ijs, qui diuinas Reuelationes aliquando acceperunt, adſit. Tunc tantum adeſt, quando res ipſæ reuelantur: Quoniam, vt illæ accipiãtur, communicatur: mox vbi Reuelatio ceſſat; ceſſat & ipſum lumen. Hinc non malè Caietanus, *Lumen hoc*, inquit, *ex natura ſua forma eſt habens modum paſſionis: quemadmodum ex natura ſua habẽt modum formæ permanentis lumen gloriæ atque fidei*. Addit ob id differre ab illis, non accidente, ſed ſpecie: præterea, ſi Deus ipſum conſeruaret in aliquo, non niſi per accidens permanere: cum ſecundum ſe, & ex ſe habeat conditionem formę tranſeuntis. *Ita Caietanus*, in 22. q. 171. ar. 2.

24. *Specierum* verò, quarum in diuina hac Reuelatione eſt vſus, non eadem ratio eſt, quæ luminis. Non illæ cum lumine pereunt, manent ceſſante lumine. quo fit, vt quoque rerum reuelatarum recordentur, quicunque diuinitus ſunt inſtituti, quamuis lumine ſint deſtituti. Et hactenus de Locutione.

CAPVT XI.

Quomodo mente ſiue intelligentia contingat Deum loquentem audire.

1. EX modo loquendi DEI haud difficulter intelligitur, qua ratione contingat *loquentem audire*. Reciproca enim ſunt, loqui, & audire. Et quemadmodum, verbi cauſa, ex modo infundendi aquam in vas aliquod, facilius cõiectura accipitur; quomodo vas aquam recipiat:

plat:ita ex modo Dei cogitationes ſuas atque conceptus communicantis,facilè deprehenditur, qua ratione eædem ab hominibus percipiantur.

Sicuti ergo in Dei locutione ſunt *duæ* quaſi actiones: vna, quæ mentem ad audiendum excitat: & altera, qua excitatæ diuinæ cogitationes,& oracula ſignificantur:ita in Auditione, quæ locutioni reſpondet,duæ ſunt paſsiones: quarum priori mens excitatur; poſteriori excitata loquentem Deum audit. Atque vt illa prior actio, quædam eſt ad poſteriorem præparatio: ita prior paſsio reſpectu poſterioris quædam eſt diſpoſitio:in eaque proprie Auditio, ſicut in illa actione propriè conſiſtit Locutio. 2.

Auditio hæc à *viſione,* vix alio quàm ratione, in vi intelligendi, differt. hoc, ſcilicet, quod viſio ſit abſolutior cognitio: eadē vero dicatur auditio,quatenus ordinem dicit ad loquentem. Nam, quæ corpora per varios diſtinctoſque ſenſus percipiunt,illa vnica intelligendi poteſtate mens noſtra. Et quæ in corporibus diſtinctis diuerſiſque pro ſenſuum differentia fiunt operationibus, illa mens corpore altior eodē ſimiliq; intellectus exercitio: vt ob id quamuis aliud in corporibus ſit videre,aliud audire; intellectus tamen & audire, & videre, dici poſsit & debeat, quando res percipit, atque intelligit. 3.

Intelligere verò, cum actio quædā ſit;quod in omni actione eſt neceſſarium;rem ſiue ſubiectam *materiam,* in quam agit, requirit. Itaque & auditus ipſius mentis, nō ſine re, quæ audiri dicatur,perficietur. 4.

Veruntamen res hæc,ſiue materia in his hominis actionibus lōge aliter ſe habet,quam in Phyſicis. In Phyſicis totam actionē materia ſuſcipit; atque in agens reagit nihil; quemadmodum v.g.fieri videmus,dum lapidem aliudue corpus mouet homo . In his ita agit mens,vt ſimul ipſa ab obiecto, ſiue materia, aliquid , quaſi, patiatur.Hinc Ariſto.3.de anima, *Intelligere* ,inquit,*eſt quoddam pati.* 5.

Dupliciter vero intelligi poteſt *mens* atq; intellectus ab obiecto, ſiue re,quæ intelligitur,*pati.* Vno modo,vt ipſa res ſeipſa agat in altetero,vt non tā ſeipſa,quam ſui ſpecie & imagine. Et ſeipſa quidem aget,ſi intellectui ſit præſens:ſui ſpecie atq; imagine,ſi ab intellectu ipſa interuallo aliquo diſtet.Cùm.n. *agens & patiens debeant eſſe ſimul,*teſte Ariſt.7.Phyſ.c.2.profectò ſi res ſiue obiectum, quod in intellectum agere dicitur,non per ſe cum intellectu coniūctum eſt, oportet ſui ſpeciem ad eundem tranſmittat atque ita cum intellectu coniunctum actionem producat. 6.

7. Species hæ, atque hæc ſimulachra rerum, nunc à rebus ipſis accipiuntur: nunc intellectui cōmunicantur aliunde. Accipiuntur vi intellectus agentis: cōmunicantur diuinitus à Deo Opt. Max. Atq; hinc celebris illa ſcientiæ diſtinctio in infuſam & acquiſitam. Infuſa diuinitus habetur ratione ſpecierum, quæ conferūtur. Acquiſita vi intellectus ex rebus ipſis ſpecies rerum abſtrahentis.

8. *Duobus* verò modis ſe ſpecies habere poſſunt; vel per modum habitus, vel per modum actus. Priori modo adſunt intellectui, etiam ab omni operatione ceſſanti. Poſteriori non niſi operanti. Atq; hoc poſteriori oportet ſe habeant, ſi intellectus Deum loquentem audire dici debeat.

9. Hinc iam manifeſtum eſt, *duobus modis accidere*, vt mortalibus loquatur Deus, & ſacra ſua myſteria reuelet. Vno, vt rerum quoq;, quæ reuelantur, ſpecies cōmunicet: altero, vt nullas ſpecies cōmunicet, ſed eas, quæ intellectus agentis opera abſtractæ, in mente cōſiſtunt, ſuis vſibus accommodet. Ibi ſpecies rerum nouæ creantur: hîc acquiſitarum prius, nouus eſt vſus.

10. Vtrobique vero *illuminari* mens dicitur, ſiue loquentem Deum & ſacra myſteria reuelantē audiat, per ſpecies de nouo productas: ſiue per propriarum, & priorum nouum vſum. quoniam; vt diximus, quamuis Spiritum Spiritui loqui mentete nus contingat, ſine *illuminatione*: ſi tamen loquentem Deum audiat, neceſſe eſt lumine quodam illuſtretur.

11. Porrò *illuminatio* hæc duobꝰ modis accidit. Vel enim nullum lumen, per quod ſententiam Dei intelligat, menti communicatur; ſed eo modo à Deo illuminari dicitur, quo à pręceptore diſcipulus (cuius intellectui vel lumen afferre dicitur, quādo quę ipſe perſpicit, ita diſcipulo ignorāti accommodatè proponit, vt & illa eadē plenè perſpiciat) vel etiam lumine quodam mentē perfundit, quo ipſa illuſtrata reuelationum eſt capax. Hæc de auditione breuiter.

CAPVT XII.

An in Dei Reuelatione, atq; Locutione Intellectuali Deus per ſe loquatur, an per alios.

1. NON quærimus, Vtrum Deo Locutio *tribui* debeat, & Deus dicendus ſit *loqui*, Deus à nobis *audiri*, quando diuina myſteria diuinitus intellectui reuelantur, atque ab eodem percipiuntur. Non hoc, inquam, quærimus, ſed vtrum quæ-

Digitized by Google

quæcunque in hac locutione accidunt, Deum *immediatum* authorem habeant; an quædam, vel omnia tribuenda ſint Angelis. 2.

Et enim qui quæ de aliis Dei Reuelationibus atque Apparitionibus à nobis ſunt dicta, velit ſecum repetere, omnino in hãc deſcendet ſententiam, vt omnia *Angelis* tribuat, propterea, quod Angelorum opera propemodum omnia perfecta ſint, quæcunque in iis tribuuntur Deo:

Et B. Dionyſius, capite, 4. de Cœleſt. Hierarch. docet *diuinas viſiones glorioſos Patres adeptos per medias cœleſtes virtutes.* Hoc B. Thomas 22. quæſtione 172. articulo ſecundo, ex eodem Dionyſio, probat ratione, in Scholis omnium calculo approbata; ſcilicet, Deum *infima per media adminiſtrare.* Cùm igitur Angeli ſint medii inter Deum & homines; vtpote plus participantes de perfectione bonitatis, quã homines, Illuminationes & Reuelationes diuinæ, à Deo, ad homines, per Angelos deferentur. 3.

Veruntamen non *omnia* per Angelos fieri, quæ in hac Locutione accidunt, credi debet. Neque etiam dicendum eſt, *ſolum* Deum eſſe authorem omnium. Quædam hîc *ſolius* Dei ſunt opera: quædã quãdoque miniſterio *Angelorum* perficiuntur; quamuis eadem Deo tribuantur. Hæc vt cognoſcantur, quæ in hac Locutione inueniuntur inſpicienda, & diſcutienda ſunt. 4.

Duo ſunt illa præcipuè: ſpecies, quæ rerum reuelatarum ſunt imagines & lumen, quo illuſtratus intellectus res ipſas cognoſcit. Species *duplicis* ſunt generis; vel. n. de nouo conferuntur; vel prius habentur, ſed in Dei Intellectuali Locutione nouum vſum accipiunt. Lumen item vel nouum aliquod ſupernaturale ad naturale & congenitum accedit; vel nullum accedit, ſed naturale quadam loquentis induſtria iuuatur. Hæc ex præcedẽtibus duobus capitibus credimus eſſe clara. Nunc quid hic Angeli? quid Deus? 5.

Nouas ſpecies rerum, quæ reuelantur, *ſolus Deus confert*, non Angeli: non ſolùm quia ſunt diuinioris, & ſupernaturalis ordinis, & longè Angelorum vires ſuperantes; verùm etiam, quia formas rerum, *per ſe*, nullas ipſi in quacunque re efficere valent. 6.

Eadem ratio de *lumine* eſt, quod de nouo intellectui, ſi quando Deum loquentem audire debet, communicatur. Non *Angelos*, ſed *Deum* habet authorem. Nam & hoc ordinis eſt ſupernaturalis; & quamuis tranſiens, non permanens, vera tamen eſt forma atq; qualitas. Hæc Deus *per ſe* efficit. 7.

Angelo-

Digitized by Google

8. Angelorum vero in hac Dei Locutione duo poſſunt eſſe officia; quæ ipſi, quamuis Dei nomine, *per ſe* tamen exequantur, vt ob id & ipſis, & Deo verè poſſint tribui: alterum ipſas ſpecies reſpicit: alterū illuminationem, quæ intellectui audientis afferri dicitur.

9. Primum enim, ſi Locutio fiat, non nouarum ſpecierum communicatione; ſed habitarum *non vſu*, ipſa per eoſdem fieri poteſt. Quāuis enim nouas producere non poſſint, poſſunt tamen habitis pro ſua voluntate vti, quemadmodū & iis vti poſſunt, adeoque vtuntur quandoque Dæmones, quorum non ſuperior eſt poteſtas.

10. Deinde ſi in Locutione nouum lumen non conferatur, ſed ad *modum diſcipuli* diſcentis mens illuſtretur: non neceſſe eſt ad Deum authorem confugiamus. Quemadmodum hac ratione verè, & per ſe loqui, atque illuminare dicitur Magiſter, qui diſcipulum inſtruit ita qui de diuinis rebus mentes mortalium illuminat Angelus: vt; qui quocunque Magiſtro eſt ſuperior.

11. Vtraque hæc *fieri poſſunt*, per Angelos: vtraque quoque *fieri* admodū eſt veriſimile. Quæ enim Deus per res alias cōmodè poteſt perficere: illa vt plerunque per eas perficiat, ſuauis eius prouidentia, quæ cuncta diſponit & gubernat, poſtulat. Atque ob hanc cauſam & Dionyſius, & poſt Dionyſium S. Thomas, cum vniuerſo propemodum Scholaſticorum Doctorum collegio diuinas Reuelationes Angelis authoribus tribuunt.

Quid verò, *ſi nouæ ſpecies* conferantur, & non *nouum lumen*: & illu-
12. minatio ſe habeat eo modo, quo Magiſtri erga diſcipulū; cui tribuenda (An partim Deo, partim Angelo) Vix crediderim nouas ſpecies ſine nouo lumine conferri. Quod ſi quandoque conferuntur, vt Deo nouarum ſpecierum productionem, ita quæ accidere dicitur, tribuerem Illuminationem; propterea quod harum ſpecierum productio prima, ſine ipſarum vſu, in quo Illuminatio hæc conſiſtit, non per ficiatur.

13. Quid ſi *nouum lumen ad priores ſpecies* accedat? & hæ nouo tantum ſuo vſu Deo loquenti hic ſeruiant? An & tunc tota Illuminatio Dei ſolius erit opus? Et hoc admodum eſt veriſimile? quamuis & lumē hoc potentiæ à Deo poteſt eſſe conceſſum, & circa ſpecies occupari Angelus: quemadmodum lumen fidei mortalibus à Deo poteſt infundi; & res, quæ creduntur, ab aliis ſuggeri.

14. Ex dictis concluditur duas maximè Illuminationes ſiue Locutiones intellectuales *Dei proprium eſſe opus*, primo illam, qua & lumen nouum

nouum intellectui communicatur, & prætereanouæ ſpecies eidem afferuntur: Deinde eam, quia quamuis non nouæ ſpecies communicantur, nouo tamen mens illuſtratur lumine.

Veruntamen ſiue hic Dei opus admittamus, ſiue negemus, *Deo* & locutionem, & illuminationem, recte tribui extra controuerſiam eſt. Ille *loqui* dicitur à Prophetis, nec male. Ille *Illuminare* mētes mortalium. Et bene, quod qua ratione fiat, quia ſatis explicatum ſuperius, hic pluribus explicandum non eſt. 13.

CAPVT XIII.

An loquendi Deo potuerunt, atq; debuerunt firmam fidem adhibere, & nullatenus de dictis eius dubitare, omnes qui loquentem aliquando audiuerunt.

INTER eos, quibus Deus locutus eſt, fuerunt Prophetæ, quemadmodum cap. 6. dictum eſt. Quibuſdam ex illis aliqua ſignificauit, quæ effectus ſuos ſortita non ſunt. Res hæc occaſionem præbet inquirendi; *Certáne fides dictis Dei ſemper ſit adhibenda.* 1.

2. Ex prophetis autem, vt alios omittamus, duo nobis hic ſeruiunt. Alter fuit *Iſaias*, qui miſſus ad Ezechiam Regem infirmum, ex Dei ſententia, eidem ſignificauit, diſponeret ſuæ domui, fore, vt moriatur: & tamen mortuus ex illa infirmitate Ezechias non fuit. ſuperuixit annis quindecim, 4. Reg. 20. Alter, Ionas, qui dicenti Deo credidit id, quod annunciauit; ſubuertendam, ſcilicet, ciuitatem Niniuen, poſt 40. dies: quæ tamen ſubuerſa non fuit; & *malitiam*, vt Scriptura loquitur, *quam locutus fuerat Deus, vt faceret, non fecit.*

3. Auget difficultatem illud, quod non *per ſe* ſemper loquatur Deus: loquatur ſæpe per ſuos Angelos, qui quædam ignorare poſſunt; atque ob id male de quibuſdam mortales informare. Poſſunt quoque, quæ ipſi non ignorant, aliter, quam ſe habent, referre. quocirca quamuis Deo *per ſe* loquenti fides adhibenda; de Angelis tamen dubium eſſe poſsit, an & ipſis, ſi Dei perſonam ſuſtineant, nobiſque loquantur, ſemper credendum ſit.

4. Ex *duobus* igitur pendet propoſitæ quæſtionis ſolutio, quæ hoc capite breuiter ſunt diſcutienda. Alterū eſt, An Deo *per ſe* loquenti ſit credendum. Alterum, an credendum loquenti per *Angelos*.

5. Et de *Deo* res eſt omnium opinione certiſsima, *firmiſsimam ipſius*

 dictis

dictis fidem adhibendam eſſe:nec poſſe ſine grauiſsima ipſius iniuria in dubiũ vocari,quę ab ipſo reuelantur.Huius aſſertionis duo ſunt fũdamenta æque certa. Alterũ eſt, quod ignorare nihil poſsit; alterũ, quod nec cuiquã poſsit imponere. Omnis enim deceptio, quæ ex alterius oratione proficiſcitur, vel ex loquentis eſt ignorãtia,quod nõ omnia norit:vel ex eiuſdem peruerſa volũtate & malitia;quod quæ cognoſcit vt cognoſcit,alijs nolit innoteſcere. Quocirca ſi horum neutrum in Deum cadit, de dictis ipſis non licebit dubitare.

6. Et quidem Deum nihil latere; *noſſe omnia*, ſciunt omnes. Domine, loquitur Eſther, cap.14 *qui habes omnem ſcientiam*. *Numquid*, inquit Iob,cap 21. *Deum docebit quiſquam ſcientiam?* Et Eccleſiaſticus, c.23. *Oculi Domini lucidiores ſunt ſuper ſolem; circumſpicientes omnes vias hominum,& profundum abyſſi*.& cap. 42. *Cognouit enim Dominus omnem ſcientiam*.& Apoſt. ad Rom.11.*O altitudo*,inquit,*diuitiarum ſcientiæ & ſapientiæ Dei*. & ad Coloſſ.1.*In ipſo ſunt oẽs theſauri ſciẽtiæ & ſapiẽtiæ Dei*.

7. Sic non minus certum eſt,*nulli ipſum velle imponere*, nolle mentiri. Hoc ſumma ipſius poſtulat bonitas. Hinc toties in Scriptura à veritate commendatur. *Dominator Dominus Deus* (dicitur Exod 34.)*miſericors & clemens,patiens & multæ miſericordiæ,& verax*. Et Num.23.*Nõ eſt Deus,quaſi homo,vt mentiatur* & Ioan.3. *Qui accepit eius teſtimoniũ,ſignauit,quia Deus verax eſt*.& Ioan.8.*Qui me miſit,verax eſt*.& ad Rom. 3. *Eſt autem Deus verax: omnis autem homo mendax*.& ad Tit.3.*Vitam æternam promiſit,qui non mentitur,Deus*.

8. Sed & pro vtroque ſunt clariſsima teſtimonia Patrum. Pro ipſius *ſcientia* ſequentia. Beatus Auguſtinus libro de fide ad Petrum, capite trigeſimotertio, *Firmiſsimè*,inquit, *tene, & nullatenus dubites, Deo incommutabili non ſolum præterita & præſentia, ſed etiam futura omnia incommotabiliter eſſe notiſsima; cui dicitur, Deus qui occultorum eſt cognitor, qui ſcis omnia antequam fiant*. Et Beatus Chryſoſtomus in Pſalmum vigeſimum nonũ:*Quid*,inquit,*eſt occultũ illi, cui patet omne ſecretum?* Beatus Ambroſius vero ſic loquitur,in caput vndecimum Epiſt.ad Romanos:*Manifeſtum eſt ſolum Deum eſſe qui nouerit omnia cõſilia,& hunc vnum eſſe,qui nullius egeat*.Denique Beati Cyrilli hæc ſunt verba libro ſecundò contra Iulianum. *Quod Dei cura vſq; ad minima pertingat,docebit ipſe,qui ſuum ſpiritum nouit Deus: Nonne,inquit,duo paſſeres aſſe veneunt:& vnus ex illis non cadet ſuper terram abſq; patre veſtro,qui eſt in cælis, &c*.

9. Pro *bonitate* vero,& quod *mentiri* nulla ratione poſsit, aut aliud, quam nouit dicere, non minus clara ſunt Patrum teſtimonia.

Abſur-

Digitized by Google

Abſurdum eſt, inquit Athanaſius, libro de Incarnatio. verbi, *Deum in ſuis verbis mentiri.* Chryſoſtomus homilia prima in Symbolum Apoſtolorum, *Credimus*, inquit, *Deo omnipotenti: quia poſſe ipſius non poteſt inuenire non poſſe, tamen aliqua non poteſt, vtpotè falli, fallere, mentiri.* Cyrillus Alexandrinus libro ſecundo in Ioannem capite ſexageſimo nono: *Qui*, inquit, *verba eius accipit, qui de ſurſum venit hic ſapientia ſua q. concluſum quoddam & certum ſignauit: non poſſe diuinam naturam mentiri.* Ambroſius libro ſexto Epiſtolarũ, Epiſtola trigeſimaſeptima ad Chrematium, *Quid eſt Deo*, quærit, *impoßibile?* Et reſpondet: *Non quod virtuti arduum, ſed quod naturæ eius contrarium Impoßibile eſt*, inquit, *ei mentiri. Impoßibile iſtud, non infirmitatis eſt; ſed virtutis & maieſtatis.* Denique B. Auguſt. lib. 1. de Symbolo ad Catech. *Deus omnipotens eſt*, inquit, *& cum ſit omnipotens, mori non poteſt, falli non poteſt, mentiri non poteſt.* 10.

Sunt pro vtroque fundamento firmæ rationes. Neque enim conuenit, vt qui prima ſumma, abſolutaque veritas eſt, quidquam ignoret: & qui eſt ſũma bonitas, quidquam mali velit.

11. Ipſius quoque omnipotentia idem arguit. Quomodo quidquam poteſt ignorare, qui poteſt omnia? Et ſi mentiri poſſet, profectò dignus non eſſet, qui ſit omnipotens. Nam, vt bene B. Aug. lib. de Symbolo ad Catechu. *Si mori Deus poſſet, non eſſet omnipotens: Si mentiri, ſi falli, ſi fallere, ſi iniquè agere; non eſſet omnipotens: quia ſi hoc in eo eſſet, non fuiſſet dignus, qui eſſet omnipotens.* Ita Auguſtinus.

12. Denique ſi aut ignorare quidquam Deus poſſet, aut mortalibus per mendacium imponere: omnino neceſſe eſſet, fidem noſtram Chriſtianamque religionem concidere, cum de fundamento religionis noſtræ, Dei inquam verbo certi eſſe nequeamus; vtpote quod ab eo eſſet profectum, qui vel ignorare potuit quæ dixit: vel ſi id non potuit, aliter de rebus, quam oportuit, potuit nos inſtruxiſſe. Quid vero abſurdius dici poteſt?

13. Conſtitutum igitur ſit *infallibilem veritatem* continere, quæcunque mortalibus à Deo *immediatè* reuelantur. An quoque idem de iis quæ per *Angelos*, Dei miniſtros, traduntur, dicendum? Hoc plus habet difficultatis. Quod res eſt, ſequentibus docemus.

14. Primum omnium *non tanta* Angelorum eſt, quam Dei ſcientia. Nihil poteſt ignorare Deus: Angeli multa poſſunt ignorare. Argumentum huius promptu eſt: quia in Scripturis quædam interrogare dicuntur, de quibus inſtrui deſiderare videntur. Angelorum vox eſt illa, Iſaiæ: 63 *Quis eſt iſte, qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra?* & illa, Pſal. 32 *Quæ eſt iſte Rex gloriæ.*

14. Et quidem *tria* ſunt rerum genera, quæ ignorare poſſunt. In primo ſunt myſteria gratiæ: in altero cogitationes cordium: in tertio futura contingentia, quæ ſui certas definitaſque cauſas non habẽt. Poſtrema hæc cum nec in ſe, nec in ſuis cauſis cognoſcantur certò, Angelorum ſcientiam fugiunt. Secundorum cognitio ſoli Deo paſſim in ſcriptura tribuitur, cuius eſt mentes & corda hominum ſcrutari: Prima illa, quia à ſolius Dei pendet voluntate, ſoli quoque Deo ſunt nota.

15. Rurſus quemadmodum à Dei ſcientia plurimum deficiunt Angeli; ita quoque à Dei *bonitate*. Neque enim natura ſua ſunt boni; ſed Dei gratia. quo fit, vt quemadmodum plurima poſſint ignorare; ita ſi eoſdem in ſeipſis, vt Dei gratia deſtitutos conſideres, poſſint aliis impõnere; poſſint fallere; poſsint mentiri: quæ Deo conuenire nequaquam poſſint?

16. Duo igitur ſunt, quæ ipſorum orationem ſuſpectam reddunt. alterum, quarundam rerum ignorantia: alterum, peruerſa; quam poſſunt habere, voluntas.

Veruntamen non *omni tempore* vtriuſque huius ratio habenda eſt, in oratione Angelorum. Quoddam tempus, Dei gratia, conſecuti
17. ſunt, in quo, quamuis quædam poſſint ignorare, & ignorent; non tamen mortalibus volent, aut valent imponere. Illud eſt, quod à tempore, quod diuina gratia confirmati ſunt, ingreſſi fuerunt.

Hinc eſt, quod quæ aliquando, ob duas cauſas, de falſitate po-
18. tuit eſſe ſuſpecta oratio; nunc hoc ſolo nomine ſuſpitionem veniát, quod non omnia norint Angeli, & de his poſſint ſermonem habere; atque ita ignorantes ignorantiam; errantes errorem, in audientium animis generare. Sed tamen nec huius cauſa ſuſpecta debet ipſorum nobis eſſe oratio: quoniam cũm gratia, atque gloria, ad quam tranſlati ſunt, etiam hoc obtinuerunt, & obtinent; vt certò affirmare non velint, nec poſſint; quod certo nõ perſpiciunt & norunt.

Vt vt tamen hoc ſit, nihil de veritate orationis poſſumus, aut de-
19. bemus dubitare, quando *Dei partes* agunt, & vt de diuinis rebus nos erudiant à Deo Opt. Max. mittuntur. Docent Theologi, & bene docent, Deum neq; *per ſe* fallere poſſe aut decipere, neq; *per alios*.

Atq; hoc non minus certũ exiſtimauero, quam prius illud, vide-
20. lic. quod *per ſe* nequeat decipere, aut in errorẽ inducere Deus. Quæ n. Scriptura *ſimpliciter* aſſerit, *Deum ſemper vera loqui*; eadẽ ſcriptura aſſerit, *Deum eſſe qui loquitur*: quamuis etiam per Angelum loquatur, aut hominem, vt ob id non minus certum ſit, vera loqui; quando per miniſtros loquitur Angelos, vel homines, quam quando *per ſe* quitur.

Hæc

Hæc cauſa eſt, quod eadem oratio nūc Deo tribuatur, nūc Dei miniſtris. *Deus* dicitur locutus, Exod. 3 Moyſi, de rubo; & tamen Actuum 7. orationem hanc *Angelo* tribuit B. Stephanus. Sic omnes agnoſcunt Dei vocem illam. *Ego ſum Dominus Deus tuus*, &c. Exod. 20. & tamen Apoſtolus in *diſpoſitione Angelorum* docet, datam eſſe legē, Actuum 7. Et Prophetæ erant, qui à populo Iudæorum audiebantur; & tamē communis omnium oratio fuit: *Hæc dicit Dominus*: quia, ſcilicet, ipſe Dominus eſt, qui loquitur; quando per alium loquitur; vnde optimè Zacharias, Lucæ 1. *Locutus eſt Dominus per os ſanctorum, qui à ſæculo ſunt, Prophetarum eius.*

Adde dictis, quod non minus in Diſputationem vocabuntur religionis noſtræ myſteria, atque adeo religio ipſa; ſi conſtituatur, *per* 22. *alios* nos poſſe decipi; quam ſi admittatur, Deum ipſum poſſe mortalibus imponere: tum quod ſæpe, *per ſuos*, Deus homines de diuinis rebus inſtituat, tum, quod rariſſimè atque difficulter admodum cognoſcatur, quando vel, *immediatè*, ipſe *per ſe*, vel *per miniſtros Angelos* inſtituat.

Quæ cum ita ſint; cum neque *per ſe* loquens Deus, poſſit morta- 23. libus imponere, neq; loquens *per Angelos*: cumque omnis Dei Intellectualis locutio, de qua præſens eſt ſermo, vel ab ipſo Deo fiat *per ſe*, vel ab *Angelis* Dei miniſtris, Deique nomine; quemadmodum probatum eſt cap. 12. dubitare non licet, quin fidem dictis firmiſſimam adhibere debeant, quicunque loquentem Deum, vel *per ſe*, vel *per Angelos*, audiunt. Atque hoc præſenti capite probatum volumus.

Neque nos hic mouere debent, *Iſaias* atque Ionas Prophetæ quā- 24. uis enim à Deo decepti videantur; reuera tamen decepti non ſunt. quoniam, vt bene notauit Melchior Canus, de Locis Theolog. lib. 2. cap 4 *comminatoria* fuerunt illæ Dei Locutiones; quæ iuxta communem loquendi conſuetudinem ita accipiuntur; vt tacita in ipſis ſemper conditio intelligatur; ſi nimirum, in quem comminatio fertur, non reſipiſcat. iam verò reſipuerunt Niniuitæ atque Ezechias: quocirca in Dei, Prophetarumque oratione nulla fuit falſitas, cum conditio interuenerit, effectumque orationis impediuerit.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

Quænam ex orationibus atque reuelationibus diuinis immutabilem Dei contineat ſententiam; & quæ mutabilem.

1. EX iis, quæ præcedenti Cap. ſunt dicta, haud difficulter colligitur, duplicis generis, eſſe, quæ diuinitus mortalibus reuelantur: & alia quidem *abſolutam* continere Dei ſententiam, atque immutabilem; alia mutabilem, atque *conditionatam* hoc (quoniam ad præſentem Diſputationem pertinet) illa ſunt diſtinguenda: Explicandum, quænam illa ſint quæ abſolutam contineant; & quæ *conditionatam* atque mutabilem.

2. Ex *rerum* autem differentia, huius definitio petenda: quarum, vt non vna omnium conditio, ita non vna eademque ratione reuelantur omnes. Quæcunque igitur in Dei orationem cadunt, hominibuſque reuelantur; vel *præteriti* ſunt temporis, vel *præſentis*, vel *futuri*. Præteriti temporis v.g. fuit creatio mundi, quam Deus Moyſi reuelauit: præſentis forte poſtulatio pecuniæ, Giezi à Naaman; quam intellexit Eliſæus: futuri excidium Niniuitarum; atque plurima religionis Chriſtianæ myſteria, quæ Prophetis ſignificata fuerunt. Non eadem horum omnium ratio. quocirca nec idem de omnibus, ſi quando reuelantur, faciendum iudicium.

3. Si quæ *præteriti* ſunt temporis, doceantur mortales; infallibilem illa continent veritatem: neque de his, ſine Dei iniuria dubitare licebit. Nam nec illa ignorare poteſt Deus; nec ſi reuelat, aliter, quam acciderunt, poteſt reuelare: & res, cum factæ ſunt, aliter ſe nullo modo habere poſſunt.

4. Eadem eſt ratio rerum, quæ eodem, *quo fiunt*, tempore reuelantur. Nam nec has poteſt ignorare Deus: nec de his non malè informare. Nec aliter ſe habere ipſæ poſſunt; propterea, quod, teſte Ariſtotele, *vnumquodq; neceſſe ſit eſſe, quando eſt.* Quocirca & hic abſolutè Deo dicenti neceſſe eſt credere.

5. Narratio *futurarum* rerum duplex eſt: quædam *comminatoriam* continet ſententiam: quædam *ſimpliciter*. quid futurum eſt, enunciat. Ad priorem pertinet plurima, quæ olim Iſraelitico populo, per Prophetas ſunt dicta. Ad poſteriorem multa, quæ iidem de Chriſto intellexerunt, poſteriora hæc ſimpliciter credere debuerunt futura, quicunque de his inſtruebantur: priora *ſub conditione*, vt diximus.

6. Et poſteriora quibus ſimpliciter aſſentiri oportet, ſunt plurima.

Nos, poſt Toſtatum, in 24. Num. q. 9. Regulas aliquot, ex quibus pleraque deprehenduntur, aſsignamus.

Prima ſit. Quæcunque reuelantur euentura in *creaturis non rationalibus*, abſolutam illa veritatem habent: modo tamen hîc nulla hominũ ratio habeatur; nec per has, de hominibus vindicta ſumi creditur. Cùm enim mutatio in Dei dictis, ex hominum merito pendeat; profectò, vbi nulla merita (vt nulla in his irrationalibus) nulla mutatio. quocirca, quæ de his prædicentur, vt abſolute ſunt vera, ita abſolutè creduntur. *In horum genera eſt*, quod Sanctus Petrus dixit, 2.c.3. fere *vt elementa omnia per ignem purgentur*: & quod 4. Reg. 21. *ſol dicitur per decem lineas reuerſurus in horologio Achaz*. 7.

Altera eſt. Quotieſcũq; reuelantur aliqua, quæ ad *totius huius vniuerſi*, vel emolumentum, vel detrimentum pertinent: illis ſimpliciter aſſentiri oportet. Huc pertinent omnes prophetiæ de Chriſto: quibus vniuerſum hominum genus dicitur liberaturus. Quę enim pro totius vniuerſi bono, vel detrimento Deus diſponit; illa nullis hominum meritis, demeritiſq; interuenientibus mutantur; propterea, quod vt omniũ in vniuerſo ſimilia ſint merita nõ contingat. Quocirca, vt hæc prædicuntur, eueniunt: & ijs abſolutè, rectè contingit fidem accommodare. 8.

Sic, Quæ *de ſtatu alterius*, quæ hanc ſequitur, *vita* dicuntur, & reuelantur; talia ſunt, vt mutari non poſsint. et ob id his quoq;, ſine conditione, creditur. Neq; enim in ſtatu illo ſunt mirita aut demerita, propter quæ in hac vita, quæ futura prædixit DEVS contingit mutari. Atq; hæc *tertia Regula* ſint loco. Huius generis ſunt, quæ de damnatorum pœnis, bonorumq; præmijs plurima ſanctis hominibus ſunt reuelata. 9.

Quarta Regula materiam præbent res, quæ *nec ad certam aliquam perſonam pertinent, nec gentem*. Nam in his quoq; meritorũ, quæ mutationis ſunt cauſa, ratio haberi nequit. Huius generis ſunt pleræq; propoſitiones, apud Prophetas, *indefinita*, vt in ſcholis vocantur: quæ *vniuerſalibus* æquiualent. 10.

His adde *quintam*, quæ eſt; Quod etiam, quæ priuatis perſonis reuelantur, ſine vllo *reſpectu ad ipſorum merita aut demerita*, immutabilem contineant veritatem, & abſolutè credãtur. qualia ſunt, quæ de B. Virgine Matre, atque S. Ioanne Baptiſta, diuinitus illuſtrati docuerunt, atque prædixerunt Prophetæ. 11.

Ex dictis colligitur, quæ nõ *ſimpliciter*; ſed *ſub conditione*, ſuos effectus ſortiuntur ex ijs, quæ à Deo reuelantur: & de quorũ euentibus 12.

atque

atque eff. ctis dubitare, ſine crimine, contingit. Talia ſunt, quæcũque *ab hominum meritis pendent, vel demeritis*. Sic Dei verbo non abſolutam fidem, ſine crimine, accommodauit Moyſes; quando intellexit ſe non ingreſſurum terram promiſsionis, illam, quæ vltra Iordanem eſſet. dubitauit enim, vtrum præſentia ſua merita Deus attenderet: vnde ad preces etiam cõuerſus, ad eandem ſibi, cum alijs, petijt aditum fieri. Verum, vbi abſolutum DEI decretum cognouit, ſententiæ Dei acquieuit. Sic ſine crimine fuit Ioel, poſtquã intellexit diuinitus locuſtam, bruchum, & æruginem, terram Iudę deuaſtaturos, & dubitauit populumque ad ieiunium, & orationem hortatus eſt, Ioel. 1. fuit inquam dubitãs ſine crimine: quia abſolutum Dei ignorauit decretum. Et de excidio Niniuitarum, poſt dies 40. certus non fuit Ionas, quamuis diuino oraculo hoc eſſet edoctus: quia decretum Dei ab hominum meritis, demeritiſque intelligebat pendere.

13. Porro horum *duo* genera poſſumus conſtituere. In alijs *dona promittuntur*; in alijs *mala ventura prænunciantur*. Priora habent orationem, tam in Deo, quam Prophetis, *promiſſoriam*: poſteriora in vtriſque *comminatoriam*. In priorum genere eſt hæc: *Si volueritis, & audieritis me, bona terra comedetis*, Iſaiæ 1. In poſteriori, quæ ſubiungitur: *Si ad iracundiam me prouocaueritis, gladius deuorabit vos*, Ibidem & illa, Ierem. 18. *Repente loquar ad gentes & regnum, & deſtruam, &c.*

14. Rurſus, vtraq; vel ad ſingulares homines poſſunt pertinere, vel ad populum aliquem, aut gentem. Illius exemplum præbet Nabuchodonoſor, cui dictum: *fœnum, vt bos, comedes*. huius Niniuitæ, in quorum auribus hæc Ionæ vox inſonuit: *adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur*.

15. Addo dictis, quod illa quoque, quæ ab hominum meritis pendere videntur, *abſolutè* aliquando à Deo reuelentur; & *ita* reuelari prophetæ agnoſcant; & ob id de his dubium animum nec habeant nec habere poſsint. Ita, vbi ſecundo à Deo admonitus Moyſes, didicit ſibi aditum ad promiſſam terram non patere; *abſolutam* DEI voluntatem intellexit, dictiſque Domini acquieuit. Sic Balaam *abſolutam* omnimodamque Dei voluntatem cognouit, de benedictione Iſraelitarum, nec maledictionem ijs poſſe nocere. Vnde & ſubiunxit, Num. 23. *Non eſt Deus quaſi homo, vt mentiatur; nec, vt filius hominis, vt mutetur.* Idem Balaam intellexit *abſolutam* DEI eſſe voluntatem, cap. 24. vt perdatur Cinus; veniatque in manus Aſſur. hoc ipſius

Digitized by Google

ipſius teſtatur ſequens oratio. *Si etiam*, inquit, *poſueris iudicium tuum in petram, inde detraberis.*

Veruntamen non *omnes* Prophetæ cognoſcunt in ſimilibus rebus, quæ ab hominum meritis pendent, *abſolutam* DEI voluntatem: qui ob id quoque poſſunt & debent iudicium ſuũ ſuſpendere. Et qui cognoſcunt; non eodem ſemper *modo* cognoſcunt; ſed alij alio atque alio. 16.

Quidem hoc cognoſcunt alijs; quam quæ Prophetæ, ex Dei ſententia habent, & proferunt, verbis: quemadmodum cognouerunt Balaam, atque Moyſes. quidem illis ipſis, quibus futura bona, vel mala prædicuntur, Et priores non æqualiter illa accipiũt. Nam alij ex vnica reuelatione perfectè id colligunt, vt Moyſes: qui poſtquã firmam contra ſe Dei ſententiam intellexit: nunquam, vt in terram promiſsionis intromitteretur, amplius rogauit. alij ex pluribus, vt Samuel: qui Regnum auferendum à Saul quidem audiuit; ſed vltimam Dei ſentẽtiam, non, niſi poſt tertiam reuelationem, intellexit. quocirca quamuis ex Dei ore audiſſet, Regnum ab ipſo auferendum: preces tamen pro Saul non intermiſit, ſed poſtquam audiſſet; *triumphatorem in Iſrael non flectendum pœnitudine; nec, vt hominem pœnitentiam agere*; nec dum tamen ab oratione deſtitit: imo cũ oratione coniunxit lachrymas; Saul Regem obnixè rogans regno ſeruari. Tandem, poſtquam à Deo eſt reprehenſus; atque, vt pro Saul, Dauid in Regem vngeret, admonitus, abſolutum Dei obſeruauit decretum. 17.

CAPVT XV.

An qui Deum loquentem ſibi audire viſi ſunt; non ſolum firmam fidem dictis ipſius adhibuerunt; ſed etiam certò cognouerunt Deum eſſe, qui ipſis loqueretur.

DVBIVM non eſt, quin quæ à DEO, ſiue *per ſe*, ſiue *per miniſtros ceu Angelos*, reuelantur omnem fidem mereantur. demonſtratum eſt hoc cap. præcedenti. Dubium autem eſſe poteſt, vtrum ſemper quæ Deum reuelaſſe creditum eſt; *ſemper* Deus *reuelauerit*: & Deum reuelaſſe, *cognouerint illi*, quibus reuelatio facta. Et quia priora illa in controuerſiam vocantur, niſi poſterius hoc cõſtituatur, omnino oſtendendum eſt, vtrum etiam quicunque loquentem aliquando Deum audiuerunt, *certè cognouerint* Deum *eſſe*, qui ſibi loqueretur. 1.

Difficultatem hanc illud parit, quod illudi hominibus poſsit: & poſsint quidam putare ſe à Deo edoctus eſſe: quibus vel mali An- 2.

Digitized by Google

geli impoſuerunt, vel ſuus priuatus propriuſque ſpiritus quædam ſuggeſſit, non ſolum diuinis eloquiis non conformia; verùm etiam ipſis prorſus contraria. Exemplis doceri poteſt, nouū non eſſe, quòd vel nos nobis, neſcio quæ perſuadeamus; vel à malignis ſpiritibus decipiamur. Etiam ſacræ Scripturæ docent Prophetas quoſdam deceptos eſſe, falſa docuiſſe, & ſua ſomnia, pro diuinis oraculis propoſuiſſe.

3\. Sed tamen quotieſcunque *manifeſta* Reuelatio mortalibus, qualibus qualibus, facta eſt: *non minus* potuerunt, & debuerunt de dictorū, quā *dicentis* veritate eſſe certi. hoc eſt, non ſolùm intellexerunt *certiſſima* eſſe, *quæ* dicerentur, verùm etiam cognouerunt *certiſſimè*, Deum eſſe, qui ſibi loqueretur.

4\. Atque hoc omnino neceſſarium eſt conſtituamus, niſi omnē Dei verbo authoritatem abrogare velimus; & vniuerſa Religionis noſtræ myſteria in dubium vocare. Quomodo enim vel de Dei verbo, vel myſteriorum religionis veritate certò conſtabit; ſi, quòd hæc à *Deo* habeantur, certò affirmari nequeat? &, quomodo hæc à Deo haberi certò affirmabitur; ſi quando hæc reuelantur, non certò conſtat *Deum* eſſe, qui reuelat?

5\. Ex certiſſima igitur perſuaſione, quam de Verbi Dei authoritate, deque myſteriorum religionis noſtræ veritate habemus, omnino, optimeque concluditur; non potuiſſe eos, qui per Deum docentur, & Deum loquentem audiunt, vllo modo dubitare, quin *Deus* eſſet, qui ipſis loqueretur.

6\. Hinc Prophetæ, quibus Deus locutus eſt, tam conſtanter, & Deum ſibi *locutum* eſſe, & Deum ſe *audiuiſſe* teſtantur. *In veritate*, inquit Hieremias, cap. 28 *miſit me Dominus ad vos; vt loquerer in aures veſtras omnia verba hæc.* Hinc iidem idcirco de veritate dictorum non dubitârunt; quòd certiſſimi eſſent Deum fuiſſe, qui ipſis eſſet locutus. Hinc iidem, poſtquam Deum loquentem audiuiſſent, mox ad Demandata exequenda promptiſſimi fuerunt; & pro veritate dictorū e & morti expoſuerunt, & mille pericula adierunt.

7\. Quocirca mirum non cenſet Beatus Thomas, 2.2. quæſt. 171. art. 5. quòd Abraham admonitus à Deo, in viſione prophetica, mox ſe accinxerit ad filium, quem vnicum habebat, Deo immolandum. quia ſcilicet, non dubitabat, fuiſſe *Deum*, à quo mandata acceperat. Si vel minimum dubium de veritate Dei loquentis habuiſſet, profectò rem tam arduam, tam inſolentem, tam, vt videtur, barbaram, ad primam loquentis vocem, aggreſſus non fuiſſet.

8\. Itaque non minus certi ſunt Prophetæ, atque omnes, quibus Deus

Digitized by Google

Deus loquitur, hac ſpirituali, de qua nobis ſermo eſt, locutione: non minus, inquam, certi ſunt, & cognoſcunt *Deum* eſſe, qui ipſis diuina myſteria reuelat; quàm certi ſumus, atque videmus nos *prima ſcientiarum principia*, vt vocamus, per lumen naturale. Et quemadmodum ex ijſdem nos certiſſimè concluſiones: ita illi ex certitudine reuelantis Dei certitudinem reuelatorum à Deo colligunt. Notauit hoc, & bene, Caietanus ad ar.5.q.15 1.2.2. S. Thomæ.

Veruntamen *hanc certitudinem*, de Deo, ſibi loquente, illos habuiſſe 9.
credendum eſt, qui per *expreſſam* Reuelationẽ diuinitus ſunt inſtituti: non autem eos, qui ſe neſcio, quos, diuinos inſtinctus in ſe quãdoque obſeruare exiſtimant, quemadmodum hi de dictorum veritate: ita de dicentis authoritate dubitare poſſunt, & debent.

Duobus igitur modis, vt bene obſeruauit B. Auguſtinus, lib. 2. ſuper 7.
Geneſ. cap. 15. contingit aliquos à Deo inſtrui: nempe aut per *expreſſam* reuelationem, aut per *inſtinctum* quendam, quem interdum, etiã neſcientes, humanæ mentes patiuntur. In priori illam, quam aſtruximus, ponimus *certitudinem*. In poſteriori falli contingit, quandoque Prophetas, teſte Gregor. homil. 1. in Ezechielem: quando videlicet, *diuinus* non eſt, quem ipſi credunt *diuinum* eſſe *inſtinctum*.

CAPVT XVI.

Ex quibus indiciis, & argumentis colligatur, vel deprehendatur Deum eſſe qui loquitur; quando diuinæ Reuelationes accipiuntur.

TRIA ſuperius, Cap. 6. aſtruximus eſſe hominum genera; quibus Deus aliquando locutus eſt: Prophetas, Sacerdo- 1.
tes, priuatos homines. Omnes de diuinis Reuelationibus fuiſſe *certos* certum eſt; An *ijſdem*, omnes, *ſignis*, atque argumentis moti, difficultatem habet *aliquam*: ſed *maximam*, oſtendere, *quænam illa ſigna*, atque argumenta fuerint, quibus omnino perſuaſi fuerunt *Deum eſſe*, qui ipſis loqueretur. Vtrumque hoc capite inquiramus.

Principio igitur, non omnes *ijſdem argumentis* indiguiſſe; & vſi 2.
videntur. Alia potuerunt ſufficere Sacerdotibus: alia poſtulare priuati homines, & Prophetæ. Ratio huius ex *diuina promiſſione* accipitur; quæ non his, ſed illis facta: *Sacerdotibus*, vbi, & quomodo, diuina reſponſa acciperent, ratio erat præſcripta; quemadmodum ſuperius Cap. 7. demonſtratum eſt; hac caruerunt Prophetæ, & priuati homines.

Digitized by Google

3 Quocirca, ſi quam Deus præſcripſiſſet rationem Deum conſulendi, Sacerdotes obſeruarent, & ad interrogata reſponſum acciperent, non potuerunt dubitare Deum eſſe qui loqueretur, & reſponſum daret: propterea, quod *fidelis ſit Deus* in verbis ſuis; & *non; vt homo mentiatur, atque fallat.*

4. Neque verendum erat, ne quemadmodum ſe in Angelum lucis, Dæmon transformare poteſt; ita hic ſeſe ingerat, Deum anteuertat ſua, pro Dei verbo, conſilia atque verſutias efferat. Diuina id prouidentia nullo modo permittit: veluti nec multa alia, quæ, libro de Magia, fuſius perſequitur noſter Pererius.

Cæterum de *Prophetis, atque priuatis* hominibus difficile eſt conſtituere, vnde hi *certò* deprehendant Dei loquentis vocem. Quid enim? an ex *forma*, qua loquentem conſpexerunt? an ex *rerum*, quæ dicebantur, *grauitate*, atque maieſtate? an ex *fine*, qui in oratione propoſitus viſus eſt bonus. an ex *confeſſione* loquentis Dei? an ex *modo*, quo loquentem audiendo affecti fuerunt? an ex *certo*, rerum dictarum, vel aliarum aliquarum, *euentu*? an ex certo definitoque *loco*? an ex animi *præparatione* eorum, quibus reuelationes fiunt? an ex *nouarum ſpecierum* collatione, ingenio hominis facta? an *nouo lumine* allato.

5. *Formam* Deum prodidiſſe dici non debet. Quoniam nec ſub forma ſemper intellectui exhibitus eſt: & ſi quando eſt exhibitus; illa potius creaturam, vt videtur, quam creatorem expreſſit. Quam etiam Dei formam fingemus?

6. Nec ex *maieſtate*, atque grauitate rerum, quæ in ſermonem veniebant, deprehendi potuit Deus. Nam quemadmodum de grauiſsimis altiſsimiſque rebus Prophetas, alioſque inſtruxit; ita de leuibus: de aſinis, verbi cauſa Perditis. 1. Reg. 9. ſic quemadmodum Nequam ſpiritus de rebus leuibus; ita de grauiſsimis Chriſtianæ religionis myſteriis, poſſunt ſermonem inſtituere. Neque enim hæc ignorant Nequam.

7. Bonus quoque finis, qui in oratione propoſitus videtur, non prodit Dei eſſe, ſiue ex Dei ore proficiſci, orationem, quæ percipitur. A bonis Angelis, etiam Dei perſonam non ſuſtinentibus hic intendi poteſt: Poteſt & à Dæmonibus res ſub ſpecie boni proponi. Quid quod à Deo quædam aliquando propoſita ſint; quæ tantum abeſt, vt ſpeciem boni habere viderentur; vt potius iura videri potuerint violare naturæ? quemadmodum illud Gen. 22. quod pater iubetur immolare filium.

Quod

Quod vero Deus ſemper *confeſſus* fuerit ſe eſſe, qui loqueretur, nec 8.
quiſquam facile dixerit: nec quiſquam facile ſibi aliiſque perſuaſe-
rit. Neque nos, quando alicui loquimur, nos eſſe, qui loquimur, ſig-
nificamus. Sed & Angelus tenebrarum, ſi ſe in lucis Angelum poteſt
transformare, adeoque Deum ſimulare; cur, ſi quando loquitur, non
poſſet ſe Deum aſſerere?

Modus, quo oratione affecti fuerunt, qui Deum loquentem audi-
uerunt, fortè hic Deum prodidit. Sed quis hic modus? quis ipſum ex- 9.
plicauerit? Dubium etiam, an eundem in hominum animis non poſ-
ſint excitare dæmones. Neque enim parua ipſorum eſt, non in homi-
num ſolum corpora; verum etiam animos, vis & poteſtas: quamuis
in corpora maior.

Certus rerum dictarum euentus, etſi aliquod, non tamen certum
facit argumentum, quod Deum prodat. Poteſt quoque dæmon ho-
minum mentibus aliqua ſuggerere; atque illa ipſa vi virtuteque ſua 10.
effecta dare. Idem iudicium eſt de aliarum rerum euentu; quæ pro
dicentis confirmatione afferri poſſunt.

Locus certus atque definitus multum valet apud Sacerdotes, quibus
diuinæ reuelationes in templo, atque coram Tabernaculo fiebant.
At Prophetis certus locus non fuit; non fuit certus hominibus pri- 11.
uatis; nunc inter parietes priuatos, nunc in locis deſertis, nunc media
hominum turba Spiritus Domini hos inuadebat, & de diuinis rebus
inſtruebat.

Et in ſacerdotibus etiam multum iuuabat *animi diſpoſitio & præ-
paratio*. Sed quemadmodum nullius loci rationem habebat plerun-
que Spiritus Domini, apud Prophetas priuatoſque homines; ita ple-
runque nec animi præparationis vt ob id, quemadmodum non ex
loco; ita neq; ex animi præparatione argumentum petatur, quod de- 12.
monſtret Deum eſſe, qui loquitur; ſi quando in animo, loquentem
Spiritum ſentimus.

Species rerum nouæ, per quas diuinæ Reuelationes & locutiones
percipiuntur, magnum argumentum videntur hic ſuppeditare: pro-
pterea, quod à ſolo Deo illæ conferantur, & ob id Deum loqui cre- 13.
di debeat, quando hæ communicantur. Sed primum, non ſemper no-
uæ conferuntur, quando tamen Deum contingit loqui, & audiri. De-
inde quis deprehendit, quando nouæ conferuntur? Idem dixerim
de lumine, quod nec ſemper nouum additur: nec, quando additur,
addi ſemper obſeruari poſſe videtur.

Difficillimum igitur eſt docere, quænam ſigna Deum loquentem
 doceant: 14.

Digitized by Google

doceant:ſed tamen quæ difficillimum eſt dare, illa non leuia, ſed maxima fuiſſe, ex eo manifeſtum eſt; quod quibus Deus locutus eſt, *certiſſimi* de hoc fuerint: nec vtrum alius aliquis à Deo locutus ſit, vel minimam quidem ſuſpicionẽ habuerint, aut habere debuerint. Eſt & aliud huius argumentum, quod ab Angelorum ſumitur audiitione, quandocunque ni alios ſibi loquentes audiunt, non vocem ſolùm loquentis, ſed & ipſum loquentem percipiunt. Loquitur v. g. Michael Gabrieli, Gabriel Michaelem ſcit ſe audire loquentem, nõ Raphaelem, aut ex toto numero alium aliquem. Et tamen quo id ſigno deprehendat; nobis, qui infra cœleſtes ſpiritus ſumus, aſsignare admodum eſt difficile.

16. Quæ cùm ita ſint, fecilius *hæc ſigna*, atque indicia aſsignarent prophetæ & quicunque Deum aliquando loquentem audiuerunt: illi quoque, quibus donum diſcernendi ſpiritus diuinitus eſt collatum. Nos, quemadmodum non bene de coloribus cæcus, qui colores nunquam vidit, difficulter de his certa poſſumus aſtruere. Quod tamen coniectura aſſequimur, *ex tribus* exiſtimamus diuinas Reuelationes & cognoſci modò, & olim cognitas fuiſſe, ex mentis ſingulari *excitatione & illuminatione & ſapore*. Omnino eos, quibus Deus locutus eſt, ita excitatos, & illuminatos, & affectos credimus: vt hinc Deum eſſe, & non alium, qui loqueretur, non potuerint dubitare.

17. Et vehementior videtur fuiſſe illa *excitatio*, maximè in Prophetis, & quidem tum, quando *primùm* Deum loquentem audiuerunt, quã in aliis, qui Deum ſibi loqui credere potuerunt. Quoniam hoc ferè diſcrimine, Diabolica ab Angelica, & diuina Locutione diſtinguitur: quòd illa in principio quaſi terreat; deinde quietum animum relinquat, contra Diabolica, in principio ſe leniter inſinuet: in fine verò relinquat turbatum atque inquietum.

18. *Lumen* quoque, quo perſtringuntur, ſingulare fuit, & quod non tãtum ad rerùm, quæ per locutionem accipiuntur, fecit intelligentiam, verum etiam ipſum loquentem manifeſtauit: quemadmodum apud nos vox ipſa & loquentem, & ſe, & rem ipſam; cuius quoddam quaſi vehiculum eſt, manifeſtat.

19. Et alio quidem modo ſe habet, dum ad veram facit intelligentiam: alio, dum loquentem, & ſe manifeſtat. Ibi nullam vim mentis intelligentis videtur afferre: hic ipſam quaſi ad rerum contemplationem, atque aſſenſum rapere.

20. *Pro ſapore*, quod tertium eſt, facit B. Auguſtini mater; quæ dicere ſo-

re ſolebat: *diſcernere ſe ſapore, quem verbis explicare nequiret, quid intereſſet inter Deum reuelantem, & inter animam ſuam ſomniantem.* Vide Augustinum libro ſexto confeſſionum, capite decimotertio. Eundem tamen rem ad diſcretionem ſpirituum facere docuit Catharina Senenſis, in hoc diuinarum Reuelationum genere probè exercitata. Eodem intelligebat B. Bernardus; quando diuina ſibi virtus adeſſet, ad patranda miracula, teſte Medina Barthol. in 3. parte quæſt. 25. art. 3.

Cæterùm *tria* hæc non *æqualiter* Deum prodidiſſe crediderim: ſed 21.
neque *ſemper*; aut promiſcuè *omnibus* affuiſſe; quibuſcunque Deus eſt locutus: Nec ſi quando omnia ſimul affuerunt, *ordine ſuo* affuiſſe; vt primum mens fuerit excitata; mox illuſtrata; demum voluptate, ac ſpirituali ſapore perfuſa.

De vehementi illa *excitatione*, quòd non in omnibus neceſſaria fuerit, ex Prophetis cognoſcitur. Eſto hæc ipſis adhibita, quando primùm diuinus ſermo ad ipſos factus: & quando in aliis occupati, ne cogitare quidem potuerunt Deum ſibi locuturũ; at poſtquam diuinis colloquiis fuerunt aſſueti; quid illa fuit neceſſe? Quid quoque neceſſe in Sacerdotibus, quando, vt diuinum reſponſum expectarent, iam parati erant, adeòque exſpectabant? quid in ſanctis quibuſque hominibus, quorum cum Deo frequentes ſermocinationes? 22.

At *ſapor ille*, quem diuinitus afflatus in mentibus eorum, quibus loquebatur, ſolet relinquere, apud *priuatos* potius, quã *publicos* homines (Sacerdotes dico, & Prophetas) locum habuit. Huius illud haud leue argumentum, quod priuatis, pro ſuo ſolatio, diuinæ Reuelationes fierent: quæ ob id hoc ſapore debebant mentem perfundere: publicis illis ea ſignificarentur, quæ ad publicum, vel diuini cultus, vel Rerumpub. atque Regnorum, emolumentum facerent, & ex Reuelatione hoc ſolum illi habebant, vt ſibi reuelata aliis communicarent. 23.

Ex dictis ſequitur, ſecundùm illud, *illuminationem*, inquam, *mentis* maximè eſſe, quæ Deum prodat. Nam duo alia, vel non *ſemper* inueniuntur, quando loquitur Deus; vel ipſam locutionem *antecedunt* & *ſequuntur*. Et quoniam hæc à Locutione non differt, quin imò ipſa eſt locutio, ipſa Dei oratio eſt; quæ vt ſe, & Dei conſilia; ita Deum loquentem prodit: quemadmodum vox omnis, & ſe, & dicentis mentem, & dicentem prodit. 24.

Nihilominus quamuis tantùm *diuina vox* & ſeipſam, & Deum proprié prodat; multa tamen cum illa ſunt coniuncta, quæ eos, quibus 25.
Deus

Digitized by Google

Deus loquitur certiores de diuino verbo faciunt. Talia ſunt dictorum & maieſtas, & æquitas & altitudo; & certiſſimus euentus, hiſque ſimilia.

13. Exiſtimarem quoque, quod quando non ſolum loqui auditur Deus verum etiam ſub ſpecie aliqua conſpicitur, ex ſpecie magnum argumentum diuinæ præſentiæ colligatur. Ea enim maieſtate ſe mortalibus obiicere videtur, vt de Dei præſentia non poſſint dubitare. Hinc cum Deo Deique Angelis conferre ſolemus maieſtatē regiam; quemadmodum & Eſther, cap. 15 quæ Aſſuero dicebat; *Vidite Domine quaſi Angelum Dei*, poſtquam eundem conſpexit indutū veſtibus regiis, auroque fulgentem, & lapidibus pretioſis.

CAPVT XVII.

An Prophet arum, & eorum, quibus diuinæ reuelationes ſunt factæ, dictis omnimoda fides, ſit adhibenda.

1. DVPLICIA ſunt Prophetarum, & eorum, quibus diuinæ Reuelationes ſunt factæ, dicta. Quædam ex diuina habēt inſpiratione; quædam ex priuato & proprio proficiſcuntur ſpiritu. Priora illa eandem habent in ore Prophetarū veritatem, quam in mente, & ore loquentis Dei: poſteriora aliam poſſunt in loquentis mente, & aliam habere in ore loquentis, & aure audientis.

2. *Diſtingui* hæc in Prophetis, aliiſque, quibus diuinæ Reuelationes fiunt, inde manifeſtum eſt, quod non quæcunque illi loquuntur, diuinitus acceperunt; quemadmodum neque ſemper diuinas Inſpirationes habent. Aliquando ſibi relinquuntur, & diuinis illuſtrationibus deſtituuntur, tum quemadmodum à reliquis hominibus non differunt; ita vt reliqui homines poſſunt & quædam ignorare, & quædam falſa & contra mentem proferre.

3. Hinc facilè colligitur, quid ad propoſitam quæſtionem reſpondendum ſit duo hæc 1. *dictis Prophetarum. quæ ex Domini ore acceperunt fidem eſſe adhibendam 2. Si alia, quæ à Deo non habent, proferunt, non neceſſe eſt iis credamus*. Prius certum eſt: Quidni infallibili veritati omnimoda fides adhibenda? Iam vero omnimodam veritatem continent quæcunque ex diuino ore accepta nobis reuelant Prophetæ Omnimoda igitur ipſis fides adhibenda. Res hæc idcirco manifeſta eſt, quod illud ipſum verbum: illa ipſa veritas; quæ in mente Dei reſidet, abſque vlla ſui mutatione, ex ore loquentis Dei transferatur in

mentem

mentem audientium Prophetarum & per os Prophetarum ad aures
noſtras. Quapropter, quemadmodum in mente Dei, qui nec falle-
re, nec falli poteſt, omnimodam veritatem continet, ita in Prophe-
tarum: vt ob id Prophetas hanc proferentes audiens, non minus ipſi
credere debeat, quàm Prophetæ Deo reuelanti.

Atque hæc cauſa eſt, cur *Prophetæ*, quæ ipſi loquuntur, & profe- 5.
rant verba; non ſua, ſed *Dei verba* vocitent. *Audite verbum Domini Prin-
cipes Sodomorum*, dicitur Eſaiæ 1: *Quò mihi multitudo victimarum veſtra-
rum?* Eodem modo loquitur *Ieremias* cap 21. *Audite verbum Domini,
Domus Dauid; hæc dicit Dominus.* Eodem modo Ezech. 6. *Montes Iſrael,
audite verbum Domini.* Eodem modo Oſee cap. 4. *Audite verbum Do-
mini filij Iſrael:* Eodem alij: Amos, 7 Sophon. 2. Aggæus 1. &c.

Hæc cauſa eſt, cur *ſuum verbum, ſeq́ue reiectum* conqueratur Deus 6.
Opt. Maximus; cùm prophetarum oratio, & ſermo eſt reiectus. Huc
facit illa Dei apud Ezechielem, oratio cap 20. *Vnuſquiſq; offenſiones o-
culorum ſuorum obiciat, & in Idolis Ægypti nolite pollui. Ego Dominus De-
us veſter. Et irritauerunt me, noluerunt́q; me audire, &c.*

Hæc cauſa cur *vlciſcatur* ſe de Iis, qui Prophetas audire noluerũt; 7.
non minus, quàm ſi ſe audire noluiſſent. Atque hoc prædixit futu
rum, Deut. 19 *Ponam*, Inquit, *verba mea in ore Prophetæ; loquetuŕq; omnia,
quæ præcepero ei: qui autem verba eius, quæ loquitur in nomine meo audire no-
luerit, ego vltor exiſtam.*

Hæc cauſa eſt, cur *ſe* dicat *audiri*, quando audiuntur, quibus ipſe, 8.
vt ſua verba atque voluntatem promulgent, mandauit. Si *audieritis
me*, dicitur Iſaiæ 1. *bona terræ comedetis*. Sic Dominus, Luc. 10 *Qui vos
audit, me audit; qui vos ſpernit, me ſpernit; &c.*

Hæc cauſa eſt, cur *ſanctis Euangeliis. ſacrisq; Scripturis* non minorem 9.
fidem, reuerentiamq́ue habeamus; quàm Dei viuæ voci. Quemad-
modum enim, quæ veritas prius mente fuit; eadem poſt ad os venit:
ita quæ prius fuit in ore, poſtmodum literis atque chartæ commen-
datur. Et ob id quæ fides atque reuerentia tribuitur reconditæ ad-
huc in diuina mente, eadem deriuatæ ad loquentis os, eadem char-
tis, vt poſteritati ſeruiat, commendatæ.

In horum dictorum numero non illa tantùm ponimus, quæ per 10.
manifeſtam diuinam Reuelationem habentur; verùm etiam illa, quæ
ex *inſtinctu* ſunt diuino. Non minorem hæc, quàm illa habent veri-
tatem. Sicuti fallere non poteſt Deus, dum manifeſtè loquitur; ita
non poteſt, dum obſcurè ſe inſinuat. Semper verax eſt, ſemper Deus
eſt. Nunquam, vt homo, poteſt mentiri, fallere nunquam.

 Sed

Digitized by Google

1. Sed tamen de horum *quibuſdam* contingit dubitare (quod in manifeſte reuelatis grauiſſimum eſſet crimen) contingit, inquam, dubitare, & quidem ſine ſcelere, non quod Dei ſermo ſuſpectus de veritate eſſe poſſit; ſed quod, vtrum Deus ſit, qui ſuo inſtinctu homines afflicit, vel ignoremus, vel dubitemus.

2. In *manifeſtè* igitur reuelatis idcirco nulla eſt dubitatio; quia certiſſimus eſt homo de reuelante Deo. hic contingit, dubitare, quia vtrum, qui reuelet; Deus ſit, ignoratur Omnis ſiquidem de reuelatis, ex reuelante pendet aſſenſus: de quo, quia hic, non ibi ambigitur; nulla de manifeſtè reuelatis eſt dubitatio; quam hic ſine peccato licet habere.

3. Atque vt hoc certum eſt, dubiam ſcilicet mentem nos habere non poſſe de iis, quæ à Deo prolata; atque dicta nobis per Prophetas, alioſq; diuinos, vt ita dicam, homines proponuntur: ita non minus certum, non neceſſe eſſe iis in *omnibus* aſſentiri, quæ proponunt, atque in medium afferunt. propterea, quod non quæcunque ab ipſis proponuntur, ex diuina ſint accepta reuelatione.

4. Quocirca, quemadmodum in aliis hominibus accidit; vt quæ proprio ſpiritu proferunt, nunc cum veritate conſentiant, nunc ab eadem diſſentiant; ita in his, qui aliquando diuinas habent reuelationes, atque vt illorum, ita horum oratio, ex duplici cauſa, poſſit eſſe: ſuſpecta: altera eſt, ꝙ quædã poſſint: altera, quod etiã in iis, quę nouerunt, fallere poſſint. *In* prioribus contingit illos falſum dicere, in poſterioribus mentiri.

Non enim Prophetarum, atque aliorum, quibus diuinæ Reuelationes fiunt, illa eſt conditio, quæ eſt hominum beatorum. Peccatum in hos non cadit: atque ideo mentiri nequeunt. Et quia ſtatus ille, in quo ſunt, malum nullum admittit; idcirco nec falſum, aut quod non bene norint, proferent. *N*ondum beati ſunt, qui diuinitus illuminátur, nondum in eo ſtatu ſunt, qui omne malum excludit.

5. Et multa *P*rophetas, eoſque quibus Deus quandoque locutus eſt, ignoraſſe clarum eſt. exemplo ſuo non docet, vt alios omittam. Eliſæus *P*ropheta, qui quamuis in pluribus alioquin diuinitus inſtitueretur: ignorabat tamen, quam ob cauſam mulier Sunamitis ad ipſum veniſſet. Vnde ad puerum ſuum Giezi, *Dominus*, inquit, *celauit à me & non indicauit mihi*, 4. Regum 4. Et quando Nathan Dauidi templi conſtructionem ſuadebat, non neceſſe fuit Dauidem ipſius verbis fidem accomodare; quamuis Domini Propheta Nathan eſſet, & Dauidem aliquando de Domini voluntate informaſſet; quia ſcilicet, non

ret non quæ Domino ſed ſibi viderentur, ſuggerebat Nathan. Vnde etiam, quod Propheta ſuadebat, prohibuit Dominus 2. Regum, 7. &c.

Sic quoque contra mentem ipſos poſſe dicere, adeoque mortalibus imponere, dubium non eſt. Neque enim per hoc, quod diuinæ Reuelationes ipſis fiunt, homines eſſe, & hominibus ſimiles eſſe deſierunt. Neque vel in beatorum ordinem tranſlati, vel ita in gratia confirmati, vt errare, ſi velint, nequeant. Probitas vitæ ad Propheram diuinaſque Reuelationes percipiendas neceſſaria non eſt, quemadmodum alias eſt demonſtratum. 17.

CAPVT XVIII.

Vnde poßit cognoſci Prophetas diuinosq́; homines proprio ſpiritu loqui, & non ex Dei ſententia, atque voluntate.

QVONIAM dictum eſt, *non ſemper* ex Dei ſententia Prophetas, diuinoſque homines loqui; ſed quandoque priuatas ſuis cogitationes proponere: Et tamen neceſſarium eſt loquentibus aſſentiantur mortales, dictiſque pareant, ſi quando Diuinorum myſteriorum atque conſiliorum ſunt nuncij: hinc prorſus expedit; vt rationem, qua *diuina oracula, à propriis dictis* diſtinguant, teneant; vt in illis aſſenſum ſuum mox præbeant & obſecundent; in his iudicio atque oratione, prius, quam aſſentiantur, ſingula expendant, 18

Et eo magis ratio hæc, atque methodus videtur neceſſaria; quo non veri ſolum Prophetæ, verùm etiam, ſub nomine verorum, *falſi* mortalibus poſſint imponere, grauiſſimaque detrimenta animabus miſerorum afferre quæ, vt cauere meritò omnes debent; ita habere in promptu rationem, qua Dei hominumque verba diſtinguant. 19.

Sed & hoc nomine ratio hæc magis neceſſaria, quod omnibus propemodum temporibus *falſi Prophetæ* inueniantur, etiam noſtris, in quos ſeculorum fines peruenerunt, & non tantum prioribus, quando Idololatriæ plurimum orbis terrarum fuit deditus. Quid quod noſtris hi magis inualuerunt? maiores vires habeant? incrementa maiora indies ſumant? præſentiora maioraque detrimenta afferant? 20.

Quæ cum ita ſint, haud parum intereſt, rationem, qua hæc ab illis diſtinguantur, tenere. *Quæ igitur illa?* reſpondeo, *facile eſſe hanc in priorum temporum Prophetis, ut qui nos præceſſerunt, vitaque ſunt functi, æſti-*

Digitized by Google

gnare: difficilimum aſſignare in iis, quos præſentes audire contingit, vt nos
ſtros contingit, & olim prioribus temporibus maiores ſuos.

5. *Priores quoſdam* proprio ſpiritu locutos eſſe *multis modis* co[...]
Inter hos primus eſt, *clarum Dei teſtimonium*, diuinis literis expreſſ[...]
In horum numero illi, de quibus apud Hieremiam Deus in hæc v[...]
ba. c. 14. *Falsò Prophetæ vaticinantur in nomine meo. Non miſi eos, &*
præcipi iis, neque locutus ſum ad eos. Viſionem mendacem, & diuinatio[...]
fraudulentam, & ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. Et rurſus cap
Non mittebam Prophetas, & ipſi currebant: & non loquebar ad eos, &
prophetabant. Et cap. 27. *Ipſi prophetabant in nomine meo mendaciter, &*

6. Alter modus, quo produntur proprio ſpiritu eſſe locuti, eſt [...]
tentia Eccleſiæ. Quos ipſa ſpiritu proprio locutos fuiſſe aſſerit; de [...]
quòd proprio ſpiritu locuti ſint, & non ex Dei ſententia, non po[...]
mus dubitare. Quemadmodum quos ipſa pro ſcripto Dei verbo [...]
bros accipit, verum Dei ſcriptum verbum eſſe, citra ſalutis diſ[...]
men non poſſumus ambigere. *Columna & firmamentum eſt verit[...]*
Eccleſia. Eius in his rebus, aliiſque ad ſalutem pertinentibus, vt t[...]
ita neceſſariò ſententiæ ſtatur.

7. Tertius eſt *iniquitas orationis*; qua v. g. quæ bonis moribus, diuin[...]
præceptis contraria ſunt, conſuluntur. An quidquã poteſt Deus [...]
præcipere, aut conſulere; quod aut cum bonis moribus quauis rat[...]
ne repugnat; aut ſibi ſuiſque mandatis eſt contrarium? *Ego*, loqu[...]
ipſe, Iſaiæ 48. *ſum Dominus Deus tuus, docens te vtilia. Omnia mandata*
æquitas, dicitur Pſalmo 118. quomodo igitur diuino ſpiritu a[...]
tus dicetur Propheta, qui hæc vrget?

8. Quartus modus eſt, *orationis falſitas.* In quorum enim oratione [...]
ſitas deprehenditur; non Dei, qui falſum dicere non poteſt, ſed [...]
minum, qui loquuntur, illa oratio eſt. falſitas hæc multiplex eſt.
vel eſt contraria fidei: vel cum rerum geſtarum pugnat hiſtoria,
eſt promiſsionis, qua quæ à Prophetis promittuntur, non eueniu[...]
Poſteriori modo proditus eſt Sedecias quidam; 3. Regum 22. qui p[...]
dixit victoriam Regi Iſraelis: qui, tantum abfuit, vt victoriam ob[...]
nuerit, vt regnum cum vita amiſerit.

9. Quintus modus eſt, ſi Dei *ſententiæ Prophetarum ſit contraria*; q[...]
Prophetarum nec iniqua ſit, nec contineat falſitatem. Sic manife[...]
eſt Nathan priuato ſpiritu loquutum eſſe, quando conſultus à [...]
uid, de conſtruendo templo templi ædificium ſuaſit, quoniam m[...]
ex Dei ſententia (qui ſibi contrarius non eſt) iubetur cogitation[...]
de extruendo templo deponere, eandemque filio ſuo Salomoni [...]
linquere.

Sex[...]

Sextus eſt, *rerum leuitas*. In rebus leuibus quis diuina oracula ex- 10.
ſpectat? Et hic locum habet illud, quod dicitur: *Ego ſum Dominus De-
us tuus, docens te vtilia.*

Hi modi proprium & priuatum ſpiritum Prophetarum produnt:
& dicta Prophetarum non Dei; ſed Prophetarum dicta eſſe inſinuant. 11.
Et *omnes* quidem in *falſos* Prophetas cadere poſſunt, veruntamen nõ
omnes in *veros*. Falſorum Prophetarum ſpiritum poteſt prodere
Deus ipſe, ſententia Eccleſiæ orationis & falſitas & iniquitas. Dei et-
iam ſententiæ Prophetarum ſententiæ contraria. Sed verorum pro-
prium ſpiritum non hæc omnia: aut ſi omnia; certè quædam ex his
rariſſimè produnt: præſertim ſi tales ſint, per quos Deus *plerunque* lo-
qui ſolet; aut qui ab hominibus (quemadmodum ſunt Dei Prophe-
tæ) pro *Dei Prophetis* habeantur. 12.

Rariſſimè, ſi prodidit proprium ſpiritum *orationis falſitas*, aut *ini-
quitas*. Quoniam & tacuiſſe veriſimile eſt; ſi veritatem ignorârunt: &
iniqua non propoſuiſſe atque vrſiſſe, probitas atque integritas vitæ,
qua plerique claruerunt, perſuadet.

Atque hæc de præteritis Prophetis, iiſque, qui Diuinorũ myſteri- 13.
orum *olim* apud mortales nuncii eſſe potuerunt, ſint definita. Ve-
rùm, quibus argumentis *præſentium*, quos loquentes audire contin-
git, proprius ſpiritus deprehenditur? *Difficile* hoc eſt conſtituere, tã
in *veris*, quàm *falſis* Prophetis: quamuis in falſis *facilius*, quàm
veris.

Et *difficilè* idcirco, quòd hic illis, quibus ſuperius iuuamur, ar- 14.
gumentis deſtituti videamur. Neque enim ſubitò, vt loquentes hi
audiuntur, Deus audientibus ſuo teſtimonio adeſt, & proprium Pro-
phetarum à ſuo ſpiritu diſtinguit. Neque ſemper adeſt, aut adeſſe
poteſt cenſura Eccleſiæ, alioqui certiſſimus Iudex: Neque ipſorum
oratio ſemper, aut iniqua, aut falſa, aut à diuina voluntate diſſentiẽs,
quibus argumentis præcedentium temporum Prophetarum pro-
prium ſpiritum deprehendimus.

Sed *difficilimum* eſt in veris Prophetis, per quos alioquin Deus 15.
ſua conſilia hominibus ſolet manifeſtare; cùm, vt ſuperius diximus,
probitas vitæ ipſorum (plerique enim integræ fuerunt vitæ) non
permittat vt aut peruerſa, aut falſa, Dei nomine, proponant. Et
Deus atque Eccleſia nunquam referatur quædam ipſorum oracula,
quaſi ex proprio ſpiritu prodierint, damnaſſe.

Præterea Dauid Rex, qui verum Dei Prophetam eſſe Nathan, 16.
haud obſcuris argumentis deprehendit: quomodo potuit putare

Prophetæ priuatam eſſe,& non Dei,per Prophetam loquentis, ſententiam quando de templo ædificando interrogatum ſic audiuit loquentem,1. Par.17.*Omnia,quæ in corde ſunt tuo fac,Deus enim tecum eſt.*
17. In *veris* igitur Prophetis,quorum opera Deus vti ſolet, vna ratio
videtur eſſe,quæ proprium ſpiritum arguit:ſi ſcilicet,quæ ipſi dicũt,
Deus improbat. Hac deprehenſum eſt,non Domini verbũ fuiſſe, ſed
Nathan priuatum atque proprium illud iam recitatum,*Omnia, quæ*
in corde ſunt tuo,fac,Deus enim tecum eſt. quoniam quod Propheta ſuaſit,
mox diſſuaſit Deus,hac oratione; *Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum,&c.* Quocirca prius verbum ſolius erat Prophetæ: poſterius Dei & Prophetæ,ſiue Dei,per Prophetam loquentis.
18. In *falſis* autem pluribus argumentis proprius ſpiritus;& propriũ
hominum,non Dei verbum deprehenditur:& duobus maximè,præ
ter iã dictum orationis,videlicet, *iniquitate* & *falſitate*, Quod ſi iniquum;quid:oratio ipſorum ſuadeat: falſum contineat; priuata eſt
Prophetæ,aut qui de diuinis Reuelationibus ſibi factis gloriatur;nõ
16. Dei oratio. Vtrumque per ſe clarum eſt,& certum.
Sed & pro vtroque Dei verbum eſt. Pro oratione, *iniqua* illud.
Deut.12.*Si ſurrexerit in medio tui Propheta, & dixerit tibi: Eamus & ſequamur Deos alienos,quos ignoras;& ſeruiamus eis; non audies verba Prophetæ illius,etiamſi prædixerit ſignum & portentum;& euenerit quod locutus*
eſt. Pro oratione *falſa* illud eiuſdem Deut.cap.18.*Quod ſi tacita cogitatione reſponderis,quomodo poſſum intelligere verbum,quod Dominus non eſt*
locutus;hoc habebis ſignum:quod in nomine Domini Propheta ille prædixerit
& non euenerit,Dominus non eſt locutus, ſed per tumorem animi Propheta
20. *confinxit.*
Porro ex oratione falſa multò nobis faciliùs eſt proprium alicuius ſpiritum deprehendere;quàm maioribus noſtris;qui vel olim in
veteri lege,vel primis Apoſtolorum temporibus falſos Prophetas
audire potuerunt,propterea,quòd plurima iam certò ab eccleſia definita ſunt & determinata, quæ olim vel ignorare, vel non credere, etiam ſine ſalutis diſpendio licebat, & iam in diſputationem vocari
21. nequeunt.
Quocirca ſi quando nouis ſpiritibus pulſamur atque noſtro nos
iudicio ab iis expedire nequimus,tutiſſimè hiſtoriam priorum temporum ad memoriam reuocamus,quidque iis definitum & ſtatutum,expendimus.Nam ſi dogma,quod offertur,prioribus temporibus damnatum eſt,dubitare nõ licet,quin ex priuato Prophetæ ſpiritu proficiſcatur,& non ſano cerebro ſit confectum. Hac Regula
Maiores noſtros vſos fuiſſe,pluribus exemplis doceri poteſt.

CAPVT.

CAPVT XIX.

Vnde cognoſci poſſit, Prophetas, alioſq́; quibus diuinæ Reuelationes ſunt factæ, diuino ſpiritu, & non proprio eſſe locutos; id eſt, Dei oracula, non ſua ſomnia, retuliſſe.

NOn hic quæritur, vnde veri Prophetæ, hominesq́ue, qui Dei oracula, non ſua ſomnia obtrudunt, cognoſcantur: ſed 1.
vnde cognoſcatur, quod veri Prophetæ, & hominis, qui diuinis reuelationibus inſtruitur, *oratio Dei ſit; non propria hominis, aut Prophetæ.* Illud facilius cognoſcitur; hoc difficilius.

Sed tamen quæ de ſignis, quibus præſentes & præteriti; ſiue præ- 2.
ſentium & præteritorum temporum Prophetæ diſtinguuntur, diximus præcedenti capite; faciliorem faciunt reſponſionem, ad propoſitam quæſtionem. Et aliis deprehenditur, *diuino ſpiritu* eſſe eos locutos, qui prioribus temporibus fuerunt: aliis quos coram audire, & videre contingit, veruntamen non tot & tantis, quot & quantis proprius ſpiritus.

Proprium ſpiritum, in *præcedentium temporum* Prophetis, dictum eſt, ſex argumentis deprehendi: Dei voce, definitione Eccleſiæ, ora- 3.
tionis iniquitate, eiuſdem falſitate, diſſidente ſententia Dei à ſententia Prophetæ, & rerum, quæ in ſermonem veniunt leuitate. Non omnibus his niti, poſſumus ad *diuinum ſpiritum* in Prophetarum, qualiumcunque etiam falſorum, voce cognoſcendum, ſed aliquibus iſtum.

Principio non eſt neceſſe Dei ſpiritu loqui dicamus; & diuina eſſe
oracula, ſi quæ Prophetæ; diuiniq́; homines loquantur, *vera ſint*, om- 4.
niq́ue careant ſuſpicione falſi. Quamuis enim omnis oratio falſa hominum, & non Dei ſpiritum prodat: non omnis tamen vera prodit Deum eſſe, qui in & per Prophetas loquitur. Plurima loquuntur & veri & falſi Prophetæ, quæ veriſſima ſunt; quæ à ſe, aut aliundè, non verò à Deo reuelante habent.

Sic neceſſe non eſt, vt pro Dei voce habeatur, ſi quæ ab iiſdem cõ-
ſuluntur & præcipiuntur, *ſint ſalutaria*, diuinis legibus conformia. 5.
Quemadmodum mortalium nulli tam ſunt corrupti ingenij, quin ſcintillæ, atque ſemina aliqua probitatis in ipſorum animis reſideant, quibus ad honeſtatem aliquãdo vrgentur. ita nullorum ita corrupta oratio, quin ad honeſtatem quandoque inuitet alios, quamuis etiam à Deo ad hoc non vrgeantur.

Multò minus neceſſe eſt; vt omnis illa ipſorum oratio, pro Dei, 6.
habeatur, cui *contrarium non habet Deus.* Multa etiã ſalutaria conſulũt

Prophe-

prophetæ; multa vera docent, ad quæ tacet Deus; quibus non tradit contraria: nec tamen neceſſe eſt dicamus hanc Dei eſſe in ore Prophetarum. Certum eſt Prophetarum, non Dei, eſſe orationem qualiſcunque illa ſit, cuius contrarium vel ſuadet, vel docet Deus. Certum quoque eſt Prophetarum eſſe poſſe, & non Dei; quam Deus nec damnat, nec probat.

7. *Grauitas* quoque, rerumque maieſtas, quæ à Prophetis afferuntur, etiam certum argumentũ non præbet orationi, quòd Dei ſit. Quemadmodum proprio ſpiritu certiſſima atque ſalutaria; ita grauiſſima proferri poſſunt.

8. Non igitur æquitas & iuſtitia orationis probet eſſe Dei, non Prophetarum, propriam; ſicut iniquitas probat eſſe, non Dei, ſed propriam Prophetarum. Non veritas; non Dei ſilentium. Quid igitur? *Confeſſio Prophetarum, Dei ſententia, euentus rei, miracula, atque Eccleſia authoritas.*

9. *Confeſſionem Prophetarum* produnt hi modi loquendi, quos in ſacris Scripturis obſeruare facile eſt. *Hæc dicit Dominus. Verbum Domini quod factum eſt ad N. N. Verbum Dei mihi eſt ad te, &c.* Quæcunque enim poſt has ſimilesque loquendi formulas, ex ore Prophetarum profluxit oratio; Dei illa fuit per Prophetas loquentis; non propria Prophetarum. Non de hoc minus poſſumus dubitare, quàm quòd Canonici ſint, qui in ſacrarum Scripturarum canone habentur, Libri Prophetarum.

10. Sic eorum, quibus Deus *teſtimonium perhibuit*; quòd Dei, non ſua referrent, ſuſpecta nobis oratio non eſſe debet. In horum numero fuit Ezechiel, aliĳque permulti; in quibus ſe Deus nunc auditum eſſe, nunc eſſe reiectum diſertis ſcripturæ verbis eſt teſtatus, illi quoque, quos in veteri teſtamento, Dominus noſter ſibi teſtimonium perhibuiſſe docet.

11. *Eccleſiæ authoritate* conſtare poſſe, aliquod Dei, non hominum eſſe verbum; inde certum eſt, quod iudicium ipſius ſit infallibile: quod ipſam nos velit audire Deus: quod ſcientiam & legem velit ex ipſius ore requirẽdam: quod ſententiæ ipſius non acquieſcentes, ex decreto Iudicis velit mortem ſubire: Deut. 17. Huius auctoritate, quas habemus Scripturas, Dei, non proprio ſpiritu, ſcriptas eſſe credunt fideles omnes conſtantiſſimè.

12. *Ex euentu quoque rerum*, deprehendi potuit diuinitus inſpiratos, aliquos fuiſſe locutos, Si tamen res, quæ prædicuntur futuræ, tales ſint; vt non, niſi reuelante Deo, illarum notitia habeatur (quales vt plu-

vt plurimum ſunt, quæ à ſolius Dei, hominumque pendent voluntate) Quemadmodum ſolus Deus has præſcire poteſt; ita ſolus Deus prædicere; prædicitque in Prophetis. Quocirca & hinc verum Prophetam cognoſci, Dominus inſinuat; Deut. 18.

Sic qui orationem ſuam *editis miraculis confirmant*, illam Dei eſſe, non propriam Prophetarum, his ipſis fidem faciunt. quemadmodum & Moyſe iuſſum eſſe facere atque feciſſe, tribus ſignorum generibus docet cap. 4. liber Exodus. 13.

Cæterùm duo in *his miraculis* ſunt obſeruanda. Alterum eſt, vt vera ſint miracula: alterum, vt orationem non præcedant, ſed ſequantur. Falſa miracula, vt à Dæmone eſſe poſſunt; ita nobis per illa poteſt imponere Dæmon. Sic ſi orationem etiam vera præcedant, nõ neceſſe eſt, mox ſequentem orationem, pro qua miraculum producitur; eſſe Dei. Tum diuinum ſermonem confirmant; quando poſt orationem, tanquam eius quoddam certum ſignum eduntur. Hinc optimè, Deut. 13. Deus: *Si ſurrexerit in medio tui Prophetes, aut qui ſomniũ ſevidiſſe dicat: & prædixerit ſignum, atque portentum, & euenerit; quod locutus eſt, &c. non audies verba Prophetæ illius aut ſomniatoris, &c.* 14.

Atque ex his iudicium accipi poteſt de Prophetis, diuiniſque hominibus, qui *nos præceſſerunt*. In iis, quos *coram eſſe*, & *præſentes* audire contingit, res eſt difficilis: vixque video, præter vnam, certam aliquam Regulam dari poſſe: *miraculi*, ſcilicet, *patrationem*, quod pro dictorum diuinorum confirmatione affertur. 15.

Neque enim alia, quæ præteritorum prophetarum orationi teſtimonium dant, mox præſto ſunt ſubſidia, ſi quando diuinum hominem loquentem contingit audire: Diuinum ſcilicet teſtimonium, Eccleſiæ cenſura, rei quæ prædicitur euentus. Raro Deus auditur: Eccleſiæ maturo iudicio agit omnia, probatque ſpiritus, ſi ex Deo ſint: & quæ prædicuntur, longo poſt tempore poſſunt accidere. 16.

Confeſſio quidem Prophetarum in *prioribus* fidem facit, ſed *nobis*; poſtquam Eccleſiæ decreto confirmati ſumus. *præſentes* vero etiam ex diuino ſpiritu ſe loqui, poſſunt credere, & aſſerere; & tamen proprium ſequi. Non facile ſpiritus Dei deprehenditur. Non mox tenemur fidem accommodare dicentibus diuinas ſe Reuelationes afferre. 17.

Sed tamen ſi qui eſſent, de quibus conſtaret, quod Prophetæ eſſent, quemadmodum de pluribus olim in Veteri teſtamento conſtabat, 18.

bat; ſine temeritate ipſorum oratio, tãquam priuata, reijci non; poſſet. quocirca merito pro Dei haberetur, ſi Dei eſſe ipſi, eandem *conſtanter aſſererent.*

19. Sic qui noſtris temporibus diuinas Reuelationes aſſerrent; ſi cõſtantes eſſent, quæ ipſis accederent Reuelationes, fidem merentur: præſertim, ſi quæ proferunt, non vana ſint; non curioſa, non ad rem parum pertinentia; ſed talia, quæ ad Dei faciant gloriam, aut proximorum ſalutem, commodumque ſpirituale; atque illa vitæ ipſorũ, morumque ſit conditio, quam ſequenti capite requiremus.

20. *Miracula* igitur præcipuè ſunt, quibus *diuinus ſermo* demonſtratur eſſe, qui ex Prophetarum, aliorumque diuinorum hominum ore procedit. Veruntamen miracula, vt diximus, non quæcunque, ſed quæ ſermonem ſequuntur, & pro ſermone, quod Dei ſit, fieri dicuntur. His ergo, vt poſteri de præcedentium; ita præſentes de præſentium, & coram loquentium Prophetarum oratione inſtruuntur: & quod Dei, non Prophetarum ſit, argumentum accipiunt.

CAPVT XX.

Quibus, referentibus diuinas Reuelationes, & inſpirationẽs, facilius minoriq; cum periculo creditur.

1. NOn minus neceſſarium eſt ſcire, *Quoſnam* pro veris Prophetis, & iis, quibus Diuinæ Reuelationes fiunt, habere debeamus; quam ſcire, Quæ verorum Prophetarum, & quibus diuinæ Reuelationes fiunt, ſunt propria dicta; & quæ Dei. quin imò huius forſitan plus intereſt: quod à veris raro contingat decipi; quam etiam proprio, & non Dei, Spiritu, loquantur; illi, ſi veri non ſint, vti decipi poſſunt, ita facillime poſſunt decipere, & in errorem inducere. Quocirca abs re non fecerimus, ſi, poſtquam docuimus quomodo diuina oracula, à priuatis ſententiis diſtinguantur; *notas quoque atque ſigna demus*, quæ *veros Prophetas*, atque eos, quibus verè diuinæ Reuelationes fieri poſſint, demonſtrent.

2. At de *præcedentium temporum* Prophetis, quos vel vetus Teſtamẽtum habet, vel nouum, res eſt clara, ſolo propemodum, aut cui ſecurius acquiſcitur, iudicio Eccleſiæ. Deus autem, qui *quotidie eſſe poſſint*

&

& fortè ſua ſomnia, pro Dei ſententia offerre, difficultas magna eſt. *Reuera omnes* temerarium eſt; præſertim cum manus Dei breuiata non ſit: & vt *olim* ita *nunc* multa mortalibus poſſit reuelare Apoſtol. etiam prohibeat, ne extinguamus ſpiritus, 1. Theſ.

3. Nec minus temerarium eſt: *omnes admittere:* cum nos leuiter credere prohibeat Eccle. 19. & Satanas poſſit ſe in Angelum lucis transferre, mortalibusque imponere

Placet quod Apoſtolus monet faciendum, 1. Ioan. 4. vt *probemus ſpiritus, ſi ex Deo ſint.* Hoc faciemus, ſi non modo *quid* dicatur attendamus; verum etiam curioſius inſpiciamus, *quales illi*. qui diuinas Reuelationes afferunt. Multa ſiquidem in his eſſe poſſunt, quæ ſuſpectos ipſos faciant, fidem que detrahant. 3.

Quatuordecim vero Regulas in horum examine vtiliter obſeruaſſe docet Bartholomæus Medina in 3. partem *S.* Thomę, q. 25. ar. 3. quos ipſis Medinæ verbis aſcribimus, vt Medinam non noſtris, ſed ipſius plumis proferamus. 4.

REGVLAE QVIBVS PROBANTVR SPIRITVS.

PRima Regula, ante omnia perſpiciendum eſt, *vniusne Dei cultor ſit*. Nam ſi eſt Dæmonum cultui mãcipatus, nullam fidem promeretur; vtpotè, qui ex inſtinctu Dæmonum omnia loqueretur. 5.

Secunda regula. Si vnius Dei cultor eſt videndum protinus, an *Catholicæ Eccleſiæ* membrum ſit, ne exemplo Montani, & Priſcillæ decipiamur. Fingebant enim ſe Prophetas, & magno fuêre detrimento. Nã præter alia docebãt ſolui nuptias: & Montanus ſe Paracletum aſſeuerebat; & alia cum affectoribus agebat, quæ probatis Prophetis aduerſabantur, vt Apollonius & Apollinaris probauere, Hieronymo & Euſebio referentibus. 6.

Tertia Regula. Deinceps conſiderandi *mores, & vita*. ſi fidei 7. quam profitetur, recte conueniant ſi ſuperbia ſoleat efferri, ſi voluptate detineri, ſi auaritiæ & cùpiditati huius mundi deditus ſit: Sciſcitandi amici, interrogandi familiares, obſeruanda vita diligentiſſimè quantum datur & licet. Nam tametſi mali homines aliquando veris Reuelationibus, & illuminationibus illuminentur; à Deo, vt in Balaam, & aliis vidimus: nihilominus raro id euẽnit

bat;ſine temeritate ipſorum oratio,tãquam priuata,reijci non; poſſet.quocirca merito pro Dei haberetur,ſi Dei eſſe ipſi, eandem *conſtanter aſſererent.*

19. Sic qui noſtris temporibus diuinas Reuelationes aſſerrent;ſi cõſtantes eſſent,quæ ipſis accederent Reuelationes,fidem merentur: præſertim,ſi quæ proferunt,non vana ſint;non curioſa,non ad rem parum pertinentia;ſed talia,quæ ad Dei faciant gloriam,aut proximorum ſalutem,commodumque ſpirituale;atque illa vitæ ipſorũ, morumque ſit conditio,quam ſequenti capite requiremus.

20. *Miracula* igitur præcipuè ſunt,quibus *diuinus ſermo* demonſtratur eſſe,qui ex Prophetarum,aliorumque diuinorum hominum ore procedit. Veruntamen miracula, vt diximus,non quæcunque , ſed quæ ſermonem ſequuntur,& pro ſermone,quod Dei ſit,fieri dicuntur. His ergo, vt poſteri de præcedentium;ita præſentes de præſentium,& coram loquentium Prophetarum oratione inſtruuntur : & quod Dei,non Prophetarum ſit,argumentum accipiunt.

CAPVT XX.

Quibus,referentibus diuinas Reuelationes, & inſpirationes,facilius minoriq; cum periculo creditur.

1. NOn minus neceſſarium eſt ſcire, *Quoſnam* pro veris Prophetis,& iis,quibus Diuinæ Reuelationes fiunt,habere debeamus;quam ſcire,Quæ verorum Prophetarum , & quibus diuinæ Reuelationes fiunt,ſunt propria dicta ; & quæ Dei.quin imò huius forſitan plus intereſt:quod à veris raro contingat decipi;quam etiam proprio,& non Dei,Spiritu,loquantur,illi, ſi veri non ſint,vti decipi poſſunt,ita facillime poſſunt decipere,& in errorem inducere. Quocirca abs re non fecerimus,ſi,poſtquam docuimus quomodo diuina oracula,à priuatis ſententiis diſtinguantur;*notas quoque atque ſigna demus*,quæ *veros Prophetas*,atque eos , quibus verè diuinæ Reuelationes fieri poſſint,demonſtrent.

2. At de *præcedentium temporum* Prophetis,quos vel vetus Teſtamẽtum habet,vel nouum,res eſt clara,ſolo propemodum,aut cui ſecurius acquiſcitur,iudicio Eccleſiæ. Deus autem,qui *quotidie eſſe poſſint*
&

Digitized by Google

& fortè ſua ſomnia, pro Dei ſententia offerre, difficultas magna eſt. *Reuera omnes* temerarium eſt; præſertim cum manus Dei breuiata non ſit: & vt *olim* ita *nunc* multa mortalibus poſſit reuelare Apoſtol. etiam prohibeat, ne extinguamus ſpiritus, 1. Theſ.

3. Nec minus temerarium eſt: *omnes admittere*: cum nos leuiter credere prohibeat Eccle. 19. & Satanas poſſit ſe in Angelum lucis transferre, mortalibuſque imponere

Placet quod Apoſtolus monet faciendum, 1. Ioan. 4. vt *probemus* 3.
ſpiritus, ſi ex Deo ſint. Hoc faciemus, ſi non modo *quid* dicatur attendamus; verum etiam curioſius inſpiciamus, *quales illi*. qui diuinas Reuelationes afferunt. Multa ſiquidem in his eſſe poſſunt, quæ ſuſpectos ipſos faciant, fidem que detrahant,

Quatuordecim vero Regulas in horum examine vtiliter obſer- 4.
uapoſſe docet Bartholomæus Medina in 3. partem S. Thomę, q. 25. ar. 3. quos ipſis Medinæ verbis aſcribimus, vt Medinam non noſtris, ſed ipſius plumis proferamus.

REGVLAE QVIBVS PROBANTVR SPIRITVS.

Prima Regula, ante omnia perſpiciendum eſt, *vniusne Dei* 5.
cultor ſit. Nam ſi eſt Dæmonum cultui mãcipatus, nullam fidem promeretur; vtpotè, qui ex inſtinctu Dæmonum omnia loqueretur.

Secunda regula. Si vnius Dei cultor eſt videndum protinus, an *Ca-* 6.
tholicæ Eccleſiæ membrum ſit, ne exemplo Montani, & Priſcillæ decipiamur. fingebant enim ſe Prophetas, & magno fuère detrimento. Nã præter alia docebã. ſolui nuptias: & Montanus ſe Paracletum aſſeuerebat; & alia cum affectoribus agebat, quæ probatis Prophetis aduerſabantur, vt Apollonius & Apollinaris probauere, Hieronymo & Euſebio referentibus.

Tertia Regula. Deinceps conſiderandi *mores, & vita*. ſi fidei 7.
quam profitetur, recte conueniant ſi ſuperbia ſoleat efferri, ſi voluptate detineri, ſi auaritiæ & cùpiditati huius mundi deditus ſit: Sciſcitandi amici, interrogandi familiares, obſeruanda vita diligentiſſimè quantum datur & licet. Nam tametſi mali homines aliquando veris Reuelationibus, & illuminationibus illuminentur; à Deo, vt in Balaam, & aliis vidimus: nihilominus raro id euenit

ſed ferè ſemper, vel in doctrina, vel in moribus, falſitas & error immiſcetur.

8. Quarta Regula. *Ingenium & iudicium hominis* diligentiſſimè penſandum eſt ex *aliis muneribus*, quæ fortè obierit; ſi recti iudicij fuerit, ſi prudenter ſe habuerit. Nam qui nimis auidus minuſque conſideratus in aliqua re fuerit; verendum, ne ita in rebus quæ ad intellectū & diuina ſpectant pariter ruat, & ex imprudentia prolapſus offendat.

9. Quinta regula. Aeſtimanda eſt quoque *corporis temperatura, ſanitas, ſtudium*. Cum & ægroti multi, & ipſi phrenerici ob intentionem animi nimiam exorbitantes, vidiſſe quandoque ſe putant, & audiſſe, quæ nunquam aut oculis, aut auribus perceperunt. Igitur, & quo animi eius feratur impetus, & ardentine vel amore, vel odio incitatus fuerit, percontandum eſt. Siquidem in his, qui nouitio quodam feruore Deo famulantur ob fixas imagines rerum, quibus meditandis ad pietatem excitari cupiunt, vana pro veris oſtendi poſſunt, & à Dæmone, & ſeipſis etiam illud potiſſimè, cùm præter magiſtrorum dogmata aliquid faciunt, ſinente Deo, & permittente; vt in poſterum cautiores euadant.

10. Sexta regula. *In ſomno* potiſſimum periculum eſt, ne his viſionibus decipiamur: tempore namque nocturno redit amica quies, & in amatoriis præſertim rebus id euenit, vt qui amant vehementius, aliquid ſibi ſōnia fingant. Quod quidem à ratione alienum non eſt. Cū enim nulla in animis noſtris regnat affectio impetuoſior amore, euenit, vt iis, qui feruentioris amoris impetu feruntur, immineat periculum maximum, ne affectu nimio hallucinentur. Dum enim voluntas plus nimio propenſa eſt, aberrare iudicium facit.

11. Septima regula. Perſcrutari etiam conuenit, *qua de cauſa quis* ſuas viſiones patefaciat; leuitate an vtilitate: & hac ſpirituali, an temporali: ſua, an aliorū; an vtroròque magis moueatur. Quod ſi finis bonus videbitur prima fronte, non ob id tamen pes figendus eſt; ſed de finibus ipſis habenda eſt quæſtio, cum ſolùm non apertum, & proximum: ſed occultum atque longinquum inſpiciendum ſit diligentiſſimè;

12. Octaua regula. Inſpiciendum eſt diligenter an qui patitur. Viſiones, *ſit nigro humore* affectus, id eſt, melancholic'o, vel nimia macie confectus. Nam qui cholera nigra laborant, & qui ſenio, aut nimia macie confecti ſunt, ſæpenumero decipiuntur. Et hinc eſt, quod

ſenes

ſenes,ad extremam decrepitam delirant. De his ergò ſupra dictis, ne delirent, maximè formidandum eſt.

Nona regula. Attendamus item *conuerſationem eius* qui videt viſiones. Si communis, ſi priuata, ſi ſecreta, ſi publica: ſi in, actiua, ſi in contemplatiua vita degit, ſi veſtimentis affectatis vtatur. Signum autem humilitatis inaffectatæ eſt conuerſatio communis: quanquam in ſolitariis, & habitu quoque, & victu raris Dei virtus inhabitet; vt in Helia. Ioanne Baptiſta, & Aegyptijs illis Monachis ſanctiſſimis; Antonio, Paulo, Hilarione. Communem tamen conuerſationem Chriſtus homo & Deus elegit: ad eiuſque exempla plurima Monachorum turba Baſilius, Benedictus, Auguſtinus, Dominicus, Franciſcus. 13

Decima regula. Videndum eſt imprimis ſi *maſculus*, ſi *fæmina*: ſi vaga, ſi garrula, ſi ſtabilis, & quieta. Nam *in pace factus eſt locus Dei*; cuius ſpiritus, vt docent ſacræ literæ, *no quieſcit, niſi ſuper quietum, & humilem. & trementem verba illius*. 14

Vndecima regula. Cognoſcuntur vel hac ratione non difficulter, qui vanis viſionibus ludificantur, ſi *aliorum ſpernunt conſilia*, ſi de quibuſcunque erudiri ſe à Deo per Reuelationes præſumunt. Nam & Moyſes crebris Dei colloquiis aſſuetus, quamuis de minutis etiam rebus ad populi gubernationem ſpectantibus, ſupernis illuſtrationibus clarebat. Ietro- alienigenæ viri conſilium ſumpſit. Sic Paulus qui ad tertium vſque cœlum raptus fuerat; humana ope, humano etiam conſilio eſt quandoque eſt vſus. 15

Duodecima regula. Cognoſcuntur vtique viſiones à falſis, & diſcernuntur: ex *fructibus ſubſequutis*; Sicut Dominus dicit: *Arbor ex fructibus cognoſcitur*. Præcipuum autem fructum eius, qui patitur diuinas viſiones, ego exiſtimo eſſe veritatem non fucatam, non adulteratam, ſed puram, ac nitidam, quam altiſſima gignat humilitas, quæ nō meretur illudi, quæ non elata, non pertinax eſt, non inquieta, non garrula, non auri aut honoris ſitibunda; neque omnino ſapiens in oculis ſuis? ratione, authoritate honorum doctorumq́ue virorum vtens. 16

Tertiadecima regula. Perpendendum eſt diligenter, ſi qui videt Viſiones, cū *tribulationibus vexatur*; aut libenter patitur, aut certè deſperatus non furit. Vult enim Auguſtinus, vt aduerſitates amare non iubeamur, ſed tollerare. Hoc pacto ſi aliis Prophetis conformes: ſint: dignoſcitur; quorum alij odio habiti, & vexati; alij 17

Digitized by Google

quoque iniuriis affecti, alii etiam immani Regum, vel populorum ſuorum rabie trucidati. Sic impius ille Ieroboam Prophetis inſultauit: Sic Eſaias ſub Manaſſe Rege ſerra diuiſus in partes: Ieremias à pupulo lapidibus interfectus: Amos fuſte tranſfixus: Exechiel occiſus; Daniel leonibus in pabulum expoſitus; Helias, Heliſæus, & alij ab Iezabel, ab Accabo, ab aliis perſecutiones paſſi. Et in nouo Teſtamento Dominus Ieſus, caput omnium, cuius membra ſum us, acerrimè vexatus eſt, & crucifixus. Cuius præcurſor Ioannes plus quam Propheta capite truncatus. Sic Paulo caput abſciſſum: Petro crucis calix epotus. Sic alii penè innumeri, qui præter alia in ſe diuinitus collata dona, diuinas etiam Reuelationes hauſerunt.

Quartadecima regula. Prænoſcendum eſt, & quidem cautè ſi verax eſt, qui iſtas apparitiones de ſe narrat. Nam qui delectatur mendaciis, non Chriſto veritas eſt, ſed Diabolo, mẽdacii patri cõformatur. Quare ſi mendax eſt; quæcunque dicit, aut falſa, aut de falſitate ſuſpecta habeantur; præſertim vt diximus ſi fœmina fuerit, quæ minus ratione pollet, vt Ariſt. aſſerit in Politicis. Quamobrem minus apta ad diſcernendum. Sed & humidioris naturæ cum ſit fluunt rerum ſpecies celerius. Anxiæ præterea fœminæ, & voti cupidæ plerũque ſunt. Sunt præterea phantaſiæ imbecillioris, cuius fatigatione facilè decipi poſſunt: quæ omnia in vniuerſum illis tribuuntur; tametſi aliquæ viris plurimis prudentia, & iudicio quandoque præſtent. Illud etiam eſt præuidendum ſi ille qui viſiones habet, aliquando deceptus fuerit, tentatus dæmone ſe tranſfigurante in Angelum lucis, Nam talis nullam fidem mereretur. Percontandum etiam eſt, ſi dum viſis exceptus, ad diuinorum amorem, & terrenorum cõtemptum excitetur: ſi pacem animi, & quietem nanciſcitur: Diuini Spiritus proprietas eſt, vt à terrenis & temporalibus auocet animũ, & ad cœleſtia æternaque incendat, paceque & quiete perfundat; quam mundus dare non poteſt. Hactenus de Regulis, quæ deſeruiunt ad diſcernendum veras Viſiones à falſis ex parte perſonæ, quæ videt viſiones. Ita Barthol. Medina.

Finis Libri quarti, qui eſt de Apparitione & locutione Dei intellectuali.

Ylario Lopez de Meq.d

Digitized by Google